N° 1723

QUÆSTIONES

HEBRAICÆ

FACULTÉ DE THÉOLOGIE P.P.
B
N° Rez
A MONTAUBAN.



PRINCIPIVM LIBRI

FACULTÉ
de Théologie
Protestante
de Montauban

IOANNIS REVCHLIN PHORCENSIS LL. DOC. AD DIONYSIVM FRATREM SVVMGERMANVM DERVDIMENTIS HEBRAICIS LIBER PRIMVS

Erſepe mihi cogitanti de cõmuni ſacrarum literarꝝ iactura p Dionyſi frater. quę cum multitudine ſophiſmatum annis ſuperioribus tum maxime nunc propter eloquentię ſtudium & poetarum amœnitatem non modo negliguntur. uerumetiã a quã plurimis contẽptui habentur. in mentẽ uenit tandẽ oportuni cuiuſdã remedij. ne ſancta biblię ſcriptura uel aliquando tota pereat. et ſimul animarum noſtrarum progreſſus cum ſuaui cantu Sirenum quas ne Vlyſſes quidẽ audiret ad inferos abeat. Ad iſtũ autem modũ ei periculo ſuccurrendũ putaui. Primum omnium. cum ſit in animis noſtris (neſcio unde) inſitũ multę uarietatis deſyderiũ. quo fit ut uerſet in ore illud adagium. uileſcit quotidianũ. erit neceſſe ueterem ſanctarꝝ literarum dignitatem in nouam faciem latinis hominibus hactenus incognitam reuerti. ut nimia familiaritate quotidianę lectionis exploſa. nouum & natiuũ in diuina ſcriptura dicendi genus. quale os dei locutum eſt. noſmetipſi non ſine quadã inauditi ac recentis nuper ſtudij admiratione apprehendamus. Tunc enim tollit omnium interpretationũ cõmune faſtidium. cum illa ipſa ueteris teſtamenti biblia in ſua primordiali hoc eſt hebraica lingua. & legi a noſtris et ĩtelligi poſſit. haud ſecus neq; alio more atq; primaria eius inſtitutio a ſummo rerꝝ conditore inchoata deſyderat. Quod plane fieri nequit. ſi non prius hebraicorum uocabulorum proprietatem et uerã conditionẽ ſermonis a quo fonte omnis theologia ſcaturiuit auido conatu libenter aſſequamur. Cuius doctrina quamuis ſit puerilis. tamen quia ſubtilior quędam cognitio quam ea literarum ratio alit. conſuetudo hebraicæ loquelę ac uetuſtiſſimorum librorum lectio crebra confirmat. ex ea pręceptione oritur. nõ tantum nõ uenit contemnenda. uerum etiam tanq; omnium pręſtantiſſima non aliter quã liberi noſtri infantes exoſculanda. et totis brachijs amplexanda. Cum igitur hebraicę bibliæ paſſim in Italia imprimãtur. quas ſibi quiſq; pauco ęre mercari facile queat. neq; tamẽ ex omi literatiſſimorꝝ hoĩm numero in hũc vſq; diẽ inuẽtus ſit unus uel itẽ alt. qui p ſctiſſima theologia linguã hebraicã grãmaticorꝝ more chriſtianis demõſtraret. fortaſſe q̃d ul tantũ labo-

BIBLIOTHÈQUE UNIVERSITAIRE DE MONTAUBAN

rem maiores noſtri fugerũt. qui prope mea ſentẽtia eſt infinitus. uel ſuę dignitati putauere impar. quod ſummis diuinarum humanarũq; rerẽ diſciplinis relictis. quaſi ludi magiſtri ad puerilia elementa ſe cõuerterẽt. Ego miſeratus tam ſanctas literas. indolui mea ętate ſtudioſos diutius hebraicę linguę ſciẽtia carere. quapropter illorũ ingenio fauens auſuſum. licet ſupra modum forſan temere. primus omnium & tam graue pondus meis humeris imponere. & ſimul offerre me latratibus mordaciũ. utinam iudaicis ſolũ. Neq; a dignitate uiri docti reputaui alienum. ad elemẽtaria conſortia declinare Aurelii Opilii exemplo. qui non eſt dedignatus poſt philoſophiam primo. deinde artem rhetoricam. nouiſſime grãmatica ſectari. Nihil aliter de Ateio Prętextato philologo Suetonius Trãquillus teſtat. Simile quoq; de Valerio Catone qui dictus eſt Latina Syren. Fateor itaq; circa literarum rationem. puerorũ eſſe ſtudia. et eſſe me etiã eo nunc prouectũ. ut partim me philoſophũ partim iuriſconſultum arbitrentur. his de cauſis maxime. tum quod ex Capnione noſtro quẽ ędidimus de uerbo mirifico non nihil quod uerę philoſophię accedat ſibi perſuadeãt poſſe exàndari. tum quod iam annos cõplures ſuper fortiſſimis ſuis confœderatos principes dignitatem triumuiratus. nõ ambitione ſed electione mera ſim conſecutus. eumq; honorem uſq; in hunc diẽ ſeruare me ſentiant inconcuſſum atq; ſanctũ. attamẽ nihil me huius elemẽtarię artis diſpudet. quoniam ab ineunte protinus aduleſcentia illudipſum exuſu mihi fuit eſtq; in more ſemper. contemplationibus magnis ludicras diſciplinas adiũgere. ſemper diſcendo docere ſi non ſummos uiros. at infimateis. Poſtea enim cũ anno ætatis meę duodeuigeſimo Priſciani Cęſarienſis literaria ſtudia in ſchola Pariſiorum aggreſſuſum. biennio poſt apud Rauracos dictionariũ collegi. quẽ appellaui Breuiloquum. eo tempore atq; eodem Baſileę cis Rhenũ in loco ſub Andronico Contoblaca natione gręco linguam gręcam didici. quam elapſis inde quatuor annis inter Gallos primo apud Genabũ quas nũc Aurelianas uocant ſeminaui. ubi tempore protracto et Iuri Ciuili dedi operã. et fui a doctoribus honore Papinianiſtarũ decoratus. Anno Dñi. M. CCCC. LXXIX. Vide mi frater quanta circumſpectione uitam duxi Nam uniuerſam ſtipem quam diſcendo impendi. docendo acquiſiui. ſimul enim & didici latinorũ iura & docui gręcorum pręcepta. de quibus tunc artem grammaticã gręce con-

ſcripſi cui titulus extabat μικροπαιδια ideſt Micropędia. eã anno poſt pictonibus Gallię Aquitanis publice legi atq; illic in Iure Ciuili Cathedram merui. Regreſſus inde in Sueuiam uxore mihi ducta ſumpſi Doctoris inſignia. populares cauſas apud tribunalia & iudices exercens. Cumq; me ad Sereniſſimum Imperatorem Fridericum tertiũ inclytus princeps Eberhardus Probus is qui poſtea in ſplẽdidiſſimis Vangionũ Comitiis a Max. Aemiliano Romãorũ rege uno imperii conſenſu Dux primus Vuirtenbergenſium auctoratus eſt. de cuius patriciis ego quoq; Conſul eram. Tum reperi ea in legatione Iudęũ doctum ſimul atq; literatũ nomĩe Iacobũ Iehiel Loans imperiali munificẽtia & doctorem Medicinę et Equitem auratũ. Is me ſupra quã dici queat. fideliter literas hebraicas primus edocuit. Poſt uero legatus Rhomã ad Alexandrum ſextum qui reliqui fuerant ea in lingua canones. eos a Ceſinatenſi Iudęo ſcilicet Abdia filio Iacobi ſphurno petiui qui me quotidie toto legationis tempore perquã humaniter in hebraicis eruditiuit nõ ſine inſignis mercedis impendio. Quod iccirco germane frater ad te ſcribo ut animaduertas. et ſępius cũ tua mẽte reuoluas. quantis laboribus temporibus & impenſis hebraicę linguę ſola initia ſortitus ſim. quę tibi nunc longe uberiora trado quam acceperim. Dictionariũ enim hebraicũ multo & acri ſtudio ſolus cõfeci. & exercitamẽta cętera quę tibi et oculis et animo uidere licebit. Sane recordatus miſeros noſtra ętate Iudęorũ caſus. qui non tam ex Hiſpanię quam etiã Germanię noſtrę finibus pulſi. cogũtur alias ſibi ſedes quęrere atq; ad Agarenos diuertere. quo futurũ eſt ut tandẽ hebraica lingua cum ſacrarum literarum magna pernicie penes nos poſſet deſinere atq; euaneſcere. mecũ ipſe cõſtitui ad tradendã Chriſtianis hebraici ſermonis peritiam hoc libro prima fundamenta iacere pro Clementis papę quinti ſacra conſtitutione de magiſtris lata. Quod cum ante me inter latinos nemo feciſſe appareat. Spero inde gratiam haud mediocrem & apud poſteros laudẽ abſq; inuidia non intermoriturã conſequi. Tribus itaq; uoluminibus totũ negotium adiuuante deo conficiam. Primum erit de literis. ſyllabis. & dictionibus uſq; ad ea uocabula quę a K incipiũt. Secundũ de dictionibus inchoantibus ab. L. uſq; ad finem uocabularii. Tertium de arte grammatica et eius exercitatione. Inſcriptio huius libri eſt de rudimentis hebraicis eo q̃d non iam doctis ſed rudibus ac erudiendis ea uolumina cõpoſuerim.

deinceps altiora deo annuente daturus. quę ad arcanam Pythagoræ disciplinam et artem Cabalisticā deseruiunt. a nemine prorsus intellecta nisi hebraice prędocto. Recte uero sperauerim quoslibet religionis christianę studiosos nō tā libenter a Iudęis quā abs te sacerdote & a memetipso quanq̄ uxorio ista suscipere Rudimenta hebraica. quippe utrisq; christianis. et ex parētibus christiāis Georgio & Elissa Phorcēsis municipii ciuibus ꝓgnatis. Hortor ergo te mi Dionysi. ut ad laudē & gloriā dei optimi maximi. atq; utilitatē sacrę scripturę. simul etiā ad pręparationē abstrusissimaꝝ artiū. et antiqssimę priscoꝝ philosophię hunc librum pluribus idoneis industriisq; hominibus impertiaris. quatenus auxiliare nomen dei summi cōspicue agnoscat̄. diligenter ametur. & feruētissime laudetur. quod est benedictum in sęculai Nunc in calce pręfationis hoc unū admonuisse te uelim. quod hic liber contrario latinis more legēdus est. Qui enim primus putat̄ quinternio. is ultimus extat. Transuersandus igitur liber est. et secundum singula eius folia a dextera legēdus ad sinistram. Eodem modo quęcumq; sunt hebraice scripta. suum a dextera ad sinistram sumunt tramitem. In ipsis autem foliis quęcumq; latina scribuntur. ea more latinorum a sinistra leguntur ad dexteram. Hęc tu notabis quam diligentissime. Nos iam ad elementa ipsasq; literas pergimus.

DE ELEMENTIS.

Vas et uiginti hebręorū literas eſſe, per quas ſcribimus
d omne quod hebraice loquimur, non ſolum Iudęorū dogmata, uerumetiam chriſtianorum pręcepta ſunt teſtes. quod Syrorum quoq; lingua et Chaldęorum, authore Hieronymo approbat. Eorum elementorū hoc modo notant figurę nominaq;.

vau	he	daleth	gimel	beth	aleph
v	h lene	d	g	b	a
ו	ה	ד	ג	ב	א

lamed	caf	iod	teth	heth	ſdain
l	c	i	t	h forte	z
ל	כ	י	ט	ח	ז

zade	pe	ain	ſamęch	nun	mem
z	p	a	s	n	m
צ	פ	ע	ס	נ	מ

thau	ſin	res	quf
t	s	r	q
ת	ש	ר	ק

Quod autem Socrates in Cratilo Platonis cum Hermogene loquit. Qz elementorum nomina proferimus, ipſa uero elemēta nequaquā, id per quam maxime in hebraicis locum habet. uis enim literę ſola dictionibus inſeritur. uox autem ipſius deforis ſubiungitur. nam aliud nihil Beth. Vau. Mem. et Pe exprimūt. niſi labiorum geſticulationē. ſicut Daleth. Teth. Lamed. Nun. Thau linguę impulſum. et Zain. Samech. Sin. Res. Zade. dentium exibilantem crepitum. Similiter Gimel. Caph. Quf. & Iod conſonans. palati vuulęq; commotionem. Hęc illarum eſt uirtus literarum atq; poteſtas, non ut totę ſecundum

nomen ingrediantur dictionem, sed ꝙ aptitudine sua prębeant applicationem uocis ad uocalia instrumenta. Iam uerum esse conspicis ꝙd Stagirita philosophus in libri de cęlo uolumine tertio scripsit. elemẽtum esse in quod alia corpora diuiduntur, cum insit uel potentia uel actu. Inde literas iuxta Prisciani sententiam elementorum uocabulo nuncupauerunt, quia coniunctę literalem uocem quasi corpus aliquod componunt, et ingrediuntur quidem syllabas cũctę alphabeti literę potentia tantum, uoces autem actu ipso atꝙ endelechia. sicut si essent literę colores, & puncta lumen. Ne igitur a consueta latinis semita omnino aberrẽ, quo nostri facilius aliena discãt. Libuit elemẽta hebraica in duas partes diuidere. Nam alia uocabimus literas, alia voces. Literę sunt alphabeti signa. Voces sunt addita pũcta. Nec mireris peregrina hęc & inaudita, oportet enĩ te in hebraicis aliter institui quam uel in grecis uel in latinis, quoniam ab illis diuersa est hebręorũ loquela. At qui ex Ammonii peripatetici sentẽtia, in suo de interpretatione Aristotelis commento. Cum gens quęlibet propriis utatur vocibus, peculiares etiam literarum notas asciscit. nõ naturales sed positas, quę pro modo suę linguę constituti loco habeantur. Idꝙ cernitur ea ĩ natione potissimũ, quę ut Cicero uoluit in oratiõe Pro. L. Flacco, semper romanis moribus fuit aduersa, quo fit, ut etiam cõtrario Romanis more scribere uideantur. Latini enim a sinistra scribunt ad dexteram. Iudęi uero a dextera ad sinistram. Et sicut Aegiptii dexterius se grecis scribere iactant Herodoto authore in libro cui titulus est Euterpe, ita Iudęi sese dextrorsum. Latinos autem sinistrorsum ducere calamum arbitrantur, quod putãt lapidum et seminum iactu patere. Accedit etiam commodum, quod Beth, Caph, Lamed, Phe, et Quf, hoc est, B. C. L. P. & Q, conuersis inter se figuris pingũt Latini atꝙ Iudęi, ut facile credas in hoc Rudimentorũ libro sępe alienis & insuetis pręceptionibus opus fore.

DE LITERIS.

a Vdiuisti elementorum diuortia, bifariam separata. Primæ partes literarum sunt. Vocum puncta secundas obtinent. De primis est priore loco dicendum. Lite

rarum quędam ſunt uocales. quędam Conſonantes. Vocales appellant quę hiatu ſolo ex intimis pulmonibus aptę ſunt depromi. potiſſimum animi adminiculo fretę. Dicuntur autem uocales ad uocem exprimendā aptiores. nullo extraneo utentes inſtrumento. niſi tantū ſpiritus uarietate. ut אוחיעה Domicilium tamē poſſident He & Heth in prędordiis. Ain in gutture. Aleph et Iod in oris concauo. Vau in rictu. Ex his binę prodeunt aſpirationes. Lenis ut He. fortis ut Heth. ſicut apud grędos Daſia & pſile. oriūtur quoq; diphthongi quędā. Nam Aleph et Vau. ſimiliter ain et vau faciunt o uel u. aleph & iod. ſignificant i uel e. Vau in fine ſine holem uel ſurek ſignificat digāma ęolicū. et facit diphthongū afuel ef. ſicut apud grędos αυ et ευ Similiter iod in fine nō punctatū. facit diphthongū. cōmiſcendo uocem i cum prędedēte puncto. ut hęc infra latius patebūt. Et ſicut apud latinos i et u quandoq; ſunt uocales quandoq; conſonantes. ita vau & iod in hebręorum ſermone. Conſonātes ſunt cum palati & labiorę miniſterio utuntur. Vocales ſunt cum ſolo exprimuntur oris hiatu. Quando autem conſonantium numero habentur. tunc uel pro ſimplice aſſumunt conſonāte uel pro duplice. omnino ſecundū doctrinā Priſciani Cęſarienſis grammaticę artis libro primo. Cōſonantes ſunt literę quę uocibus adiunctę. inſtrumentorum adminicula in pronunciando requirunt. Inſtrumenta ſunt. labia. lingua. dentes. et palatum. Conſonantium uero alię ſunt biformes alię uniformes. Biformes dicuntur quę ſub uno nomine duplices characteres poſſident. & ſunt numero quinq;. Caph. Mem. Nun. Phe. Zade. Earum autem figurę quas in alphabeti uerſu poſitas cernimus. principales nominantur iſtę. כ מ נ פ צ quę in principio dictionum ſiue etiam in medio tantum locari debent. & nunquam in fine. Teminales autem figuræ dicuntur iſtę. ך ם ן ף ץ quæ ſolum in fine dictionum inueniuntur poſitæ. uno tantum uerſiculo excepto. Iſaiæ nono. Multiplicabitur eius imperium. ubi Mem terminalis dictionem inchoat. quod myſterium altiorem requirit indaginem. quam quæ ad grammaticum ſpectet. Reliquæ ſunt uniformes cunctę. quod vbique olcorum una & ſola characteris ſpecie ſcribantur. Eſt et alia xxii. literarę partitio. Ex eis enim undecim ſunt ſubſtātiales tantū. & reliquę undecī ſimul etiā accidētales. Subſtantiales ſunt quę ſolū pri-

mitiua dictionū denotāt ut חטספרגועצרק. Accidentales autē quę ſimul etiam grāmaticas paſſiones atq; inflexiones deriuatiuo rumq; formationes indicant et ſecundum Rabi Moſe Kimhi ſunt iſtę אתבנהמשליבו Sed Rabi Moſe ben Gebirol ſic eas colligit. אנישלמיהבותב. Accidentaliū aliæ ſolent capiti bus dictionū præponi tantū. ut אלבש alię uero tam in prīcipio quam in fine reperiuutur. ut תבוחירם Conſonantium item aliquę ſolent duplicem pronunciationis modum ſuſcipere. poſſunt enim uel leniter uel fortiter ꝓnunciari. & ſunt ſex בגדכפרת Quando enim quadam mollicie ac leui ſpiritu proferuntur. tunc aut ſupra capita earum ponitur uirgula iacens quæ nominatur raphe ſic – aut certe ſi nō ſuperponatur nihilominus tamen ſuperpoſita intel ligitur. Sic Beth. loco V conſonantis enūciatur. Caph. loco chi grecę literę. quę apud nos ualet ch. Item Pe. loco phi quę valet. F. nel. ph. Similiter Thau. loco thita quę latinis ualet th. efficitq; in pronūcian do hebraice linguam bleſam. Si enim ſupra thau lineam raphe iacen tem conſpexeris. opertebit te in ſibilando linguam inter ſuperiores & inferiores dentes collocare. & ſonitū emittere qualē anſeres ſolent cum iracundia mouētur ad uindictam. Contra uero enumeratę lite ræ ſi puncto in uentre poſito notētur. qui punctus Dagges nominat. tunc fortius ac duriuſcule nec ultra liquide pronunciantur. Solet enim pūctus dagges ita literas fortificare. ut ſæpe unica litera pro ge minis habeatur. Duę uero ſunt quę neq; dagges neq; raphe ſuſcipiūt ſcilicet Teth et quf. Penultima autem Sin. dupliciter quoq; enun ciatur. Si enim in ſiniſtro latere ſupraponatur ei punctus. exprimet uocem ſigma uel s acuto ſibilo. Quod ſi idem pūctus in latere dextro ſupraponatur. tunc emittet ſonitum aquę uehemētis ex altis rupibus impetu labentis et ſpumantis. undē illud poſthac breuitatis cauſa Sin dexterum uel s ſpumoſum ſiue ſpumans appellabo. ad ſignificandum ſpumantis aquę ſonitū. quem & imitabimur cū ſuperiores et inferio res dentes directe cōnectimus linguam a dentibus retrahēdo. Eum ſonū germani per ſch. Itali per ſci. Galli per x uel ch ſignificare conāt. Vnde literā ſin Italia ſcribit ſcin. Gallia etiam Celtica xin uel chin. et Sueuia ſchin. Quoq̄mō ſcripſeris itelligito pinguē ſpumoſum & lati

linguẽ ſibilum ſicut et quibuſdam gentibus conſuetudo eſt literam s. ore ruſtico et ſpumante proferre.

DE VOCIBVS.

Vnc ad ſecundã partẽ elemẽtorũ. quas eſſe uoces diximus. manũ apponamus. Eſt autem uox ſecũdum Ariſtotelem in libro de Anima ſecũdo. aeris reſpirati ab anima in partibus uocalibus percuſſio ad arteriam. Ea fit apud latinos quinque. apud Hebrẽos autem decem modis. Latini enim uocum notas cum cẽteris literis inſertas habent. Hebrẽi autẽ ſolũmodo habitu uocales literas in alphabeto. Voces autẽ actuales extra uerſum alphabeti poſuerũt. Quapropter aliud eſt apud eoſdem uocalis. et aliud uox. Vocalis eſt litera quãprimũ apta in uocem arterialem prodire. adhibitis domiciliorum ſuorũ uarietatibus. Sed uoces ſunt puncta literis cohẽrentia. quẽ rictum oris pro literarum diuerſitate aperiunt. Vt autem uoces hebrẽorum clarius intelligas. procedam ſecundum uocales latinas. A. E. I. O. V. quarũ ſingulẽ una dempta. bifariam diuiduntur. ſcilicet in uocem ſubtilẽ ſiue rectam. et uocẽ groſſam ſiue obliquam. et ſic erũt uoces decem ut experiemur. A rectũ hac linea notat̃ — ſoletq; ꝓferri more italorũ. a. ſicut in appello et affectus et parapſide. dicit̃q; patha. A obliquum ſignat̃ hoc lineamento ⌐ fitq; clauſiore oris rictu. et a ſuperiore declinat ſono paululum. ad O germanis certe crebrum in loquẽdo. Vnde quam illi ſyluam uocant Orcyniam. Ariſtoteles eã in meteorologicis ſcribit Arcyniam. & uerius tanq; ab Harce ideſt pice cognominatã. Et quod grẽcis marmaros a nobis marmor dicit̃. Medium eſt igitur per participationem inter a italicum. & o id quod vocamus camez. Sequitur uocalis ſecunda latinorum. E. cuius inſtar hebrẽi duo puncta tenent ſic .. & uocatur zere. proferturq; ſubtilit̃ vt E in epigrãmate. Erigone. Emãcipare. Enim. Ennula. Contra uero groſſum imitantes ſueuorum E. ſcribunt tribus punctis ſic ∴ et nominatur Sẽgol. declinat autem in pronunciando ab e ad a. ut ſi cupias inter e & a italicum aliquod per participationem inuenire medium. quaſi earum uocalium cõmixtione. apte proferas Segol. dum tamen ab e incipias & in a deſinas uno hiatu. ſic ſueui e pronunciant in error. ergo. extra. eſſe. teſſara. Tertiam latinorum uocalem imitatur pũctus vnus ſubiectus ſic ̣ & uocatur Hirik. quẽ cum ſit uox purẽ latinitatis

n

more ſemper proferenda. non habet obliquiorem ſe. producitur aũt cum iod ſuperadditur. Accedit quarta uocalis O. ſimpliciter ore rotundo enuncianda. cuius loco hebręi unum punctum ſuperponunt. & uocatur Holem. debetq; recte proferri atq; ſubtiliter. ut in addo. beneuolus. ſubdolus. Eregione ſolet inueniri uox aliqua. quę ab o ad a declinet. ſitq; media inter o & a. ſed plus accedat ſono ad o quam camez ſupra memoratum. ideoq; uocatur Hatef Camez. Conſueuit autem ab indiſtincte proferentibus. ſemper loco ipſius o pronũciari. vt Codorlaomer rex Elamitarum. & ſubſcribitur lineamento ipſius Camez prępoſitis duobus punctis alternatiue inuicem conſtantibus ſic ֱ. Quinta Romanorum uocalis eſt V. ad quam uocẽ effingendã ſolet Vau accipi cũ puncto in uentre eius incluſo ſic וֹ uocaťq; Surek. Collateralis eius eſt collectio labiorum. & ſcribitur tribus pũctis ſcalariter ſeu gradualiter ſibi inuicem ſubiunctis ſic ׃. & nominaťkibuz. habetq; eum ſonum quem apud gallos V ſcilicet commixtione i uocalis. Eſt autem uox media inter v & i qualem olim gręci ſuę literę hypſilo dedere. Vnde ſolebãt in uentre ipſius v notam uocalis i ponere ſic ע. quam poſtea eximẽtes ſubteradnexuerunt ſic Y ut in harpyia. Deſcripſimus hebręorum uoces claras nouem numero. Reſtat alia vox ebes. obtuſa. & tam exilis. ut uel uix uel nunq; audiatur. et uocaťſeua. ſcribiturq; ad ſimilitudinem hatef ſupra oſtenſi. duobus pũctis alternatiue inuicem ſubiunctis ſic ׃. Vnde ſolet quandoq; eo uocabulo hateף nuncupari. ut in hac dictione comprimo. ſeu amraphel. ſi per m labia claudas. non poteris ad ulteriorem ſyllabam procedere. niſi os rurſum aperueris. eaq; uocula quę tunc apertione labiorũ exoritur. quantulacũq; et quantumuis ſit breuiuſcula dicitur ſeua quaſi proferas comoprimo amaraphel. Eſt enĩ indiſcretus ſonus. qui propter ſui tenuitatem uix queat ſenſu apprehendi. Pręponitur autem Hateף ſupra memoratum tribus uocibus. Patha. Camez. et Sęgol. & diciť hatefpatha. hatefcamez. & hateſſęgol. ideſt rapidũ atq; uelox. indicatq; uocem correptam. Reponitur quãdoq; in he finali pũctus. qui relationem pronominalẽ ſignificat. & uocatur Mappik. ſed nihil ad pronunciationem pertinet.

EPILOGVS DE ELEMENTIS.

Complectamur itaq; breuibus. quę hucuſq; docuimus. ut cito dicta percipiant animi dociles. teneantq; fideles.

ALPHABETVM XXII. LITERARVM.

אבגדהוזחטיכלמנסעפצקרשת

Vocales sex אוהיעה Reliquę sunt consonantes. Aspiratio lenis ה Aspiratio fortis ח Vocales simul & consonantes. iod. & vau. Consonantes principales simul & mediastimę sunt. כמנפצ Consonantes terminales tantum דסוהץ Consonantes substantiales. חַט סֶפֶר גֶּזַע צֶדֶק

Consonantes accidentales. אֶתְכְּנָה מְשָׁלִי בּוֹ

Consonantes aspirandę uel roborandę בְּגַד כְּפְרַת

Sibilus Samech & Sin sinistri. pronunciatur sicut sigma. seu s Romanorum subtili & acuto sono. Sibilus sin dextri. fit dentibus directe coniunctis. & ab eis lingua retracta instar sonitus impetuosaꝝ aq̃ꝝ. Sibilus zade sicut ts scaber durus et asper. Sibilus zain sicut sd tenuis & blandus. Sibilus thau lingua inter superiores & inferiores dentes inserta & ore bleso. Sibilus caph aspirati hoc est raphe suprapposito fit applicatione radicum linguę ad vuulam faucis. asthma exprimendo sicut gręci solent in litera chi. Pronunciatio literę ain oritur in rumine gutturis. sicut aleph in oris concauo. Puncta uocum sunt. X. A patha— et camez—. E zere ·· et I hirik · subter. O holē . supra. et hatefcamez—: V surek ו et kibuz ·. Vox autem exilis & obtusa seua: Puncta composita hatefpatha—: hatefcamez—: et hateffęgol ·.: Dages . in uentre literę fortis. in media dictione geminat literam. Raphe—supra literam leni flatu aspirans. Punctus unus · quandoqꝫ ponitur in he finali. & significat relationem rei ad rem. uocaturqꝫ mappik

DE SYLLABIS.

h Abes materiam literarum. et formam punctorum. quibus inter se applicatis componitur syllaba. de qua nunc a diffinitione incipientes disseremus. Syllaba est applicatio literę uel literarum ad uocum puncta. Nam si Beth cum patha sociabit̃ fit Ba. Eodem modo quo apud latinos. si b & a iungantur. Similiter si post beth sequat̃ lamed cũ patha sociatũ. fit Bla. Si ꝟo ante lamed inuenia-

tur Beth cum patha iunctũ fit Bal. Hic te mihi puerꝝ prębeas & ferulę asuescas uelim. Nam de singulis literis atqꝫ punctis experiemur monstrato ad oculũ exemplo. quapropter arrige aures et intẽde oculos.

A Rectum.

tha sa ra qa za pa a sa na ma la cha ia ta hha za va ha da ga ba a

אַבַגַדַהַוַזַחַטַיַכַלַמַנַסַעַפַצַקַרַשַת

A Obliquum.

tha sa ra qa za pha a sa na ma la cha ia ta hha za va ha da ga ba a

אַבַגַדַהַוַזַחַטַיַכַלַמַנַסַעַפַצַקַרַשַת

E rectum

the se re qe ze pe e se ne me le che ie te hhe sde ve he de ge be e

אֶבֶגֶדֶהֶוֶזֶחֶטֶיֶכֶלֶמֶנֶסֶעֶפֶצֶקֶרֶשֶת

E obliquum.

thę sę rę qę zę pę ę sę nę mę lę chę ię tę hhę sdę vę hę dę gę bę ę

אֶבֶגֶדֶהֶוֶזֶחֶטֶיֶכֶלֶמֶנֶסֶעֶפֶצֶקֶרֶשֶת

I

thi schi ri qi zi phi i si ni mi li chi ij ti hhi sdi vi hi di gi bi i

אִבִגִדִהִוִזִחִטִיִכִלִמִנִסִעִפִצִקִרִשִת

O rectum.

tho scho ro qo zo po o so no mo lo co io to hho sdo vo ho do go bo o

אֹבֹגֹדֹהֹוֹזֹחֹטֹיֹכֹלֹמֹנֹסֹעֹפֹצֹקֹרֹשֹת

O obliquum.

tho scho ro qo zo po o so no mo lo co io to hho sdo vo ho do go bo o

אֹבֹגֹדֹהֹוֹזֹחֹטֹיֹכֹלֹמֹנֹסֹעֹפֹצֹקֹרֹשֹת

Ѵ

thu̇ su̇ ru̇ qu̇ zu̇ pu̇ u̇ su̇ nu̇ mu̇ lu̇ cu̇ iu̇ tu̇ hhu̇ sdu̇ vu̇ hu̇ du̇ gu̇ bu̇ u̇

אֻבֻגֻדֻהֻוֻזֻחֻטֻיֻכֻלֻמֻנֻסֻעֻפֻצֻקֻרֻשֻת

De ſeua.

ſchúth qûr zok poz iph nis lęm ięch hhet heſd gad ab

אַבְגַּר חֲוֵ חְטִיךְ לָם נֶס עֶהְ פֵּץ צֵקְ קָר שָׁתְ

Ex quibus alphabetis & pũctis ita ſyllabas cõfice. aleph patha a. beth patha ba. gimel patha ga. daleth camez dõ. he camez hõ. vau zere ve. zain zere ze. heth ſęgol hę. teth ſęgol tę. iod ſęgol ię. caph holem co. lamed holem lo. mem holem mo. nun hateſcamez no. ſamech hateſcamez ſo. aleph et vau ſurek v. ain et vau ſurek v. ain kibuz ù. pe kibuz pù. ſade kibuz zù. qof kibuz qù. ſin ſeua ſch. taf ſeua th.

Vt autem ad ulteriora facilior tibi pateat aditus. oportebit primo tẽptare uires. pręparare os & calamũ. iugiter inſtare ut poſt agnitionẽ elementorum et ſyllabarũ ſcientiam. ad dictionum poſſis prolationẽ peruenire. id fiet ſi te prius in multarũ ſyllabarz connexione diligẽter exerceas. quomodo Demoſthenem aiunt lapillis in os proiectis lram rho grecam quã uitio linguę diu proferre non poterat. ſtudio indefeſſo ac immenſo labore multum et ſepe repetijſſe. quatenus ex lõgo ſaltem uſu nihil obſtaret quin rho ipſum eloqueret. quod cum ita cõtigiſſet. ferũt dixiſſe uerbis grecis eurika to rho reroreumenõ. ut oſtẽderet ꝙ labor im ꝓbus omnia uincit. Reuertamur igit ad ſyllabas. & experiamur quid ſibi cohęrẽtes efficiãt. ut ſi dicas aleph patha beth iã exoritur ab beth patha gimel bag. gimel patha daleth gad. he patha ſdain haſd. quod iccirco ſic noto. ut accurate memoria teneas quoniã in epilogo elemẽtorz audieris duplex eſſe z. unũ ualde lene ꝙd uocaũ zain. & ut ea lẽitas ꝓlatiõis molliciaꝙ pateat. ego tibi ꝓ zain aſcripſi ſdain. q̃le et Hieronymus prior me fecit. nã cũ debuiſſet ſcribere libz Ezrę ꝓ zain. ſcripſit Eſdrę. ſcilicet ꝓ zain ſd. aliud eſt z aſperz et uocaũ zade ꝙd pronunciaũ ſucut ts. ut ezem quaſi etſem. ſic ez quaſi ets. memento igit te habere duo z ſcilicet zain et zade. unũ lene alterz durz. duo s ſcilicet ſamech et ſin. duo t thau et teth. et adhuc ambobus his mollius d ideſt daleth. quã lram daleth ea de cauſa multi etiã aliquãtulum ſibilant. et ꝙd nos iod ipſi ius dicũt. Item qof et caf atqꝫ ambobus his mollius gimel. duas aſpirationes he et heth. q̃rum prima leniter efflat. ſecũda fortit anhelat. duo a ſcilicet aleph et ain. q̃rum primũ in ore. ſecundũ in gula. Horũ oĩm ſic ſepe meminerim. ut ea ipe fidelius

memoria teneas. multũ enim ualebit ad syllabas pronũciandas. Accedit ad hoc etiã noticia diphthongoꝝ. quarum expeditionẽ usq; huc reseruauimus. nã absq; his nec syllabas nec dictiones recte leges. Est autẽ diphthongus duaꝝ uocum sub unico puncto cõmixtaꝝ monosyllabica eloqutio. Diphthongoꝝ alię dicunt̃ ꝓprię. alię uero improprię. Diphthongi proprię sunt sex. af. ef. if. ai. ei. oi. prima diphthõgus est af. ut thaf sic תָּו Ezechielis. ix. Signa thau super frontes uirorũ.

Similiter עֵשָׂו Esaf Geñ. xxv. Et uocatum est nomen eius Esau. Secunda ef ut Kislef idest nouẽber sic כִּסְלֵיו Zacharię. vij. in quarta mẽsis noni qui est Casleu. Tertia if. ut zif idest aprilis sic זִיו iij. Re. vi. In anno quarto mense ziu. Et licet Romani pro ijs dicant au. ei. iu. Gręci tamen in hoc imitantur Hebręos. ut cum dicunt Aftocrator ꝓ autocrator idest imperator. Efangelion pro euangelion idest Euangelium. Ifgenios pro Eugenios idest barbatus. debet tamen hoc loco F leniter et nõ fortiter sonare sicut digãma ęolicum quondã. ꝓ quo latini inuenerunt v consonantẽ. teste Prisciano in li. i. quod adhuc hodie nominari potest digãma ęolicũ. Quarta diphthongus ꝓpria est ai. sicut apud latinos Virgilius. Aulai in medio libabãt pocula bachi. Ita quoq; hebraice hai sic חַי idest viuus. Ps. xlij. Sitiuit anima mea ad deum fortem viuũ. vel ai per camez ut שַׁי Iesę. Quinta diphthõgus est ei. ut heil sic חֵיל idest diuitię seu abundantia. Iob. xx. iuxta multitudinem adinuẽtionum suaꝝ. quomodo etiam latini. Terẽtius in Andria. Hei metui a Chriside. Sexta diphthongus est oi. ut hoi sic הוֹי idest vę. Ierem̃. xxij. Vę frater et ue soror. q̊d latini in e finiunt vt hoe. Oratius in odis. Heu hoe parce liber. Cęteꝝ alię dicunt̃ diphthongi inproprię. quãuis enim duabus sub una syllaba uocalibus scribant̃. tamen in ipsa prolatione nõ est plurium uocũ cõmixtio. sed una tantum uox sonat. Sunt autem inproprię diphthongi numero tres. I vt אִי uel עִי O ut אוֹ uel עוֹ V ut אוּ uel עוּ Hęc itaque de diphthongis paucula sufficiant rudibus.

DE PROFERENDO VEL NON PROFERENDO

In conficiendis autem ſyllabis uocales quędã proferuntur. i quędam uero non proferũtur. Nam quęcumq; habent unũ de punctis uocalibus illę proferunt̃ ſecundum uocẽ puncti ſibi adnexi. Excipiuntur ambę aſpirationes in fine ſyllabę. cum ſub eis notatur ſeua. exemplum de he. iiij. Re. x. וְאַחֲרֵיהֶן ideſt. et inter feci eũ. exẽplum de heth. Iſaię. liij. וְנַחְמְדֵהוּ .i. et deſyderauimus eum. quia nõ pronunciantur niſi ſequatur uocalis altera. Quę autem nullum punctũ habent. tametſi ſcriptę ſint. tamen nõn proferuntur. ſed accipit ipſa ſyllaba uocẽ ſuam a puncto in eadem ſyllaba litera uocalẽ precedente. excipit̃ iod finalis in tribus ſpeciebus. prima quãdo per dięreſim ſoluit̃ diphthõgus ut אֵרִי tunc dięreſis facit diſſyllabũ oi. Secũda ſpecies qñ p̃cedit v ſurek ut תָּלוּי triſſyllabũ. i. ſuſpẽſus. Tercia ſpecies. Quãdo iod ꝓnoĩaliter adiicit̃ q̃tenus p̃ ſe ſignificet ut פָּנַי triſſyllabũ ideſt facies mea. Iſtis tribus ſpeciebus uocalis iod finalis quamuis nõ punctet̃ tamen nihilominus profertur naturali ſuo ſono ſcilicet I. in aliis aũt manet regula. p q̃ clarius explicãda. liceat exẽpli cauſa primã biblię dictionẽ ĩ mãus ſumere. q̃ eſt בְּרֵאשִׁית breſith. in q̃ dictiõe uides duas uocales literas ſcilicet aleph et iod. Qz ſi aleph e dictione tollas nihilomĩus legeẽ breſith. qa ſub res cõſonãte punctus ſedet q zere uocat̃. ergo cũ res et zere faciãt re. uidẽus aleph ad uocẽ re nõ neceſſario accedere. eodẽ mõ de iod lĩra uocali iudicandũ eſt. q̃ ſi nõ eſſet ſcripta. nõ minus cõſonans ſin et punctus hirik facerẽt ſi. cõiunctoq; thau fieret ſith. et ſic breſith. q̃d nõ ſolũ in medio dictionũ diligẽt uerz etiã in fine ualidius eſt cõſyderãdum. nam ſecũda dictio biblię בָּרָא bara. i. creauit. cõſtituit̃ ex beth et camez. i. ba. & res camez. i. ra ubi aleph qeſcit et ſilet tãetſi ſcriptũ. Eſt qñ duę lĩrę uocales in fine dictiõis ſilẽt quantũuis ſcribãt̃ ut חַיָּא hi. i. hęc. nam he lĩra et punctus hirik faciũt hi. cętera ſilent. Illud q̃q; in primis notandũ eſt. vocalẽ he aſpiratõnis notã in fine dictionũ nunq; ꝓnũciari. tãetſi

ſcriptã. ſimiliter heth. officium enim illarum literarũ in fine dictionũ eſt puncto cuiꝯ ſpiritum poſtergare. accõmodareꝯ uel aſperum uel lenem quamuis in ſcribendo he & heth differant. nam he terminalis nunꝯ punctatur. ſed heth terminalis quandoꝯ pũctum ſubiectum habet. ut רוּחַ quod pronunciatur Ruah et non ruha. Dignũ nota

profecto. nec obliuioni dandũ ꝙ dixi cum fuerit heth terminalis. nã ſi alia litera ſequatur. ipſa quaſi aliam ſimul ſyllabã ĩcipiẽs flatũ ſuũ priore ordine accõmodat. ut רוּחִי ideſt ruhi. & רוּחוֹ .i. ruho. Sed quando ipſum ſibiipſi finalẽ ſyllabam efficit. tunc uox puncti ſub iecti pręcedit flatum. & flatus fortis ipſam prolationẽ uocis cõſequit. Cęterum nec id te lateat qualis uſus in pũcto ſeua cõſueuit obſeruari. Solet enim ea quandoꝯ proferri quandoꝯ non. In conſonantibus nanꝯ connexilibus alio ultra alpes alio citra more utuntur. Sunt aũt connexiles binarię ſecundum Priſciani doctrinam in fine libri primi artis grãmaticę. BD. GD. CT. PT. MN. SB. SC. SL. SM. SP. ST. Et apud hebręos ſicut de s ita de z iudicandũ eſt. Omnes quoꝯ mutę pręcedunt tres liquidas ſingulariter ſingulas. ſcilicet l. n. r. ſed huic m ſolum pręponi poſſunt. c. d. g. t. In fine uero dictionis omnes liquidę inueniuntur ante s. ſed tres tantum pręcedunt x. uel cs. ſcilicet. l. n. r Ternarię item capitales poterunt cohęrere. ſcr. ſtr. ſpr. ſimiliter. ſcl. ſtl. ſpl. Finales autẽ cum ſunt liquida primũ. deinde muta. tertio s. Illo accurate cõſyderato. animaduertendum eſt ꝙ ſeua punctus quoties conſonantibus ſubſcribitur connexilibus apud germanos ſolet quieſcere atꝯ ſilere. apud italos uero & hiſpanos paululũ moueri ac muſitare ceu ſi quoddam e ualde exile ſubaudias. quod experimur in ſu prapoſito biblię initio בְּרֵאשִׁית ubi muta et liquida ſunt una cõ

nexiles. ideo ſeua ſub beth a Germanis nõ proferẽ. dicũt enim breſith ſicut latini breuis. Capiamus ſecundi libri biblię initium. et inuenitur

ſecunda dictio שְׁמוֹת ubi connexiles ſunt ſm. ergo ſeua punctus

quieſcit et ſilet citra mõtes ideſt in germania. muſſat aũt ultra mõtes dicũt enim germani ſmoth. Itali et hiſpani ſemoth. Iambice prima ſcilicet ualde correpta. ſimiliẽ סְפָרִי ideſt Hiſpanus. & צְפַנְיָה

profeta. sic obseruandum est in ternis cõnexibilibus si qua inueniant. sola enim tertia punctabitur uoce quam imitetur. duarum aũt pręcedentium quęlibet punctum seua subiunctũ habet qui silet & quiescit. vt stran & strepan. In ahastran et ahastrepan Ester. viij. & Ezrę. iij. atq; viij. In aliis uero nõ connexilibus tam in primis quam in mediis syllabis seua nõ silet sed mussat. ut יְמִין Iemin Dextera. & דְּבָרִים debarim uerba. & לְשׁוֹנוֹת leschonoth linguę. similit' יִלְמְדוּ docebunt ubi m et d non sunt connexiles. In fine autem tam syllabarũ quam dictionum siue plures sint cõsonantes seu una sola. semper seua silet. ut בַּלְטְשַׁצַּר idest Baltschazer. Danielis. iiij. Daniel cuius nomen Baltasar. habet quippe tres syllabas. et prima desinit in duas consonantes. l. et. t. quarum quęlibet scribitur per seua. attamen nõ legitur uox sed uirtus ambarũ consonantiũ deseruit puncto patha quod sub beth signatum est. quapropter ita legitur balt. exemplum regulę in fine dictionis ubi similiter puncta seua silẽt. ut in nomine Artaxerxis Ezrę. vij. quod scribitur אַרְתַּחְשַׁסְתְּא et legitur Arthahschasst. Non absimiliter putabis fore iudicandũ de unica consonante quę uel syllabam finit uel dictionem. quia seua punctus sub illa notatus non profertur sed silet. ut לִבְנֶה nomen arboris quod profert' libne. Item כַּפְתֹּר sic Caftor. i. scyphus. Item יִשָּׂשְׂכָר ijsaschar quod nos legimus Isachar. Hęc autem regula de medio dictionis duas habet exceptiones maxime quidem memorabiles. quas optimum est non ignorare. Prima exceptio. Cum in medio dictionis duę consequenter positę uidentur consonantes. quarum prima in se continet punctum dagges subscribiturq; seua. eo casu profertur consonans fortiter ac si esset gemina propter dagges. ut supra patuit. & seua profertur suo more breuiter admodum. ut סִיסְרָא quod legitur Sissera trissyllabum. Iudicum. iiij. Non autem sic in עֶזְרָא. i.

Ezrā illo ſcriba. nam diſſyllabū eſt. eo quod zain nō continet punctū dagges. Secunda exceptio eſt. Quando una eademq; conſonans in medio dictionis geminatur ideſt conſequēter bis ponitur. tunc ſi prima conſonans per ſeua notatur. regulariter ſeua pronunciatur. ut הַלְלוּיָהּ Alleluia. nam ſi ſeua non pronunciaretur. tunc contextū Alluia diceretur triſſyllabum. nunc uero tetraſyllabum eſt. ideſt laudate deum. Hęc de ſeua conſonātium dicta ſint. Quando autem poſt conſonantem ſub qua ſcribitur ſeua ſequitur uocalis. tūc ſeua ſemp pronunciatur. ut תְּאֵנָה theena ficus. & יִשְׁמְעוּ audient. triſ ſyllabum quę ambo leguntur Geñ. iij. מְעָרַת meara triſſyllabū ſpelunca eiuſdem. xxiij. Item קְחוּ Sumite. eiuſdem. xliij. quod eſt diſſyllabum. et ſic de aliis ſimilibus. Illud quoq; de camez etiam huc afferre perplacet. quod uſus nos hactenus magis quam ars docuit. Nam quoties duo ſeſe camez conſequuntur. poſterius ad pronunciationem ipſius o uocalis declinat. ſeu quod pluribus eſt in more primum o rectum. ſecūdum a obliquum ſonat. quod & in monoſyllabis ęque accidit. preſertim in lamed deſinentibus. & in ijs dictionibus quarum antecedens litera per camez & ſequens per ſeua ſcribitur. Obſeruatur id etiam a quibuſdam in polyſyllabis dictionibus cum ultima per camez ſcribitur et ſequitur dictio monoſyllaba. quę omnia continentur his exemplis.

Bo	Ethmoch	Adom	Chol	Hochma
בּוֹ	אִתְּמֹךְ	אָדָם	כֹּל	חָכְמָה

quod ad ultimum interpretatī ſuſcipiā eum Iſaię. xlij. at uero in primis quiſq; admonēdus eſt me nō iam doctis ſcribere ſed rudibus. quibus lacte opus ſit nō ſolido cibo. Quapropt̄ de legēdo tantū p̄cepta polliceor nō de ſcribēdo. In hoc enim rudimentorū libro ſaltē hoc unū te docebo. ut ſcripta legas. nō ut legēda ſcribas. Nam ſin aliť. ego certe multa conficerē ingenij et ratis indicia. quę tñ adnuēte deo nō omittā poſteaq; te ſenſero elemētarios limites egreſſum. altiora deſyderare.

DE DOCTRINA EMPERICA

Oſt tot & tam uarias elementorum et ſyllabarum regulas. opinor apprime quã utiliſſimũ fore. īmo ad artificiũ legẽdi ferme neceſſariũ. electa quędã uocabula in mediũ afferre. quę nõ ſint auribus tuis omnino peregrina nec tamen nõ difficilia cõ prehenſione ſimul atq; ꝓlatione ut illis os & ſpiritũ conformes. ſolẽt enim quę aliena penitus exiſtũt. iuxtaq; huius linguę idioma de trito loquendi calle aberrant. ſępe animum Neophyti terrore aut deſperatione principio auertere prẽſertim in eo ſtudio quod adhuc noſtra lingua illuſtratum non eſt. Econtrario accidit. ut is qui operam & impendiũ ad initia quędam artis applicat. maxime quidem nolit circa vulgaria & omnino trita ſudare propter laudẽ uirtutis adipiſcendã. quę ſemper circa ardua uerſat. Vnde conueniẽs eſſe duxi prędclaram Marię uirginis proſapiam erudiendis ꝓponere. quã ſępe in eccleſia licet indocte ꝓnunciatam feſtis exercere diebus audierunt. nec tamẽ ſic uulgo decãtatã. ut nõ totis oporteat uiribus ad ſyllabas colligẽdas intẽdere. Quare ſenſibus hęcimis res eſt non parua reponas.

INCIPIT GENEALOGIA MARIAE VIRGINIS EX QVA HOMO NATVS EST REX REGVM IESVS DEVS OPT. MAX.

Hanoch Iared Mahalaleel Cainan Enos Seth Adam

אֲדָם שֵׁת אֱנוֹשׁ קֵינָן מַהֲלַלְאֵל יֶרֶד חֲנוֹךְ

Euer Sala Arfachſchad Sem Noa Lamech Methuſelach

מְתוּשֶׁלַח לֶמֶךְ נֹחַ שֵׁם אַרְפַּכְשַׁד שֶׁלַח עֵבֶר

ïzhak Afraham Tharah Nahor Serug Reu Pęleg

פֶּלֶג רְעוּ שְׂרוּג נָחוֹר תֶּרַח אַבְרָהָם יִצְחָק

Amminadab Ram Hezron Perez Iehuda Iaacof

יַעֲקֹב יְהוּדָה פֶּרֶץ חֶצְרוֹן רָם עַמִּינָדָב

Schlomo Dauid ıſchai obed Boaz Salma Nahſchon

נַחְשׁוֹן שַׂלְמָא בֹּעַז עֹבֵד יִשַׁי דָּוִד שְׁלֹמֹה

Ahaziahu Ioram Iehoſchaphat Aſa Abia Rehabaam

רְחַבְעָם אֲבִיָּה אָסָא יְהוֹשָׁפָט יוֹרָם אֲחַזְיָהוּ

Ioſchiahu Amon Mnaſſe Hiskiahu Ahaz Iotham

יוֹתָם אָחָז חִזְקִיָּהוּ מְנַשֶּׁה אָמוֹן יֹאשִׁיָּהוּ

Iehuda Iohanan Reſa Zerubabel Schealthiel Iechonia

יְכָנְיָה שְׁאַלְתִּיאֵל וְרֻבָּבֶל רֵשָׁע יוֹחָנָן יְהוּדָה

Heſli Nagid Maoth Mathathia Semei Ioſeph

יוֹסֵף שִׁמְעִי מַתִּתְיָה מָאוֹת נַגַּי חֶסְלִי

Leui Melki Iane Ioſeph Matthathi Amos Nahum

נָחוּם עָמוֹס מַתַּתִּי יוֹסֵף יַעְנַי מַלְכִּי לֵוִי

Iehoiakim Mathath

מַתַּת יְהוֹיָקִים

Virgo Maria

Miriam

מִרְיָם

אָדָם duas habet ſyllabas, aleph camez facit a obliqū, eſt igit ea ſylla

ba int a et o uoce media ꝓferēda: ſecūda ſyllaba daleth camez ſimilit da, et iūcto mem dam ea fit Adam. quia uero duo camez ſeſe cōſequūt poſterius ad uocē o declīat. iō dicūt Adom. claudit aūt mem nec eſt ſil'is ei lr̄ę quę ī uerſu alphabeti notat. quia ex quīcꝫ terminalibus una ē ſolū ī fine locāda. שׁ monoſyllabū nomē eſt. cuius pria cōſonās

uocatur ſin dextrū, ideſt ſchinſpumoſum, ſecunda uero cōſonans eſt

thau raphatū.i.thau bleſū et ſibilās.dic ergo ſic. ſchin zere ſche. iūge thau ſibilās fit ſcheth.hunc ſibilū exprimere nō poſſū p ſcripturā noſtrā niſi ſupponēdo iacentē lineā. אֱנוֹשׁ duas habet ſyllabas. prīa aleph hateſſęgol facit ę obliqū et breue ,ppt hatef.ea ſyllaba generat ronchū ęn correptū.ſecūda nun vau holē et fit no. iunge ſin dextrū & ſpumoſum ſic oritur noſch cōprehēde ſingula et fit Enoſch. קֵינָן

Duas hēt ſyllabas.prīa quf zere facit ke cui iungit iod p diphthōgū q̄ eſt quīta nūero.et fit kęi.ſcd'a nun camez facit na obliqū cui addēdo aliud nun .i. n fit nan.cōprehende ſingula et fit keinan. Habet autem nun finale aliam figurā quam antecedēs.quia eſt una de quīcę terminalibus cōſonantibus ſupra notatis. מַהֲלַלְאֵל quinc̄ habet ſyllabas.prima mem patha facit ma rectū. ſecunda he hatef patha facit ha leniter correptū propt hatef. tercia lamed patha la. quarta lamed ſeua muſſat ſubitaneū e.pronunciatur autem et nō tacet.quia cum ſequit uocalis punctata ſemper pronunciat ſeua.ut in ſuperiore capitlo patuit.quinta aleph zere facit e rectum.cui ſubiungendo lamed ideſt l erit el.comprehende ſingula et fit Mahalaleel. יֶרֶד duas habet ſyllabas.prima iod camez facit ia obliquum. eſt autē iod conſonans. quāuis enim ſit litera uocalis ſcilicet aptitudine.tamē uſus hic eius eſt cōſonans.& regulariter ſemper iod in principio ſyllabę eſt conſonās actu.quod memento diſcipule.ſecūda res ſęgol facit re groſſum ſiue obliquum cui ſubiungēdo daleth ideſt d erit red. cōprehēde ſingula & fit iarę̄d. חֲנוֹךְ duas habet ſyllabas. prima heth cum hatef patha facit ha rectum & breue. rectum propter patha. breue propter hatef.& forti anheloc̄ flatu eſt pronuncianda.quia eſt daſia et aſpiratio fortis.quę cum ad latinitatem tranſfertur debet a nobis per h ſcribi.nam altera ſcilicet pſile aſpiratio apud latinos non ſcribitur ſed uocalis ſola quam aſpirat. ſecūda nun vau holem facit no. cui ſubiūcto caph raphato ideſt ch erit noch. comprehende ſingula & fit Hanoch. Caph autem oblonga non habet figuram ei ſimilem quę in uerſu alphabeti ponitur.quia eſt una de quinc̄ terminalibus.

Seua poſt vocalem pnctnatam ꝓnūciat

Iod in principio dictoꝝ eſt cōſonās

7 Raphatum ꝙ raph cum ꝙ lit ꝙ pnūciat ꝙ

caph in fine dictionis Valet chi grecū

Et nota q̊d ea in fine semp̱ aspirat̃. pronunciat̃q̧ sicut chi gręca ul̃ ch.

מְתוּשֶׁלַח quatuor habet syllabas. prima mem seua mussat uocē

subitaneā et exilē siue tu e intelligas siue a. nihil curo dūmodo sit uix cōprehensibilis sonus. qua ꝓpter quidā loquunt̃ me quidā ma. et hic memorię tuę ponas uelim insignē notam. ut posthac recorderis me hoc in loco tibi dixisse. q̊d ꝓpt̃ instātaneā et tā exiguā soni appręhēsionem Seua a diuersis diuersimode pronūciat̃ secundū diuersas uocaliū uoces. Ego uero iuxta mores Iudęorum Alemanię semper ex seua ronchū. i. sonitū nariū cōcipio ęn breuissimū et obtusum. notato hęc. quia nō oībus in locis oīa pręcipimus. secūda syllaba thau vau surek facit thu sibilās propt̃ raphe. tercia sin dextrū et sęgol faciūt schę obliquū et spumās. obliquū ꝓpter sęgol. spumās propt̃ punctū ad dexteram ipsius sin cōsonantis suprapositū. quē solēt aliqui in ipsius literæ humeris ponere sic ש similit̃ de sinistro intellige. alit̃ aūt de dagges iudicandū est. qui pūctus oīno in uentre locat̃. quarta syllaba lamed patha facit la. cui subiūcto heth forti aspirationi orit̃ lah anhelū. comprehēde singl̃a et fit methuschęlah. לָמֶךְ duas habet syllabas. prīa lamed camez facit la obliquū. secūda mē sęgol facit mę obliquū. cui si iungat̃ caph finale raphatū. i. ch fit lamęch. נֹחַ duas hēt syllabas. prīa nun holē fit no. secūda heth patha facit ah et nō ha. cōprehende singl̃a et fit noah iuxta regulā in superiore ca. datā. שֵׁם monosyllabum cōstituit̃ ex sin dextro cū zere q̊d facit sche. cui si iūgat̃ mē. i. m fit schem. אַרְפַּכְשַׁד tres habet syllabas. prīa a patha facit a rectū cui si cōsonet res. i. r fit ar. secūda pe raphatū cū patha facit pha. cui si consonet caph raphatū fit phach. nā seua subscriptū nō legit̃. iuxta regulā in superiore ca. datā. ꝙ in fine tā syllabaꝝ q̄ꝫ dictionū siue plures sint consonātes seu una sola semp̱ seua silet. habes igit̃ arphach. tercia sin dextrū patha facit scha spumās. cui si cōsonet daleth. i. d erit schad. comprehende singula et fit arphachschad quod in nostra biblia Arfaxad legimus. שֶׁלַח duas habet syllabas. prīa sin dextꝝ cū camez

ſacit ſcha obliqū et ſpumās. ſecūda lamedpatha facit la rectū cui ſi adiungat heth fortis aſpiratio erit lah anhelū. comphende ſingula et fit ſchalah. עֲבַר duas habet ſyllabas. prima ain cū zere facit e rectū in

ruma gutturis. ca ain eſt lra gutturalis. ſecunda beth raphatū cū ſegol facit digāma ęolicum et e obliquū ideſt vę. cui ſi conſonet res erit vęr. comprehende ſingula et fit Euęr. פֶּלֶג duas habet ſyllabas. prima

pe ſegol pę obliquum. & profertur pę et non phe ſeu fe. quia litera pe habet punctū dagges in uentre. ſecunda lamed ſegol facit lę. cui ſi conſonet gimel erit lęg. comprehende ſingula et fit pęlęg. רְעוּ duas ha

bet ſyllabas. prima res ſeua muſſat re. breuiſſimo roncho. ſecunda ain vau ſurek facit inpropriam diphthongū v ut ſupra ca. quinto. quia uero quando poſt conſonantem ſub qua ſcribitur ſeua ſequit uocalis tunc ſeua ſemper pronūciatur. iccirco ſeua uocem licet exiguā habet. comprehende ſingula et fit Reu. quod noſtra biblia legit ragau. conſueuit nāq; Hieronymus ſepe ante literam ain quę eſt gutturalis g ponere. ut oſtendat motum gutturis ſiue ruminis debere uocalem ain

p̄cedere. ſic fecit in Gomorra Geñ. xix. q̄d hebraice ſcribit עֲמֹרָה

Et in Gomor menſura Exodi. xvi. quod ſcribit עֹמֶר et ſic de alijs.

optimum factu facies diſcipule. ſi huius non obliuiſcaris. שְׂרוּג

duas habet ſyllabas. prima ſin ſiniſtrum. ideſt ſibilus acutus cum ſeua facit ſe ſubitaneum. nam ſeua non ſilet. ſed pronunciatur ex regula ſuperioris capituli. quę dicit ſic. In alijs uero nō cōnexilibus tā in primis quam in medijs ſyllabis ſeua non ſilet ſed muſſat. ſecūda res vau cum ſurek facit ru. cui ſi conſonet gimel ideſt g erit rug. comprehende ſingula & fit ſerug. בָּחוֹר duas habet ſyllabas. prima nun camez

facit na obliquum. ſecundą heth et vau cum holem qui pūctus ſignat

ſuper occipitium ipſius vau et facit ho cū anhelo ſpiritu. cui ſi cōſonet res ideſt r erit hor. comprehende ſingula et fit nahor. תָּרַח duas

habet ſyllabas. prima thau per dagges ergo nō ſibilat. ſic thau camez facit tha obliquum. ſecunda res patha facit ra. cui ſi ſubiungatur heth ideſt flatus fortis erit rah. comprehende ſingula et fit tharah. אַבְרָהָם tres ſyllabas habet. prima aleph patha facit a rectū. cui ſi

conſonet beth raphatum ideſt digāma ɛolicum fit ab. i. af. et eius ſeua non legitur. quia br ſunt literę connexiles. uel uerius quia beth terminat ſyllabam. ſecunda res camez facit ra obliquū. tertia he camez facit ha obliquum cum minimo flatu. quia he eſt pſile ideſt aſpiratio lenis. cui ſi conſonet mem terminalis ideſt m erit ham. connecte ſingula & fit afraham ſeu abraham per digāma ɛolicum. יִצְחָק duas habet

ſyllabas. prima iod hirik facit ĭ. ubi prior eſt conſonans et poſterior vocalis. cui ſi conſonet zade fit ĭz. ſecunda heth camez facit ha obliquum & anhelū. cui ſi conſonet quf erit hak. comprehende ſingula & fit ĭzhak. יַעֲקֹב tres habet ſyllabas. prima iod conſonans cum

patha facit ia rectū. ſecunda ain ſeua muſſat uocem in gutture. et facit exiguum e uel a non curo utrum. tertia quf holem facit ko. cui ſi conſonet beth raphatum ideſt digāma ɛolicum erit koffiue cob. comprehende ſingula et fit Iaacob uel Iaecof. יְהוּדָה tres habet ſyllabas.

prima iod ſeua facit ie. & pronunciať quia ſequiť uocalis. ſecunda he vau ſurek facit hu leniter. tercia daleth camez facit da obliquum. cui ſi addatur lenis aſpiratio erit dah minime aſpiratum. cōprehende ſingula & fit iehudah. פֶּרֶץ duas habet ſyllabas. prima pe p dagges

cum ſęgol facit pę obliquum. ſecūda res ſęgol facit rę obliquū. cui ſi conſonet zade ideſt z erit ręz. comprehende & fit pęręz. זֶרַח

duas habet ſyllabas. prima heth ſęgol hę obliquum et anhelum. cui ſi conſonet zade fit hęz. & ſeua ſilet quia finit ſyllabam. ſecunda res vau holem facit ro. cui ſi conſonet nun finalis. i. n erit ron. comprehende

omnia et fit hezron. חֶצְרוֹן monosyllabū. res camez facit ra obliquū.

cui si cōsonet mem terminalis ideſt m fit ram. עַמִּינָדָב quatuor

habet syllabas. prima ain patha facit a rectum & gutturale. quia uero sequens mem in medio dictionis positum in uentre suo continet punctum dagges. ideo tanq̄ litera gemina est pronuncianda. quapropt̄ tam priori syllabę cōsonat quam posteriori. In eo autem q̄ primę syllabę consonat facit am. secunda mem hirik facit mi. cui subiungit̄ iod uocalis quę cum non punctatur etiam non pronunciatur. iuxta regulam superiore capitulo datam circa eius prīcipium. tertia nun camez facit na obliquum. quarta daleth camez facit da obliquum declinādo ad o. cui si cōsonet beth raphatum ideſt digāma ęolicum erit daf siue dab. comprehende singula et fit Amminadab. rectius Amminadaf. נַחְשׁוֹן tres habet syllabas. prima nun patha facit na rectū. secūda

heth seua mussat uocē cum expresso anhelitu et facit a uel e obtusum. tertia sin dexterum & vau cum holem faciunt scho. cui si cōsonet nun finale. i. n erit xon siue schon. comprehende singula et fit Nahaschon

seu Naheschon. שַׂלְמָא duas habet syllabas. prima sin siniſtrum

patha facit sa rectum et acutum. cui si cōsonet lamed ideſt l fit sal. nam seua non pronunciat̄ propter finalitatis rationē. secunda mem camez facit ma obliquū. cui adiūgitur aleph & nō legitur quia nō punctat̄. comprehende totum et fit Salma. בַּעַז duas habet syllabas. prima

beth cum dagges et holem faciūt bo solidum & nō aspiratum. secūda ain patha facit a rectum et gutturale. cui cōsonat zain tenuis sibilus & est az. comprehende singula et fit boaz. עֹבֵד duas habet syllabas. prima ain holem facit o gutturale. secūda beth raphatū cum zere facit ue rectum. cui cōsonat daleth et fit ved. collige & erit oued uel obed per digāma. יִשַׁי duas habet syllabas. prima iod consonans

cum hirik facit ij. secunda sin dexterum camez facit scha obliquum.

אֱלֹהִים Deus. ut Geñ. i. In principio creauit deus cęlum et terram & ſecundum Hiero. ad Marcellã comunis numeri eſt. quod et unus deus ſic uocetur et plures ut שָׁמַיִם ideſt cęlum et cęli. ut apud nos athenę. thebę. & ſecundũ Moyſen Aegyptiũ in libro perplexoꝝ primo hoc nomẽ cõuenit deo. angelis. et hominibus admiratiõe dignis. Inuenitur et pro idolis & iudicibus. vbi enim nos legimus Exodi. xxi. Offerat eũ dñs diis et applicabit ad oſtiũ. exponũt hebręi iudicibus. Sic etiã chaldaica trãſlatio habet. adducat eũ magiſter ſuus ad iudicẽ.

אֱלַח נֶאֱלָח Fetuit. corruptus et inutilis factus eſt. ut Iob. xv. Quanto magis abominabilis et inutilis homo. et ps. xiiii. omnes declí

nauerunt ſimul inutiles facti ſunt.

אָלַם Manipulauit, uel collegit faſciculos, inde אֵלֻם faſciculus, manipulus, ut Geñ. xxxvij. et ecce nos manipulantes manipulos. quod magis latine Hieronymus ſic. Putabã nos ligare manipulos in agro. Idem etiam in fœminino eadem ſignificatione profertur eodem quo ſupra loco אֲלֻמָּה & in plurali אֲלֻמוֹת ut illic.

אֻלָּם Vtiq;. certe. expletiua particula. ut pſalmo. lviij. Si uere utiq; iuſticiam loquimini.

אִלֵּם אִלֵּם Mutus. ut in titulo pſalmi. lvi. Ad uictoriam ſuper columba muta. quod Dauid Kimhi exponit columba palatij. et Exodi quarto. aut quis fabricatus eſt mutum.

אַלְמָן Viduatus. ut Hieremię. li. Quoniam nõ fuit uiduatus Iſrael et Iuda a domino deo ſuo.

אַלְמָנָה Vidua. ut Geñ. xxxviij. Eſto uidua in domo patris tui donec creſcat ſela.

אַלְמָנוּת Viduitas. ut Iſaię. liij. Et opprobrij uiduitatis tuę non recordaberis amplius.

אַלּוֹן Arboris genus quod quercũ interpretant. ut Oſeę. iiij. Subtus quercum & populũ et terebinthum. ubi et אֵלָה reperies quid ſit. ut ſupra monſtratũ eſt. inde pluraliter אַלּוֹנִים Ezechielis. xxvij. Quercus de baſan. & אַלּוֹנֵי quod etiam querceta ſignificat et planicies arboribus ordine cõſitas. vnde Hiero. conuallẽ trãſtulit. Geñ. xviij. Apparuit aũt ei dñs in cõualle Mamre. quaſi diceret. in campo. in planicie. ubi arbuſta ſiue querceta mamre ſita fuerunt.

אֶלֶף Mille. ut Numeri. xxxi. mille uiri de ſingulis tribubus eligant. Et plr אֲלָפִים ut Exodi. xviij. ubi nos legimus cõſtitue ex eis tribu-

nos et centuriones. ibi hebraica ueritas habet. et pone super eos principes millium & principes centenorum.

אֲלָפִים uel אֲלָפֵי Armenta. boues. Deute. vij. Oleo et armẽtis gregibus ouium tuarꝝ. et Deute. xxviij. & greges armentorũ tuorũ. Inde מַאֲלִיפוֹת idest robusto fœtu plenę. ut psal. cxliiij. Oues eorum fœtosę.

אָלֶף Docuit. ut Iob. xxxiij. Tace docebo te sapientiam.

אַלּוּף Pręceptor. magister. dux. doctor. ut psalmo. lv. Tu uero homo unanimis dux meus & notus meus.

אַלּוּף Bos. et scribit̃ ꝑ l fortificatum. ut p̃s. cxliiij. Boues eorꝝ crassę.

אָלַץ Molestauit. coercuit. angariauit. oppressit. ut Iudicũ. xvi. vbi hoc uerbum Hieronymus per multa circumlocutus est dicens. Iugit̃ adhereret spacium quieti non tribuens. pro affligeret eum.

אִם Si. ut Exodi primo. Si masculus fuerit interficite eum. si fœmina reseruate. ponit̃ autẽ quãdoqꝫ ꝓ an pręcedente quęsitiuo הַ ut Exo. xvij. Est ne deus in nobis an nõ. Item pro siue. ut Ecclesiastis ultimo. Siue bonum siue malum. & cum prędicto quęsitiuo הַ significat num ut Numeri. xvij. Num usqꝫ ad internecionem cuncti delendi sumus. Et cum כִּי significat sed. ut psal. primo. Sed in lege domini uoluntas eius. exponũt etiã pro uere cũ in multis aliis tum in hoc loco Numeri xvi. Sin autẽ nouam rem fecerit dñs. ut sit. vere nouam rem faciet dominus. accipit̃ aliquãdo ꝓ itaqꝫ uel quodsi. ut Exo. xx. Quod si altare lapideũ feceris mihi. & designare uidetur negationẽ scilicet nõ. ut p̃s. lxxxix. Semel iuraui in sancto meo si Dauid mentiar. & psalmo. xcv. vt iuraui in ira mea si introibunt in requiem meam.

אֵם Mater. ut Genesis tertio. Mater cunctorum uiuentium. & pluraliter אִמּוֹת Matres. ut Threnorum. ij. Matribus suis dixerunt.

אֻמָּה uel אֹם Populus. tribus. proſapia. ut Numeri. xxv. pro eo quod trāſlatio noſtra dicit prīcipis nobiliſſimi Madianitarꝝ. hebraica lectio habet capitis populorum familię Madianitarum. & Geñ . xxv. Duodecī prīcipes tribuū ſuarꝝ. ubi pluralis ponit nūerus ab אֻמָּה ſed plurale alterius eſt אֻמִּים ut p̄s. cxvij. Laudate eū oēs populi.

אַמָּה Cubitus. menſura. ut Geneſis ſexto. Et cubito conſummabis ſummitatem eius.

אַמָּה Frons. poſtis ſiue ſuperliminare. ut Iſaię. vi. Et commota ſunt ſuperliminaria cardinum.

אָמָה Ancilla. Geneſis. xxi. Eiice ancillam hanc & filium eius.

אַמְתַּח Saccus. ut Geneſis. xlij. Imple ſaccos eorum frumento quantū poſſunt capere. et pone pecuniā ſingulorū in ſummitate ſacci.

אָמֵן Fiat uerum. deriuatum a ſuperiori ſcilicet uero. ut Deuteronomij. xxvij. Et dicet omnis populus amen. & Hieremię. xi. Et reſpondi & dixi amen domine.

אֱמֶת Verus. uerum. ſeu ueritas. ut Hieremię. x. Dominus autem deus uerus eſt ipſe deus uiuens. & p̄s. li. Ecce enim ueritatē dilexiſti.

אָמַל Defecit. imbecillis. infirmus fuit. et ſępe geminato l profertur אָמְלַל ut Nehemię quarto. Quid Iudęi faciunt imbecilles. Et אָמְלַל Iſaię. xvi. traduxit Hieronymus deſertum eſſe quoniā ſuburbana heſſebon deſerta ſunt ideſt defecerunt. nam aliter idē uerbum traducit p̄s. vi. Miſerere mei domine quoniā infirmus ſum. eius fœmininum ponitur Ieremię. xv. Infirmata eſt quę peperit ſeptem.

אָמְנָם Vere. ut Geneſis. xvij. Num uere paritura ſum anus.

הֶאֱמִין Pro uero credidit. ut Geneſis. xv. Credidit Abraham deo. & p̄s. cxvi. Credidi propter q̄d locutuſſum. ubi ponit הֶאֱמַנְתִּי

אֱמֶן uel אֱמוּן Fides. creditũ. ut Deute. xxxij. Generatio enĩ per-
uersa est. et infideles filij. ubi in hebręo habet̃ & filij in quibus non est
fides. exponunt hebręi idest ueritas. Significat etiam adiectiue fidelẽ.
ut Prouerbioꝝ. xx. Multi homines misericordes uocant̃. virum autẽ
fidelem quis inueniet. quasi exponeret. virũ credentiaꝝ. si grãmatice
liceret. inde נֶאֱמַן fidelis. Numeri. xij. Seruus meus Moyses qui in
omni domo mea fidelis est. significat & firmum.

אֱמוּנָה Veritas. ut psalmo. xxxvi. Et ueritas tua usq; ad nubes.

אָמָּן Artifex seu opifex. ut Can. vij. Quę fabricata sũt mãu artificis.

אוֹמֵן uel אֹמֵן Alumnus. Nutricius. ut Ester. ij. Qui fuit nutri-
cius filię fratris sui Edissæ.

אָמַץ Pręualuit. confortatus et fortificatus est. ut p̃s. cxlij. Libe-
ra me a persequentibus me quia confortati sunt super me. & Iosue. i.
Confortare et esto robustus. pro אֱמַץ

אַמּוּץ Subrubicundus seu vulpecularis color. ut Zacharię. vi. Et
in quadriga quarta equi uarij et fortes. pro quo ultimo hebręi expo-
nunt lucide rubescentes.

אָמַר Dixit. ut Isaię. lxvi. Hęc dixit dñs deus. & mlta deriuãt̃ ab eo.

אֲמָרָה Verbum. sermo. eloquium. ut p̃s. xij. Eloquia domini elo-
quia casta. idest sermones dei sermones puri. similiter אָמָר ut p̃s.
cxxxviij. Quoniam audiuerunt uerba oris tui.

אָמִיר Extremũ rami. palmes in summitate arboris quod proprie
verber dicitur. ut Isaię. xvij. Et sicut excussio oleę duarum uel trium
oliuarum in summitate rami.

הֶאֱמִיר Magnificauit. exaltauit. elegit. pręamauit. laudauit. ut
Deu. xxvi. Dñs elegit te hodie. et paulo superius. Dñm elegisti ho-
die. inde quidã exponunt illud Isaię. iij. צַדִּיק אִמְרוּ Eligite lau-
date amate iustum quia bonum. ab אֲמִירָה idest laus uel amor.

vbi nos habemus dicite iusto quoniam bene, melius nos. ut patet per traslationem chaldaicam.

אֶמֶשׁ Heri, nocte pręterita. ut Geñ. xxxi. Sed deus patris tui heri dixit ad me.

אָנָה et אָן Quo, ut. p̃s. cxxxix. Quo ibo a spiritu tuo et quo a facie tua fugiam, et Canticorum. v. Quo abiit dilectus tuus.

אָנָּא O obsecrantis particula, ut p̃s. cxviii. O domĩe saluum me fac o domine bene prosperare.

אָנָּה Hęc dictio etiam significat o sicut superior, quãuis illa scribat in fine per aleph. et hęc per he. ut p̃s. cxvi. O domine libera animam meã. & inferius. O domine ꝙa ego seruus tuus. interpretant quãdoq; obsecro. ut Exodi. xxxij. Obsecro, peccauit ppls iste pctm̃ maximũ.

אָנָה Luxit a lugeo. cotristatus et mœstus est, ut Isaię. iij. Et mœrebunt atq; lugebunt portę eius.

אָנָה Fatauit. fortuitu permisit incidere. forte tradidit. ut Exodi. xxi Qui autem non est insidiatus sed deus illum tradidit in manus eius.

אֳנִי Ego. ut Geñ. xv. Ego dominus qui eduxi te de vr chaldęorꝝ.

אֳנִי Nauis. ut Isaię. xxxiii. Nõ transibit super eum nauis remigum. Dicit etiam classis. ut. iij. Regum. ix. Classem quoq; fecit rex Salomõ.

אֳנִיָּה Significat etiam nauem. ut Ionę. primo. Et inuenit nauem euntem in tharsis.

אָנַח Suspirauit, gemuit. Ionę primo. Quid ingemuit animal.

אֲנָחָה Gemitus. ut Isaię. xxxv. Fugient dolor & gemitus. & dicit secundum Dauid Kimhi suspirium.

אֲנַחְנוּ Nos ut p̃s. xx. Ipsi obligati sunt et ceciderũt nos autem sur

reximus et erecti ſumus. & quandoq; deponit aleph in principio & dicit בַּרְנוּ ut Geñ .xlii. Omnes filii unius uiri ſumus.

אֲנָךְ Linea, perpendiculum, amuſſis, regula latomi, quod Hiero. trullam interpretat Amos. vii. Quid tu uides amos. et dixi trullam. fortaſſe a terendo dictam quod ea murus terēdo leuiget, ſed maiores noſtri non pro tali inſtrumento ſed pro poculo trullam poſuerūt. ut eſt apud Horatium ſecundo ſermonū. Qui veientanū feſtis potare diebus Cāpana ſolitus trulla. melius igit Ionathan chaldeus din ideſt iuſtificatorium uocat quo fabri utuntur appenſo plumbo.

אֲנִי Ego. ut Geneſis. xv.. Noli timere Abram ego ꝓtector tuus.

אָנַס Coegit. compulit. vimfecit. inde nomen אֹנֶס violētia. ut Eſter primo. Nec erat qui nolentes cogeret ad bibendum.

אָנַף Iratus eſt. ſuccenſuit. ut pſalmo ſecundo. Ne quando iraſcat dominus & pereatis de uia.

אַנָּפָה Auis in lege prohibita. Leuitici. xi. quam interpretes tam varie tranſferūt ut neſciam quid cui credā. alii enim palumbem ſylue ſtrem. alii picum. alii miluum. alii graculum. Hieronymus appellat ca radryon. ab eo fortaſſe quod criſtam in uertice geſtare uideat. cuius inſtar inuenio quoſdam hebrēos uocabulum hoc uoluiſſe upupam ſignificare. Sed Dauid Kimhi ſcribit magiſtros ſuos prēcipere quoddam milui genus eſſe.

אָנַק Clamauit. ſtridit prę dolore. ſingultiuit uel gemuit. ut Ezech. xxiiij. Ingemiſce tacens. mortuorum luctum non facies. inde.

אֲנָקָה Vociferatio. gemitus. ſtridor. ut p̄s. cii. Vt audiret gemitus compeditorum et ſolueret filios interemptorum. nomen uerbale.

אַנָקָה Animal quadrupes unum ex prohibitis Leuitici. xi. quod aliqui ericium appellant. Hieronymus Mygalen.

אֱנוֹשׁ Homo. ut pſalmo .ciii. homo ſicut fœnum dies eius. etpluraliter אֲנָשִׁים et fœmininū ſine aleph נָשִׁים ideſt mulieres.

אָנַשׁ Doluit.egre tulit.desperauit.secũdo Regum.xij.Percussitq; dominus paruulũ quem peperit uxor urię Dauid et desperatus est. inde אֲנוּשָׁה flagellũ.dolor.desperatio.Multi uolunt hominẽ ab afflictione sic dici.ut sciant gentes quoniam homines sunt.p̃s.ix.

אָסָם Penus.repositoriũ annonę.cella frumẽtaria.ut Deute.xxviii. emittet dominus benedictionem super cellaria tua.

אָסוֹן Mors.ut Exodi.xxi. Si autem mors fuerit subsecuta.reddet animam pro anima.

אָסַף Recollegit.retraxit.congregauit.ut Geñ.xxx. Abstulit deus opprobriũ meum.i.retraxit.& Hiere.x.Congrega de terra confusio nem tuã.Futurũ eius habet Micheę.ii. Congregatione congregabo Iacob totũ te ubi ponit אָסֹף אֹאֹסִיף item consummauit. finiuit terminauit.inde סוֹף finis.ut Ecclesiastis ultimo. Finem loquendi pariter omnes audiamus.sed uidetur aliam radicem habere.ut infra patet in litera samech.

אָסַר Vinciuit.ligauit.ut.iiij.Regũ.xxiij. Vinciuitq; eum Pharao necho in ribla. inde אָסִיר vĩctus.ut Geñ.xxxix.tradiditq; Ioseph in carcerẽ ubi uincti regis custodiebant.pro אֲסוּרִים vinciuntur. & quãdoq; deponit aleph ab initio.ut ecclesiastis.iiij. Quod et de car cere catenisq; intdũ quis egrediat ad regnũ.ubi ponitur חֲסוּרִים pro הָאֲסוּרִים

אֶת Etiam. quoq;. ut Leuitici.xxvi. Ego quoq; hęc faciã uobis. etenim.adhuc.ĩsuper.et psalmo.xcvi.Etenĩ correxisti orbẽ terrę qui non cõmouebitur.& quandocumq; additur ei בְּ significat omnino itaq; uel quãtomagis. ut.iij. Re.viij. Quãtomagis domus hęc quam ędificaui tibi.& Geñ.iij. Cur pręcepit uobis deus ut non comederetis ex omni ligno.idest.est ne omnino ita quod pręcepit vobis deus.On kelus exponit vere.quęsitiue.quasi diceret est ne uerum.

אַף Ira. ut p̄s. cxxxviii. et ſuper iram inimicorum meorū extendiſti manū tuā. licet quidā textus hebraici ꝓ eo q̄d nos legimus עַל־אַף conuerſo modo habeant אַתָּעַל .i. & ſuper inimicos meos mittes manum tuam. cęterꝝ pſalmo. xcv. Qꝝ iuraui in ira mea ſi introibūt in requiem meam.

אַף Naris. ut p̄s. cxv. Nares habent et non odorabunt.

אַף Facies. ut Geñ. ii. Et ſpirauit in faciem eius ſpiraculum uitę.

אָפַף Circumdedit. circumplexus eſt. ut p̄s. xl. Circumdederūt me mala quorum non eſt numerus.

אָפַד Conſtrinxit. cinxit. Exodi. xxix. Quod conſtringes baltheo et pones tiaram in capite eius.

אֵפוֹד Super indumentum quo caput cingimus ad humeros uſq; quod nos ſuperhumerale appellamus. ut. xxviii. & . xxix. Exodi. & eſt inſtar pepli quod a flamine flaminium romani dixerūt. quo apud nos Sueuos noſtrę mulieres caput uelant. & Ionathas chaldęus ſuper illud. ii. Regū. vi. Porro Dauid erat accinctus ephod lineo. tranſfert peplum de lino. accipit etiam in fine he ut ſignificet ſimiliter in fœminino genere capitis tegumentū ut Exodi. xxviii. Ipſa quoq; textura et cuncta operis uarietas &c̄.

אֵפֹה et אֵפוֹא De his dictionibus uidimus ſupra in aleph iod.

אָפָה Pinſuit. coxit. ut Geñ. xix. Et coxit azima & comederūt. inde nomen uerbale אֹפֶה Piſtor. ut Geñ. xl. Pincerna regis Aegypti & piſtor domino ſuo.

אָפַל Caligauit. inde אֲפֵלָה Caligo. Prouerbiorū vii. In noctis tenebris & caligine. ſimiliter et אוֹפֶל ut Iob. x. in fine.

אוֹפָן uel אֹפַן Rota. ut Ezechiel primo. Apparuit rota una.

אָפַס Desiit, defecit, consummatum est, ut Geñ. xlvij. Quare morimur corã te deficiente pecunia, inde nomẽ uerbale אֶפֶס defectus. vt Prouerbiorum. xxvi. Cum defecerint ligna extinguetur ignis.

אֶפֶס Nisiquod. veruntamen. sed. ut Numeri. xiij. Sed cultores fortissimos habet & urbes grandes. ponitur quandoq; pro non. uel nullus. ut Isaię. xlv. Quoniã absq; me non est deus. hoc dicit scriptura quia nõ est. uel quia nullus absq; me. Significat et finem alicuius rei. quãdo ultra nihil eius est. ut p̃s. lxvij. Benedicat nos deus deus noster benedicat nos deus et metuant eum omnes fines terrę.

אָפַע Id quod nõ est. et nihil. ut Isaię. xli. Ecce uos estis ex nihilo. & opus uestrum ex eo quod non est.

אֶפְעֶה Vipera. ut Isaię. xxx. Vipera et regulus uolãs. & est species serpentis.

אָפַק Continuit se. dissimulauit. mutauit faciem. simulauit uultũ. ut Geñ. xliij. Rursumq; lota facie egressus continuit se. & Ester. v. Et dissimulata ira reuersus in domum suam. significat etiã fortificari et fortiter se habere.

אַפִּיק Inundatio. fluctus. fortis decursus. torrens. lxx. traduxerunt אמיה hoc est fons. ut p̃s. xviij. Et apparuerunt fontes aquarũ. quod Hieronymus in hebraica ueritate interpretatus est. Et apparuerunt effusiones aquarũ. Et Iob sexto. Sicut torrens qui raptim transit in cõuallibus. Significat etiam fortem. ut supra uisum est. Iob. xij. vbi nos habemus. & eos qui oppressi sunt releuat. ibi hebręi legunt. & ligamina fortium dissoluit. sunt qui exponunt cincturas uinculorum. nam significat etiam uinculum.

אֶפֶר Cinis. Geñ. xviij. Cum sim puluis et cinis. qui alio nomine uocatur דֶּשֶׁן Leuitici. vi. Tolletq; cineres quos uorax ignis exussit.

אַפֶּר Velamen. tegumentũ. iij. Regum. xx. Et mutauit aspersione pulueris. ꝓ et mutabat̃ velamĩe sup̃ oculos eius. p̃ metathesin פַּאֵר

ideſt vitta Ezechielis.xliij. Vittę lineę.inde uenit אַפְּרִיוֹן ut Can
ticorum .iij. Tabernaculum cortinis uelatum.

אוֹפִיר Filius fuit Iectan de ſtirpe Sem. cuius cognatio in oriente
habitauit.ut Gen..x. Quando diuiſę ſunt terrę et inſulę ſecundū fami
lias filiorum Noę.vnde Iectan cū liberis ſuis fertiliſſimū Indię fluuiū
Gangem et proximā illi terrā omniū ditiſſimā poſſedit. eius duo filij
Ophir et Heuilah largiſſimas aurifodinas ſortiti ſunt. quapropter re
giones illę nomina ſumpſerūt a duobus illis dñis et poſſeſſoribus ſuis
Ophir et Heuilah.ut Gen.ij. Nomen vni Phiſon ipſe eſt qui circuit
omnē terrā Heuilah ubi naſcit aurum.& aurū terrę illius optimū eſt.
De altero ſcribit.iij. Regū.ix. Miſitq; Hiram in claſſe illa ſeruos ſuos
viros nauticos et gnaros maris cū ſeruis Salomonis. qui cū ueniſſent
in Ophir ſumptū inde aurum quadringentorū viginti talentorū detu
lerūt ad regem Salomonē. illud aurū ex ophir nos obrizum nomina
mus.teſte Hieronymo ſuper Hieremiam .x.quaſi ophirizum.

אַיִט Velox. אָצַל Reliquit. deſtinauit. Hiero. expo
ſuit reſeruauit. Gen.xxvij. Nunquid nō reſeruaſti ait et mihi benedi
ctionē. quaſi diceret. nōne reſeruaſti apud te mihi benedictionē. ita
exponūt hebręi. Item Eccle.ij. Et oīa quę deſyderauerūt oculi mei nō
negaui eis. ubi ueritas habet nō dimiſi uel reliqui ab eis. Multi trāſfe
runt ſeparaui diuiſi. ut Numeri.xi. Et auferā de ſpiritu tuo tradamq;
eis. et infra auferens de ſpiritu. &c.

אֵצֶל Apud. iuxta. ut Leuitici. vi. Et ponēs iuxta altare ſpoliabitur
prioribus ueſtimētis.& in fœminino אֵצְלָה Gen.xxxix. vbi nos le
gimus & ille recuſabat ſtuprū. veritas habet. et nō exaudiebat eam ut
cōcumberet apud eam cum eſſet ſecum.

אֲצִיל Aliquis ex primoribus et magnatibus honoratus. magiſtra
tus. ut Exodi .xxiiij. Nec ſuper eos qui procul receſſerāt de filiis Iſrael
miſit manū ſuā. pro quo legūt hebręi. & ad magnates ſeu honoratos
filiorū Iſrael nō miſit manū ſuā. cui cōcordat trāſlatio chaldaica On
keli q traduxit רַבְרְבֵי .i. magiſtratus. dños. magnos. honoratos.

אָצַר Recondit. repoſuit. ut. iiij. Regū. xx. Auferent oīa quę ſunt in domo tua et quę condiderunt patres tui. & Iſaię. xxiij. Non condentur neq; reponentur.

אוֹצָר Theſaurus. Nehe. x. Ad gazophylacium in domo theſauri. & in fœminino אוֹצָרוֹת ut pſalmo. cxxxv. Qui producit uentos de theſauris ſuis.

אַקּוֹ Hircus ſilueſtris. noſtra tranſlatio uult eſſe tragelaphum. ut Deuteronomij. xiiij. Bubalum tragelaphum pigargum.

אָרַר Maledixit. execrauit. ut Deute. xxviij. Maledictus eris in ciuitate et maledictus in agro. & inuenit cū ſimplici ר ut. xxij. Numeri. Veni igit et maledic pplo huic. ubi ponit he in fine. et ſine he ut infra eodē. noui enī q̄d benedictus ſit cui benedixeris. et maledictus in quē maledctā cōgeſſeris. ubi pōit הָאֹר יְאֹרֵר. i. maledicēs maledicet.

אָרַב Inſidiatus eſt. ut Deute. xix. Si quis aūt odio habēs proximū inſidiatus fuerit uitę eius. inde nomē uerbale מַאְרָב inſidię. ut p̄s. x. Sedet in inſidiis cū diuitibus. inde etiā יָאְרֵב paulo inferius in eodem ca. Nomē rei eſt אוֹרֵב & piuralit אַרֻבּוֹת ſpecula ex qua ꝓſpicientes inſidiamur. & ponit ſimile ꝓ feneſtra uel cataracta cęli. ut Geñ. vij. Et cataractę cęli apertę ſunt. & Iſaię. lx. Et quaſi columbæ ad feneſtras ſuas. quod Hiero. fumariū traduxit Oſeę. xiij. Et ſicut fumus de fumario. vult dicere. de foramine uel feneſtra fumarij.

אָרַג Texuit. intrichauit. plexit. ut Iudicum. xvi. Si inquit ſeptem crines capitis mei cum licio plexeris.

אֶרֶג Tela. tricha. complexio. ut Iudi. eodem capitulo quo ſupra.

אַרְגָּמָן Purpura. ut Exodi. xxv. Hyacinthū et purpurā coccūq;.

אַרְגָּז Arcula. capſella. ut primo Regum. vi. Ponetis in capſellam ad latus eius.

אוֹרֵג Textor. ut primo Regum. xvij. Haſtile aūt haſtę eius erat quaſi liciatorium texentium. multa inde deriuantur.

אָרַח Collegit. decerpſit. Canticoꝝ. v. Meſſui myrrham meam cũ aromatibus meis. pro quo hebrei legunt decerpſi uel collegi myrrhã meam. ſimiliter ps. lxxx. Vindemiãt eam omnes qui prętergrediunt viam. pro colligunt uel decerpunt.

אֲרֻוֹת Stabula. preſepia. ut. ij. Paralippomenõ. xxxij. Et preſepia omnium iumentorum. ſimiliter. iij. Regum. iiij. Et habebat Salomon quadraginta millia preſepia equorum.

אַרְיֵה Leo. ut Amos. iij. Nũqd rugiet leo in ſaltu. etplr אֲרָיוֹת vt. iij. Regũ. x. Et duo leones ſtabãt iuxta manus ſingulas. inueniť etiã ſine aſpiratione he in fine אֲרִי ideſt leo. ut Numeri. xxiij. Ecce populus ut leena conſurget et quaſi leo erigetur. etpluraliter אֲרָיִם ut tertio Regum decimo et duodecimo. Leunculi ſtantes.

אֲרִיאֵל Altare holocauſtoꝝ. ut Ezechielis. xlij. Et ariel. xij. cubitorum in longitudine. et per ſimilitudinem tranſfertur ad Hieruſalẽ quę uocatur אֲרִיאֵל ut Iſaię. xxix. Vę ariel ariel ciuitas quã expugnauit Dauid.

אֲרִיאֵל Fortis. ſtrenuus. magnus. robuſtus quaſi leo. ut. ij. Regũ xxij. Ipſe percuſſit duos leones moab. quod hebrei exponunt. duos fortiſſimos Moab. uel duos magnos et ſuperiores ſecundum expoſitionem chaldaicam. et componitur a leone et fortitudine.

אֲרִאֵל Angelus magnus. ut Iſaię. xxxij. pro eo quod legimus. ecce videntes clamabunt foras. hebrei exponunt. ecce angeli eorum clamabunt. ut in cõmentariis Dauid Kimhi ſuper Iſaiam prophetam.

אֶרֶז Cedrus. ut Ezechielis. xij. Et tulit medullam cedri. et infra. Et ſumam ego de medulla cedri ſublimis. &pluraliter אֲרָזִים Canticorum quinto. Electus ut cedri.

אֲרָזָה Summum domoꝝ tignum ſeu culmen. quod Hieronymus attenuare et. lxx. cedrum expoſuerunt.

אֲרוּזִים pro חֲרוּזִים Monilia. ut infra in litera heth.

אֹרַח Semita. ut Iob. xvi. Et ſemitã per quam nõ reuertar ambulo. a uerbo אָרַח ideſt cœpit iter. inde אוֹרֵחַ aduena uiator inde אֲרֻחָה comitatus. אֲרוּחָה Portio.

אָרַךְ Prolongauit. ut Deuteronomij. vi. Vt prolongẽtur dies tui.

אֶרֶךְ Tardus. longus. ut p̃s. ciij. Miſericors et miſerator dominus tardus ira ſiue longanimis & multum miſericors.

אֲרוּכָה Sanatio. reparatio. ut Nehe. iiij. Quod obducta eſſet cicatrix muri Ieruſalem. quod hebrei legunt. quod acceſſerit ſanatio ſeu reparatio muris Ieruſalem.

אֲרָם Syrus. ut. ij. Regum. x. Conduxerunt mercede Syrum rehob. Significat et Syriam quę cum ſit duplex ſecundũ Stranbonẽ libro. xvi. nominat Cœloſyria fluminũ grece Meſopotamia quod ſit media int duo flumina ſita Euphratẽ et Tigrim. ut ſentit Plinius libro. v. Altera vero Syrophœnicia quę mercatoribus plena eſt. nam Meſopotamia agricolis et pecoribus gaudet. vnde ſcriptura duas ſyrias cõmemorat primo Paralip. xix. Miſerunt mille talenta argenti ut conducerẽt ſibi de aram naharaim ideſt Syria meſopotamia. et de aram maacha ideſt ſyrophœnicia.

אַרְמוֹן Domus. palatium. lar. penates. penetrale. ut. iij. Regũ. xvi. Ingreſſus eſt palatiũ et ſuccẽdit ſe cũ domo regia. etplr אַרְמְנוֹת vt Hieremię. vi. Surgite & aſcẽdamus in nocte et diſſipemus domos eius. ubi ceſſat holem propter coniunctam lectionem. inuenitur etiã in hac dictione he aſpiratio pro aleph. ut Amos. iiij. Et proiiciemini in harmona dicit dominus. quod Symmachus traduxit in armenia. & ſeptuaginta montem remmon. Aquila montem armona. Theodotion montem mona. quinta editio mõtem excelſum. Lyra dicit quod eſt nomen regionis longinquę ultra terram aſſyriorum.

אֹרֶן Arboris genus. quod aliqui cedrum aliqui pinum nominant. Iſaię. xliiij. Plantauit pinum quam pluuia nutriuit.

אָרוֹן Arca. ut Exodi. xxv. Arcam de lignis ſetim compingite.

אַרְנֶבֶת Lepus. ut Leuitici. xi. Lepus quoq; nã et ipſe ruminat.

אֶרֶץ Terra. ut Geneſis. ij. In die quo fecit dominus deus terram & cęlum. tam pro elemento quam etiam pro patria.

אִמְרָה Eloquium. ſermo. quod noſtra tranſlatio uoluntatem tra duxit. p̃s. xxi. Et uoluntate labiorum eius non fraudaſti eum.

אָרַשׂ Deſpõſauit. ut Deuteronomij uiceſimo. Quis eſt homo qui deſponſauit uxorem et non accepit eam.

אֵשׁ Ignis. ut Leuitici nono. Et ecce egreſſus eſt ignis a domino & deuorauit holocauſtum.

אֲשִׁישֵׁי Fundamenta. ut Iſaię. xvi. Hijs qui letantur ſuper muros cocti lateris loquimini plagas ſuas. quod hebręi exponunt et Dauid Kimhi in comentariis ſuis ſuper Iſaiam hoc loco traducit. i. fundamen tis hoc eſt uiris fortibus atq; primariis. ſuper quibus fundabãt regnũ Moab et maximę ciuitatis Kirhareſeth. quod Hieronymus traduxit Hieremię. xlviij. muri fictilis.

אֲשִׁישֵׁי Dolia. ciphi. ſecundũ Lyram. uel vinacia ſecundũ Hiero nymum Oſeę. iij. Et ipſi reſpectant ad deos alienos et diligũt uinacia uuarum. hebręi tranſferunt lagenas.

אֲשִׁישׁוֹת Racemi. palmites. quę q; uirentia. tranſlatio comunis habet flores. ut Canticorũ. ij. Fulcite me floribus. quod Hiero. in eius libri omiliis de origine tranſlatis omilia. iij. ſic expoſuit. Confirmate me in ungentis.

אֲשִׁישָׁה Puls. offa. frixa oleo ſimila. ut. i. Paralippomenon. xvi. Et frixam oleo ſimilam.

אַשְׁיָה Fundamentum. ut Hiere. l. Ceciderunt fundamenta eius.

אֲשׁוּר Radix. ſcaturigo. oſtiũ. effuſio. fluctus. riuus. torrens. decurſus aquarum. ut Numeri. xxi. Scopuli torrentum inclinati ſunt. quod Onkelus chaldęus effuſionem traduxit.

אֲשׁוּר Coleus. teſto. ſeu teſticulus. ut Leuitici. xxi. ubi ponit hernioſus. ibi hebraica ueritas habet compreſſo uel attrito teſticulo. quem Vlpianus de uerborum ſignificatione uocat θλασιαν thlaſiam.

אֹשֶׁל Arbor. et eſt nomen generale ad omnes arbores et oĩa ligna ſyluarum. ut Geñ. xxi. Abraham uero plantauit nemus.

אָשַׁם et אָשֵׁם et אָשֵׁם Peccauit. delictum. mulcta. ut Leui. v. quia per errorem deliquit in dñm. eſt et locus immũdus et deſolatus.

אַשָּׁף Magus. ut noſtra tranſlatio habet Danielis ſecũdo. uerbum huiuſcemodi ſuſcitatur ab omni ariolo et mago & chaldęo. & paulo ante. ut conuocarentur arioli & magi & malefici & chaldęi. Sed hebręorum magiſtri dicunt eſſe aſtrologum. Abraham Ezraides expo nit prędictum locum de medicis.

אַשְׁפָּת Stercus. ut pſalmo centeſimodecimotertio. Et de ſtercore erigens pauperem. & Nehemię ſecundo. Et ad portam ſtercoris. & pluraliter אַשְׁפֹּתוֹת ut threnorũ. iiij. Amplexati ſunt ſtercora.

אַשְׁפָּה Pharetra. ut Iob. xxxix. Super ipſum ſonabit pharetra. & threnorum. iij. Miſit in renibus meis filios pharetrę ſuę ideſt ſagittas.

אֲשֶׁר Relatiuũ omnis generis et utriuſq; numeri quis quę quod. qui. quę. qua. Numeri. xiij. Hęc ſunt nomina uirorũ quos miſit Moyſes. Significat etiam coniunctionem quod. quia. quoniam. immo. ut primo Regum. xv. Et ait Saul ad Samuelem. Immo audiui uocem domini. Item quandoq; ponitur loco לְמַעַן ideſt. ut Ruth. iij. Et pro uidebo ut bene ſit tibi. ubi ponit אֲשֶׁר nam in cęteris ſimilibus locutionibus inuenies priorem dictionem. ut Deuteronomij. xij. ut bene

ſit tibi. ſimiliter Geneſis. xij. vt bene ſit mihi propter te.

אֲשֵׁרָה Lucus. ut Deuteronomij. xvi. Non plantabis tibi lucum omnis arboris iuxta altare. & habet pruralem numerū maſculini generis ut Exodi. xxxiiij. lucoſq; ſuccide.

אַשְׁרֵי Bene uel beatus. ut p̄s. primo Beatus uir qui nō abiit. quod hebrei quidam exponunt. Bene uiro qui non abiit.

אֶשֶׁר Beatitudo. ut Geñ. xxx. Dixitq; lia. hoc p beatitudine mea. inde uerbum beatifico. ut eodem loco pro beatificabunt legimus. beatam quippe me dicent omnes mulieres. propterea appellauit eū aſer.

אֲשׁוּר Greſſus. veſtigium. inceſſus. ut pſal. lxxiij. Pene effuſi ſunt greſſus mei. & ponitur aliquando ſine vau per cubus ·. et p dagges vt Iob. xxxi. Si declinauit greſſus meus de uia. omnia hęc et eis ſimilia ſignificant ſemitam. viam. veſtigium. inde uenit uerbum.

אָשַׁר Ambulauit. ut Prouer. ix. Et ambulate per uias prudentiæ.

תְּאַשּׁוּר Eſt genus arboris quam alij cedrum alij lignum quod barbarice priſilium uocant. multi multis modis.

אֵת Articulus obliquorum caſuum. ut Geñ. i. In principio creauit deus cęlum et terram. ubi ante cęlum ponitur אֵת & ante terrā etiā ponitur אֵת vbiq; cum quodā alio appropriato articulo ha. Reperitur et quādoq; articulus eſſe recti ſeu nominatiui. ſed raro. ut Exodi x. vbi nos legimus. Reuocaueruntq; Moyſen & Aaron. ibi hebraica ſcriptura ſecūdum accomodata puncta ſic habet. et reuocatus eſt ipſe Moyſes et ipſe Aaron ſcilicet collectiue duo tanq; unus. expono iam articulum per ipſe. habet enī talē ſępe ſignificantiā ſegregatę ſubſtātię quaſi ſuiipſius. q̄d ex deriuatis eius cognoſcit אוֹתוֹ ut Deu. ultimo. & ſepeliuit eū in ualle terrę Moab. q̄d hebrei exponūt. et ſepeliuit ſeipm in ualle. ponit enī illic אוֹתוֹ ſic אוֹתִי ideſt ego ipſe אוֹתָם illiipſi uariando ſecundum caſus. aliquando addita met particula. Significat etiam in quibuſdam locis de uel ab uel ex. ut Geneſis quadrageſimonono. vbi nos legīus. Deus p̄ris tui erit adiutor tuus & om

nipotens benedicet tibi. In eo loco textus hebraicus habet. a deo patris tui et a Sadai hoc est ab omnipotente. ubi ponitur אֵת similiter

Gen. xli. vbi nos legimus. nec erat qui interpretaret. veritas habet. & non erat interpres ex eis Pharaoni. significat etiã prępositionem cũ. ut Gen. xliij. Quos cũ ille uidisset et Beniamin simul cum eis. itẽ paulo post. quoniã hodie mecum sunt comesturi meridie. capit aliquando pro lamed articulo datiuo. ut Leuitici. xvi. Cumq; mactauerit hircũ pro peccato populi inferet sanguinẽ eius intra uelũ sicut pręceptũ est de sanguine uituli. vbi hebraice sic legit. Inferet sanguinẽ eius intra uelum. et faciet ipsi sanguini eius sicut fecit sanguini uituli. significat etiã in uel ad. ut ps. lxxviij. Et nõ est creditus cum deo spiritus eius. quod exponunt in deo. ubi ponit אֵת Et cum iod finali prima fortificata

syllaba per dagges inuenit hortandi pro heus ueni mecum. ut Canticorum quarto. Veni de libano sponsa. veni de libano.

אֵתֵי Vomeres uel ferramẽta quibus proscinditur terra. Hieronymus traduxit aratra Ioelis. iij. Cõcidite aratra uestra in gladios. quidã putant ligones esse quibus fodimus terram siue bidentes.

אַתְּ Tu. pronomẽ secundę personę singularis numeri. ut Deute. v. Loquerisq; ad nos et nos audientes faciemus. & pluraliter אַתֶּם ut

Gen. xlij. Exploratores uos estis. & assumit hoc pronomẽ in singlari quandoq; he in fine אַתָּה ut ps. vi. Et tu domine usq; quo. quod

tamen fœmininum eius nunq; facit. sed semper sine he reperitur contrario aliorum nominum more.

אָתָה Venit. ut Isaię. xxi. Venit mane & nox. et Iob. iij. Quia timor

quem timebam euenit mihi. et reperies illud quãdoq; per defectum aleph in prĩcipio. et cõmutata he in aleph in fine. ut Deute. xxxiij. qui venit cũ principibus ppli et fecit iusticias dñi. et mutat aliqñ he finalis in iod. ut Isaię. lvi. omnes bestię agri uenite ad deuorandum. similiter mutatur aliquando aleph principalis in he. ut Isaię. xxi. Occurrentes sicienti afferte aquam pro facite uenire aquam.

אָתוֹן Asina. Numeri. xxij. Et strata asina ꝓfectus est. scribit etiã cũ

vau post thau. ut eodẽ ca. reperies sepius. Cũq; uidisset asina angelũ.

ב נעזרך ישלחך ידס דעץ

n uel cum. & pręponitur uel nomini uel gerundiuis. Gene/
i sis primo. In principio creauit. et eodem triceſimotertio. Et
proſequerer te cum gaudio & cum canticis & cum tympa/
nis & cum citharis.

בַּבַּת Pupilla. ut Zacharię. ij. Qui enim tetigerit uos. tãgit pupillã oculi mei. Inuenitur autem per aphęreſin. ut threnorꝝ. ij. Neqꝫ taceat pupilla oculi tui.

בֵּאֵר Declarauit. enunciauit. enarrauit. explanauit. ut Deuterono. primo. Cœpit Moyſes explanare legem et dicere.

בְּאֵר Puteus. ciſterna. fons. Geñ. xxvi. vbi nos legimus. Foderũtqꝫ in torrentem et repererunt aquam uiuam. ibi hebraica ueritas habet Et foderunt ſerui Iſhac in torrentem et inuenerunt illic fontem aquę viuę. ponitur autem hęc dictio ſępe pro puteo in eodem capitulo.

בָּאַשׁ Putruit. Fetuit. peſſime oluit. ut Exodi. vij. Piſces quoqꝫ in fluuio morientur. et putreſcet aqua pro fetebit aqua. inde nomen uer bale fetorem ſignificans Ioelis. ij. Et aſcendet fetor eius. et uerbum tranſitiuũ ſecundi ponit Eccleſiaſtis. x. Muſcę morientes perdũt ſuaui tatẽ ungenti ideſt fetere faciũt. ſimile uerbũ reperies Exodi. v. Videat dñs et iudicet. quoniã fetere feciſtis odorẽ noſtrũ. omnia huiuſmodi ſignificant סַרְחוֹן ideſt fetorẽ. ſignificant etiam odioſum eſſe & nauſeabile. ut Geneſis. xxxiij. Odioſum feciſtis me cananęis.

בְּאֻשִׁים Vuę odibiles et mali ſaporis quas uocamus labruſcas. vt Iſaię. v. An ꝙd expectaui ꝙd faceret vuas et fecit labruſcas.

בַּג Eſca. ferculum. cibus. ut Danielis primo. Et conſtituit eis rex an/
nonam per ſingulos dies de cibis ſuis.

בָּגַד Spreuit. fefellit. preuaricatus eſt. threnorꝝ. i. Oms̃ amici eius ſpreuerũt eã. et Hiere. xij. Bene eſt oĩbus p̃uaricatoribus q̃ p̃uaricãt.

בֶּגֶד Veſtis uel ueſtimentũ. ut Exodi. xxviij. Facieſqꝫ ueſtẽ ſanctã Aaron fratri tuo. et infra. Hęc erunt ueſtimenta.

בְּגָלָל Noĩe. gratia. ꝓpter. Geñ. xij. Et uiuet aĩa mea ob gr̃am tui.

בַּד Linum uel linteũ. ut Leuitici. xvi. Tunica linea ueſtietur. fœminalibus lineis uerenda celabit. accingetur zona linea cidarim lineam imponat capiti.

בַּד Mẽdax. diuinus ſiue diuinator. ut Ieremię. l. Gladius ad diuinos eius qui ſtulti erũt. ſic Ioſeph Kimhi in cõmentariis Hieremię allegãs thargum Ionethę. nam alĩ interpretantur mendaces.

בַּד Fulcimentum. baculus. haſtile. vectis. ut exodi. xxv. Facieſq; uectes de lignis ſetim.

בַּדֵּי Membra. fulciti. fortes. ſolitarĩ. profunda. ut Iob. xvĩ. In profundiſſimum infernum deſcendent omnia mea.

בַּד Pondus. ut Exodi. xxx. equalis ponderis erunt omnia. pro quo hebraica ſcriptura habet bad cum bad. quod Onkelus chaldęus interpretaĩ pondus cũ põdere. alĩ unũq̃dq; ſeorſum q̃d medici dicũt ana.

בָּדָד Solus. ſolitarius. generis omnis utriuſq; numeri threnorũ. i. Quomodo ſedet ſola ciuitas. & Deute. xxxiĩ. Habitabit Iſrael confidẽter et ſolus. quod Onkelus chaldęus traduxit in unione. Nicolaus de lyra recipiens uerba Salomonis cõmentatoris vangionis exponit pro ſingulariter et nõ gregatim. Itẽ pluraliter eodem ut ſupra modo receptis articulis. ut Micheę. vĩ. Habitantes ſolos in ſaltu. inde componitur מִלְּבַד ideſt dempto ſolo. ſeu pręter. ut Leuitici. xxiĩ. Exceptis ſabbatis dñi. frequenť enĩ reperiť p apocopã alterius daleth.

בּוֹדֵד Solitarius. per epentheſim vau. ut Oſeę. viĩ. Onager ſolitarius ſibi effraim. & p̃s. cĩ. Sicut paſſer ſolitarius in tecto.

בָּרָא Excogitauit. finxit. mentitus eſt. ut. iĩ. Regum. xĩ. Quintadecima die menſis octaui quem finxerat de corde ſuo.

בָּרַל Diuiſit. ſeparauit. ut Geneſis primo. Et diuiſit lucẽ a tenebris. Alia deriuata multa reperies ab eo. ut Numeri. xvi. Nunquid pa-

rũ uobis eſt quod ſeparauit uos deus. & infra. Seperamini de medio congregationis huius.

בֶּרֶל Cartilago ſiue extremum auris. ut Amos. iij. Si eruat paſtor de ore leonis duo crura aut extremum auriculę.

בְּרִיל Stannum uel lithargyriũ. Zacharię. iiij. Et uidebunt lapidẽ ſtanneum in manu Zorobabel.

בְּרֹלַח Bdellium. quod ſecundũ Priſcianum in primo eſt genus lapidis. ut Geñ. ij. Ibiq; inuenitur bdellium et lapis onychinus. ſunt qui p bdellio trãſferũt carbunculũ. teſte Hiero. de hebraicis q̃ſtionibus.

בָּרַק Rimatus eſt. ſartiuit. rimas et fiſſuras reſtaurauit. ut. ij. paralip xxxiiij. Vt inſtaurarent templũ et infirma quęq; ſartirẽt. inde בֶּרֶק rima. fiſſura. ruina. et omne quod uenit reſtaurandũ. ut. iiij. Regũ. xij Et inſtaurẽt ſarta tecta domus ſi quid neceſſariũ uiderĩt inſtauratõe.

בֹּהוּ Priuatio materię ſeu uacuum. ut Geñ. i. Terra autẽ erat inanis & uacua. ſic etiã Onkelus chaldaice traduxit. ſed ſcribunt prę ſtantiores hebrę orũ magiſtri quod תֹּהוּ ſit res omĩ forma carens. ut eſt materia prima. & בֹּהוּ aptitudo habendi ſiue deſyderium quod mouet materiam primam ad omnem formã naturalem. ut in primo phyſici auditus libro determinauit Ariſtoteles.

בָּהַט Smaragdus. uel alius quidam lapis ex gemmis enumeratis. Eſter. i. Super pauimentum ſmaragdino et pario ſtratum lapide. quidam hebręi genus quoddam marmoris dicunt eſſe.

בָּהַל Turbauit. terruit. horruit. ſtupuit. Hieronymus traduxit conturbatus eſt primo Regũ. xxviij. Ingreſſa eſt itaq; mulier illa ad Saul. conturbatus enim erat ualde. vbi hebręi legũt. Et uidit ipſa quod Ille tremuit uel ſtupuit. ſeu uerius quod attonitus erat ualde. ſimiliter p̃s vi. Et anima mea turbata eſt ualde. & in fine. Erubeſcant et cõturbentur uehementer ideſt terreantur.

בָּהַל Nimium uelociter accelerauit, temere festinauit, irruit concitatus, et obruit inconsulto. Ecclesiastis. iiij. Ne temere quid loquaris. & eiusdem. vij. Ne sis uelox ad irascendum. Hester. vi. Et cito eum ad conuiuium quod regina parauerat pergere compulerunt.

בְּהָלָה Terror, turbatio. Hieronymus traduxit uelociter. Leuitici xxvi. Visitabo uos uelociter in egestate &c̄. quasi diceretur. Constituam super uos terrorem. utrumq; igitur significabit.

בְּהֵמָה Bestia, animal. ut Deuteronomij. xiiij. Hoc est animal q̄d comedere debetis.

בֹּהֶן Pollex seu pedica magna. ut Leuitici decimoquarto. Et super pollices manus eius ac pedis dexteri. etp̄r declinatur in fœminino addito vau בְּהוֹנוֹת

בַּהַק Lentigo. albedo maligna cutis. Hieronymus traduxit maculã coloris candidi Leuitici. xiij. Sciat non esse lepram sed maculam coloris candidi et hominem mundum. quod alij lentiginem exponunt.

בָּהַר Canduit. Leuitici. xiij. Vir siue mulier in cuius cute candor apparuerit. inde בָּהִיר lucidum. candidum ut nix.

בּוֹא Venit. ut p̄s. xxxvi. Non ueniet mihi pes superbię. quod per defectum vau sępius reperitur בָּא ut. i. Regum. iiij. Timueruntq; philistim dicẽtes. venit deus in castra inde תְּבוֹאָה ideſt puentus. redditus. ut. iiij. Regũ. viij. Restitue ei omia quę sua sunt et uniuersos redditus agrorũ. variant eius deriuata & composita mirũ in modum per multas regulas grammaticę. tam abundantia quam defectu.

בּוּז Approbrauit. despexit. cõtempsit. ut Prouerbiorũ. xxiij. In auribus insipiẽtum ne loquaris. quia despiciũt doctrinã eloquij tui. quod sępius per syncopam vau reperit בֹּז ut Prouerbiorũ. i. Sapientiã atq; doctrinam stulti despiciunt. & apertius scribit Zacharię. iiij. Quis enī

deſpexit dies paruos. & Malachię. ij. Propter q̃d et ego dedi uos contemptibiles. ubi ponitur נִבְזִים

בוך Irretiuit. inde uenit נָבוֹךְ perplexus eſt. oberrauit. confuſus & dubius fuit. Heſter. iij. pro eo quod interpres traduxit. & cunctis Iudęis qui in urbe erãt flentibus. hebraica ueritas habet. & ciuitas Suſan perplexa fuit. inuenit̃ etiam per defectũ vau cuius loco ſurek punctus pronunciatur Exodi. xiiij. vbi nos legimus coartati ſunt in terra. ibi ponitur נִבְכִּים ideſt oberrantes. irretiti. dubij. confuſi.

בול Truncus. palus ligneus. Iſaię. xliij. Ante trũcum ligni procidã eſt autem ſpecies ligni ut ſit appoſitiua conſtructio ſecundũ magiſtrũ Ionam. Palus lignum. quaſi diceret lignũ palum adorabo. ſicut terrã puluerem & imbrem pluuiam.

בול Frutex. q̃d Hieronymus traduxit herbam. Iob. xl. Hinc mõtes herbas ferunt. ſignificat autem omne quod terra producit. ut ſunt fructus et frutices. et palmites. et ſic de quibuſcumq; aliis quę media ſunt inť herbã et lignũ. ſimile eſt יְבוּל ut p̃s. lxvij. terra dedit fructũ ſuũ.

בול October menſis. ut. iij. Regum. vi. Et in anno undecimo menſe bul ipſe eſt menſis octauus perfecta eſt domus. dicunt quidam hebręorum menſem eum uocari a מַבּוּל ideſt diluuium Geneſis. vi. Ecce ego adducã aquas diluuij ſup̃ terrã. eo q̃d ille mẽſis abũdet imbribus.

בוס Peſſundedit. conculcauit. inquinauit. ad nihilũ deduxit. ut p̃s. lx. Et ipſe ad nihilum deducet tribulãtes nos. Hieronymus in tranſlatione hebraica interpretatur conculcabit. inde nomẽ uerbale Zacharię. x. Et erunt quaſi fortes conculcantes lutum in medio uiarum in prelio. intercipit ſin literam. ut Amos. v. Iccirco pro eo quod diripiebatis pauperem.

בוץ Linum. quod Hieronymus byſſum interpretatur. Heſter. i. Suſtentata funibus byſſinis atq; purpureis.

בוק Euacuauit. diſſipauit. ut Nahum ſecundo. diſſipata eſt et ſciſſa & dilacerata. & geminata ultima litera בּוֹקֵק deuaſtauit. uacuauit.

diſſipauit. Iſaię. xxiiij. Ecce dominus diſſipauit terrã. Et paulo inferius Diſſipatione diſſipabitur terra.

בּוּלָק Vaſtauit. nudauit. ut loco q̃ ſupra. Iſaię. xxiiij. Et nudabit eã.

בּוֹר Puteus. ciſterna. ut Geneſis. xxxvij. Miſeruntq; eum in ciſternam ueterem quę non habebat aquam. et differt a בְּאֵר quod illud manu artificis. hoc duce natura conſtat. Item ſignificat carcerem. ut Geneſis. xli. Protinus ad regis imperium eductum de carcere Ioſeph totonderunt. Item ſignificat ſepulchrũ uel foueã. quod Hieronymus traduxit lacum. p̃s. xxviij.. Et aſſimilabor deſcendẽtibus in lacũ. ideſt ſepulchrum ſecundum hebręos. ſignificat etiam terram incultam & in ſolitudinem redactam & locum deſertum.

בּוֹשׁ Confuſus eſt. erubuit. ut pſalmo. lxxi. Cum confuſi fuerint & reuereriti qui quęrũt mala mihi. & ſupra pſalmo. lxx. Confundantur et reuereantur qui quęrunt animam meam.

בּוּשָׁה Opprobrium. verecundia. cõfuſio. ut p̃s. lxxxix. Perfudiſti eũ confuſione. & per epentheſim quandoq; recipit nun lr̃am. et dicit.

בּשֶׁנֶת Verecundia. confuſio. ut Oſeę. x. Confuſio Ephraim capiet et confundetur. Inde tranſitiuum hiphil הֵבִישׁ ut pſalmo. liij. Confuſi ſunt quoniam deus ſpreuit eos. inde מֵבִישׁ ideſt confuſionem faciens. Prouerbiorum. x. Et putredo in oſſibus eius quę confuſione res dignas gerit ideſt confuſionem facit.

בּוז Rapuit. prędatus eſt. ut Iſaię. xxiiij. Diſſipatione diſſipabitur terra. et deprędatione prędabitur. Et geminata ultima litera inuenitur per defectum vau בִּזּוּ deprędatus eſt. diripuit. ut Ezechielis tricęſimonono. Et deprędabuntur eos quibus prędę fuerant. & pronunciatur quandoq; per apocopen unica zain litera. inde nomen uenit verbale בִּיזָה pręda. ut Eſter nono. Prędas de ſubſtantiis eorum agere noluerunt.

בָּזָה Contempſit. vilefecit. ſpreuit. ut Numeri decimoquĩto. Ver-

bum enim domini contempſit.

בָּזָא Diripuit. depręda tus eſt. rapuit. ut Iſaię decimooctauo. Diripuerunt flumina terram eius. nam ſupra oſtendimus quod בָּזַז inuenitur per apocopen. ſed et tunc addit he literam. et dicitur בָּזַח in eodem prędationis ſignificato. quę quidem aſpiratio ſępe mutatur in aleph. ut hic.

בָּזַק Scintillatio. coruſcatio. fulgur. ut Ezechielis primo. Et animalia ibant & reuertebantur in ſimilitudinem fulguris coruſcantis. dictū quaſi בָּרַק quod idem ſignificat. eſt etiam nomen loci. Iudicum primo Et inuenerunt Adonibezek in bezek.

בָּזַר Diſperſit quaſi פָּזַר ſparſit. ut pſalmo. cxlvij. Nebulam ſicut cinerem ſparget. et Ioelis tertio. quos diſperſerunt in nationibus.

בָּחַל Horruit. abominatus eſt. teduit. ut Zacharię undecimo. pro eo quod nos legimus. ſi quidem et anima eorum uariauit in me. hebręi exponunt nauſeauit. abhorruit.

בָּחַן Probauit. temptauit. Zacharię. xiij. Et probabo eos ſicut probatur aurū. et Ezechielis. xxi. Plaude ſuper fœmur quia ꝓbatum eſt.

בָּחוֹן Arx. fortalicium. turris. propugnaculum. et robuſtiſſimus quiſq; tranſlatiue loquendo. ut Iſaię. xxiij. In captiuitatē traduxerunt robuſtos eius.

בָּחַר Elegit. ut p̄s. cxxxv. Quoniam Iacob elegit ſibi dominus. & Iudicum quinto. Noua eliget dominus.

בָּחוּר Adoleſcens. iuuenis bellicoſus. uir electus. puer ualidus. ij. Regum ſexto. Cōgregauit autem rurſus Dauid oēs electos ex Iſrael. inde nomen aduleſcentia et iuuentus. ut Eccleſiaſtis. xi. Letare ergo iuuenis in aduleſcentia tua et in diębus iuuentutis tuę.

בָּחִיר Electus. ut p̄s. lxxxix. Diſpoſui teſtamentum electis meis.

בָּטָא Lubrice oblocutus est uel protulit.ut Leuitici quīto.Anima quę iurauerit et ꝓtulerit labiis suis.& in nomine uerbali mutat aleph in he literam.

בָּטַח Sperauit.ut psalmo.xxviij.In ipso sperauit cor meum.multas & diuersissimas habet deriuatorum uariationes. quas ex arte grammatica quęrere oportet. et usu librorum.

בָּטַל Vacauit.ocioſus fuit.ut Ecclesiastis.xij.Et ocioſi erunt molentes in minuto numero.

בֶּטֶן Venter.ut Prouer.xiij.Venter aūt impiorum insaturabilis.

בָּטְנִים Pineę.Hieronymus traduxit Terebinthi fructus.ut Geñ. xliij.Stactes et terebinthi et amygdalorum.& in thargum Ieruſolimitano ſumitur pro oleo aromatico.

בִּיב Concauum.vacuū.inane.Exodi.xxvij.Non ſolidum ſed inane & cauatum intrinſecus facies illud.

בִּין Intellexit.Danielis ultimo.Et ego audiui et non intellexi.

בִּינָה Intelligentia. quamuis Hieronymus uarie in diuerſis locis tranſferat.Nam prouer.iiij.interpretatus est prudētiam. Audite filij diſciplinam patris.et attendite ut ſciatis prudentiam.& eiuſdem.xxx. traduxit ſapientiam.Stultiſſimus ſum uirorum, et ſapiētia hominum non est mecum.Inde חָבִין ideſt intelligere.ut Prouer.xiiij.Sapientia callidi est intelligere uiam ſuam.Inde בָּבוּן ut eodē. Et doctrina prudentum facilis.Inde תְּבוּנָה ideſt intelligentia.quod etiā quā docꝫ prudentiam et aliquando ſapientiam traduxerunt. ut p̄s.cxlvij. Et ſapientię eius non est numerus. et ſic de aliis deriuatis.in quorum omnium expoſitione magis ꝓprie loquunt Cabaliſtę.cū de quinquagīta portis intelligētię ſcribūt.nō prudētię necꝫ ſapiētię.nec cognitionis ſiue ſcientię.oſtendūtcꝫ multas int ſapientiā et intelligentiam eſſe differentias.q̄d altera est iudicij altera gratię.ut in arbore decē numerationū ea clarius tractantur.et Iob.xxviij.in fine eius.

בֵּין Inter.ut Geñ.i.ubi nos legimus. Diuiſitcꝫ aquas quę erant ſub

firmamento &c̃.ibi habet hebraica ſcriptura.Et fecit differentiam int̃ aquas quę ſunt ſub firmamento,et inter aquas quę ſunt ſuper firmamentum.ſimiliter ubi ſequitur,Et diuidãt diem ac noct̃e. ibi hebraice legitur.ad faciendum differẽtiam inter diem et inter noctem. inuenit̃ etiam בֵּינוֹת ut Ezechielis.x.Et imple manum tuam prunis ignis, quę ſunt inter cherubim.& accipit prępoſitiones quãdoqꝫ,et nõnunquam articulos.ſed inuenitur quoqꝫ declinari per numeros.

בֵּיצִים Oua.ut Deuteronomij.xxij.Et matrem pullis uel ouis deſuper incubantem. eius ſingulare in ſacris literis raro legitur.in aliis tamẽ libris בֵּיצָה heteroclite inuenimus.quo etiam nomine ſingularis quidam liber inſcriptus eſt.

בֵּיר Fouea.ciſterna.puteus.quaſi בְּאֵר Hieremię ſexto. Sicut frigidam facit ciſterna aquam ſuam.

בִּירָה Palatium.regia.reſidentia.quod Hieronymus regni exordium traduxit. Eſter primo. Suſan ciuitas regni eius exordium fuit. ideſt palatium et reſidentia.et habet pluralem numerũ בִּירָנִיּוֹת

בַּיִת Domus.ut Exodi.xij.Neqꝫ enim erat domus in qua non iaceret mortuus.ſignificat etiam proſapiã ſeu ſtirpem. ut Deuteronomij xxv.Sic fiet homini qui non ędificat domum fratris ſui. item nidum & q̃dcumqꝫ habitaculũ.ut p̃s.lxxxiij.Etenĩ paſſer inuenit ſibi domũ.

בַּיִת Intus uel intrinſecus.ut Geneſis ſexto.Et bitumine linies intrinſecus et extrinſecus.& Ezechielis primo. Velut aſpectum ignis intrinſecus per circuitum eius.

בִּיתָן Palatiũ.aula.ut Eſter ſeptimo. ꝓ eo quod nos legimus. Qui cum reuerſus eſſet de horto nemoribus conſito, et intraſſet conuiuij locum.hebręi legunt.Et rex reuertebatur de horto palatij ad domũ conuiuij.

בָּאָ Arboris genus, quam aliqui morum, Hieronymus pyrum appellauit. ſecundo Regum quinto. Et uenies ad eos ex aduerſo pyrorum. & cum audieris ſonitum gradientis, in cacumine pyrorum.

בָּכָה Fleuit. ut Oſeę duodecimo. Fleuit et rogauit eū. & quandoq; ponitur abſq; he litera finali. ut Geneſis quinquageſimo. Ruit ſuper faciem patris, et fleuit ſuper eum, et oſculatus eſt eum. inde nomen verbale בֶּכִי ideſt fletus. ut pſalmo triceſimo. Ad ueſperum demorabitur fletus. quod et בְּכִיָּה & quandoq; etiam בְּכוּת nominat. vt Geneſis. xxxv. Vocatumq; eſt nomē loci illius quercus fletus. inde quoq; riuor ſinus deriuat, ad ſimilitudinem lachrymar abūdantiū.

בְּכוֹר Primogenitus. pſalmo octogeſimonono. At ego primogenitum ponam illum. declinatur heteroclite pluraliter בְּכוֹרוֹת uel בְּכוֹרִי Significat etiam בְּכַר מָוֶת Angelum. mammona prefectum morti. quem Hieronymus appellauit primogenita mors. vt Iob decimooctauo. Et conſumat brachia illius primogenita mors. eam Rabi Ioſeph putat eſſe morbum lœtalem, quem ſequitur mors. Lyra intelligit mortem anticipatam, quę prȩuenit mortem naturalē.

בִּכּוּרִי Primitię. ut Exodi triceſimoquarto. Primitias frugū terræ tuę offeres in domo domini dei tui.

בַּל Non uel ne. ut pſalmo decimoſexto. Quoniam a dexteris eſt mihi ne commouear. aſſumit in fine iod. ut בַּלִּי ideſt non. ſecūdo Regum primo. Clypeus Saul quaſi non eſſet vnctus oleo. Rurſus idē aſſumit in principio mem. ut מִבַּלִּי ideſt non uel ſine. Iob quarto. Tigris periit, eo quod non haberet prędam. inde לְבַלְתִּי tantummodo. ut. non. prȩter. ut Leuitici. xx. & מִבַּלְעָדֵי et מִבַּלְתִּי et cętera quę negationem niſi. prȩter. ſine. ſignificant. ut pſalmo. xviij Quoniam quis deus prȩter dominū. aut quis deus p̄ter deū noſtrū.

בְּלִיַּעַל Malum.iniquũ.ut p̃s.xli. Verbum iniquum conſtituerunt aduerſum me.inde nomẽ dęmonis qui eſt pater oĩs mali. ut Nahũ.i. Et nõ adiiciet ultra ut pertrãſeat in te belial.vnde q̃ ex patre diabolo ſunt dicunt̃ filĩ belial.ut Iudicum.xix. Venerũt uiri ciuitatis illius filĩ belial.chaldaica trãſlatio exponit filios malicię. quidã hebręorũ compoſitũ arbitrant̃ a בְּלִי et יַעַל q̃d mentẽ noſtrã nõ patit̃ ferri ſurſũ.

בָּלַל Permiſcuit.cõfudit.ut Geñ.xi. Quia ibi cõfuſum eſt labiũ uniuerſę terrę.quod hebraice legit̃. Quia ibi permiſcuit ſeu cõfudit dñs labiũ uniuerſę terrę.& cõuerſione ultimę lr̃ę in he aſpirationẽ, ponit̃ in eodẽ ca.paulo ſuperius נְבַלְּחָה.i.cõfundamus ibi linguã eorum. inde uolũt deriuare בְּלוּלָה.i.permixta.q̃d Hiero.cõſperſum traduxit Leuitici.ĩj. Similę cõſperſę oleo et abſq; fermẽto.uerbũ hoc tinctores inficere dicũt.inde תֶּבֶל.i.confuſio.ſcelus. ut Leuitici.xx. Si quis dormierit cũ nuru ſua,uterq; moriatur.quia ſcelus operati ſunt. inde תַּבְלוּל ideſt macula oculi.quã Hieronymus albuginem nominauit,Leuitici.xxi. Si albuginẽ habẽs in oculo.dictũ ſic a בִּלְבֵל ideſt confuſione pupillę in oculo.a quo etiam בָּבֶל Babylonia dicta eſt quaſi balbel.inde.

בִּלִּיל Stramentum iumentorum ex diuerſis mixtum fæno et palea et quiſquiliis.a cõfuſione ſiue mixtione diuerſorum ſic dictum. quod Hiero.migma gręce, nõ inueniẽs latinũ, a mixtura uocauit. Iſaie.xxx Cõmixtum migma comedent ſicut in area uentilatum eſt.

בָּלַג Contentus eſt.perſtitit firme.ualuit.roboratus eſt.et confortatus.quanquã Hieronymus tormenta doloris eſſe uoluit.Iob.ix. Cum dixero nequaquam ita loquar.commuto faciem meam,et dolore torqueor.ubi ponit̃ אֲבַלֶּגָה quod hebręi exponunt, Si dixero obliuiſcar querelę meę,dimittam iram meam et confortabor.

בָּלָה Inueterauit, detritum eſt, computruit. ut Deuteronomij. xxix Non ſunt attrita veſtimenta veſtra, nec calciamenta pedum ueſtrorꝝ vetuſtate conſumpta ſunt, inde בָּלָה ideſt vetula.

בְּלָהָה Terror, ſtupor, turbatio ſubita, ut Iſaię. xvij. In tempore veſperę et ecce turbatio uel ſtupefactio, ſicut בְּהָלָה de quo ſuperius dictum eſt.

בָּלַט Paulatim, clam, ut. i. Regũ. xvij. Loquimini ad Dauid clam.

בָּלַם Coartauit, clauſit, obturauit, cõſtrinxit, refrenauit, ut p̃s. xxxij In camo et freno maxillas eorum conſtringe, ideſt ad conſtringendũ ſeu coartandum, ſic enim legitur לִבְלוֹם

בָּלַס Scrutatus eſt, queſiuit. Hieronymus traduxit in propheta Amos vellicauit, ut Amos ſeptĩo. Sed armentarius ego ſum uellicans ſycomoros, idem poſtea expoſuit in commentariis Amos ſtrinxit, ſed apud hebrꝰos hoc uerbum ſignificat legere hoc eſt colligere fructus ſiue bacas, teſtante Dauid Kimhi in ſuis commẽtariis hebraicis ſuper Amos prophetam.

בָּלַע Ingurgitauit, deglutiuit, deuorauit. ut Exodi ſeptĩo. Sed deuorauit uirga Aaron uirgas eorum, inde nomen uerbale בֶּלַע quod Hieronymus in quotidianę lectionis noſtrę pſalterio traduxit prꝰcipitatio, licet ſeptuaginta melius catapontiſmos hoc eſt demerſio ſeu proprie ingurgitatio ſiue abſorptio, pſalmo. lij. Dilexiſti omnia uerba prꝰcipitationis lingua doloſa. Grꝰci autem. Dilexiſti omnia uerba abſorptionis linguam doloſam. Quod idem ſanctus Hieronymus eũdem uerſum iuſtius de hebraica ueritate trãſferens ſic interpretat. Dilexiſti omnia uerba ad deuorandum linguam doloſam.

בִּלַּע Fortificatum per dagges ſignificat deſtruxit, perdidit, corrupit, oppreſſit, quem punctum multi non conſyderantes exponunt

ſuperius uerbum pro iſto. ut et ſeptuaginta quoq; fecerunt. Abacuk primo. Quare non aſpicis ſuper contemptores tacebis cum deuoraue rit impius iuſtiorem ſe. Et nos legimus. Quare non reſpicis ſuper inique agentes & taces deuorante impio iuſtiorem ſe. vbi ambę trāſla tiones non conſyderauerunt punctum dagges. Sed Hieronymus gnauiter in commentariis hoc uerbum exponit dicēs. Cur pateris ab impio Nabuchodonoſor iuſtum opprimi Iſrael. Clarius intelliges Threnorum ſecundo ſignificatum eius. Prȩcipitauit dominus nec pepercit. pro deſtruxit & perdidit.

בִּלְעֲדֵי Niſi. abſq;. prȩter. excepto. ut Gen eſis decimoquarto. Ex ceptis ijs quæ comederunt iuuenes. & aſſumit in principio mem. ut pſalmo decimooctauo. Quis deus preter dominum.

בָּלַק Deuaſtauit. deſtruxit. lacerauit. ut Nahum ſecundo. Diſſipa ta eſt & ſciſſa & dilacerata.

בִּלְתִּי Niſi. prȩter. ut Numeri undecimo. Nihil aliud reſpiciunt oculi noſtri niſi man uel prȩter man. aliquando vltimum iod non eſt de ſubſtātia dictionis. ſed pronomē primę perſonę ſignificat. ut Oſeę decimotertio. Et deū abſq; me neſcies. & ſaluator non eſt prȩter me. vbi etiam hęc dictio וּלְתִּי ſynonyma ponitur de qua par erit iudi cium. et pene in omnibus בִּלְתִּי ſignificat prȩter. exceptis admodū paucis locis ubi pro non uel ne accipitur. ut Iſaię decimoquarto. Ce dentem populos in indignatione plaga inſanabili. i. pro nō ceſſante. & Iſaię decimo. Ne incuruemini ſub uinculo. & tunc recipit in princi pio mem uel lamed ſicut ſupra oſtendimus.

בָּמָה Locus eminens. aliquid excelſum. ut pſalmo decimooctauo. Et ſuper excelſa ſtatuēs me. inde ab altitudine altare dicitur. ut tertio Regum tertio. Illud quippe erat excelſum maximum Mille hoſtias holocauſtum obtulit Salomon ſuper altare illud.

בָּנָה Aedificauit. ut pſal. cij. Quia ędificauit dominus Sion. et con

iugatur בָּנִיתִי defectiue. ut.iij. Regum.viij. Aedificans ędificaui domum habitaculum tuum. de hoc faciunt hebręorum grammatici mentionem in capitulo de ijs quę in fine deficiunt.

בִּנְיָן Structura. ędificium. ut Ezechielis.xl. Et mensus est latitudinē ędificij calamo uno. altitudinem quoq; calamo uno. & capitur in grā matica hebręorum pro coniugatione.

בֵּן Filius. ut Exodi secundo. Quę concepit et peperit filium. Et plura liter בָּנִים ut Iob primo. Natiq; sunt ei septem filij. inde בַּת filia. vt p̄s. cxxxvij. Filia Babylonis misera. et pluraliter בָּנוֹת ut Iob superiori loco. Et tres filias. dicitur etiam בַּת pupilla oculi. ut p̄s. xvi. Custodi me ut pupillam oculi. Quomodo autem hoc uocabulum significās filios uł filias reperiaī diuersis in locis legere posthac poteris in amplioribus grammaticis.

בֹּסֶר Vua acerba. ut Hieremię. xxxi. Patres comederūt vuam acerbam et dentes filiorum obstupuerunt. potest etiā significare quēlibet fructum immaturum.

בָּעָה Petiit. quęsiuit. rogauit. ut Isaię. xxi. Si queritis querite conuertimini et uenite. et Isaię. xxx. Et requisita in muro excelso.

בָּעָה Fecit proiicere ampullas. a feruendo dictum secundū Dauid Kimhi in comentariis Isaię. eo quod aqua feruens tales fungos seu uesicas proiiciat. vnde Hiero. ardere interpretatus est Isaię. lxiij. Sicut exustio igni tabescerēt. aquę arderēt igni. inde uenit אֲבַעְבֻּעוֹת idest ampullę uel inflationes. pustulę. vesicę. ut Exodi. ix. Erunt enim in hominibus et iumentis ulcera et uesicę.

בָּעַט Recalcitrauit. ut Deuteronomij. xxxij. Incrassatus est dilectus & recalcitrauit.

בָּעַל Rem cum muliere habuit. coiuit. subagitauit. maritauit. subiugauit. domi-

natus est. subiugauit. Hieronymus honeste traduxit habuit mulierē. vt Deute. xxiiij. Si acceperit homo uxorem et habuerit eam. & eiusdē libri ca. xxi. uariando traduxit pro dormire cū ea. Et postea intrabis ad eam dormiesq; cum illa. & hoc modo omne q̄d p̄eminet & ante stat seu subiectū aliquid habet dicit בַּעַל author. magister. dominus maritus. Exodi. xxi. Si habēs uxorem et uxor egredieī simul. pro quo hebrei legunt. Si maritus uxoris est et exibit uxor eius secum. Significat magistrum. ut Geñ. xlix. Inuiderunteq; ei habentes iacula .i. periti sagittarij hoc est magistri balistarū. Significat dominū seu principem. Leuitici. xxi. Sed ne in principe populi sui contaminabit. Deriuata lectione cognosces. ut est בַּעַל ; בְּעָלִיל ; בַּעֲלַת ; et cetera. Deuterono. xxij. Si dormierit uir cū uxore alterius pro maritata marito.

בָּעַר Combustus est. arsit. Numeri. xi. Vocauitq; nomē loci illius incensio. eo quod succensus fuisset cōtra eos ignis domini. et p̄s. xvij. Et carbones succensi sunt ab eo. & Exodi. iij. Et uidebat quod rubus arderet. et sequitur infra. Quare non comburatur rubus. Isaię primo. Et succendetur utrumq; simul.

בָּעַר Tulit. ut Deuteronomij. xxij. Et auferes malum de medio tui. & eiusdem. xxvi. Attuli quod sanctificatū est de domo mea. & sequit. Nec separaui ea in qualibet īmūdicia. ecce idē uerbū trāstulit sepaui.

בָּעַר Ardor. succensio. Isaię. iiij. In spiritu iudicij et spiritu ardoris. hebrei exponunt destructionem. deuastationē. et exterminationem.

בָּעַר Consumpsit. molestauit. lęsit. depastus est. eruit. ut Exodi. xxij Si lęserit quispiam agrum uel uineam.

בְּעִיר Iumentum. ut loco supra citato. Exodi. xxij. Et dimiserit iumē tum suum ut depascatur aliena. duo uocabula dīsces hac allegatione.

בָּעַר Desipuit. insaniuit. infatuatus est. ut Ieremię. x. Pariter insipientes & stulti probabuntur. fortasse a iumento seu bruto superiori di

ctum. quia ſtultus bruto ſimilis eſt. inde בַּעַר ſtultus. inſipiens. fatuus. pſalmo. xciiij. Intelligite inſipiẽtes ĩ populo. & pſalmo. xcij. Vir inſipiens non cognoſcet.

בִּעֵת Terruit. ſtupefecit. Iſaię. xxi. Emarcuit cor meum, tenebrę ſtupefecerunt me.

בַּצַּץ ׀ בֹּץ ׀ בִּצָּה Lutum. argilla. ut Ieremię. xxxviij. Demerſerunt te in cœno, et in lubrico pedes tuos. lubricum pro luto ponitur.

בְּצַל Cepe. ut Numeri. xi. Porriq; & cepe et allia.

בָּצַע Profuit. ut Geñ. xxxvij. Quid prodeſt ſi occiderimus fratrem noſtrum. ideſt quę cupiditas ſiue licentia in malum. Nota quod ſignificant hec et inde deriuata iniuriam. fraudem. calumniã. et auariciam. vt Exodi. xviij. Et qui oderint auariciam.

בִּצַּע Compleuit. perfecit. ut threnoꝝ. ij. Compleuit ſermonẽ ſuũ quem pręceperat a diebus antiquis.

בָּצַע Percuſſit. vulnerauit. incidit. fidit a findo. ut Amos. ix. pro eo quod nos legimus, auaricia enim in capite omnium. hebręi legunt. Et vulnerabit eos in capite omnes. uel ſecundũ Dauid Kimhi in cõmentariis hebraicis ſuper duodecim minores. & incidit ſeu percuſſit caput omnium. quod ſeptuaginta melius expreſſerunt, ſic ſcribentes. vt diſſecaret in capitibus omnium.

בֵּצֶק Paſta. maſſa parata ad coquendũ panem. ut Exodi duodecĩo. Tulit igitur populus conſperſam farinam.

בָּצֵק Tumuit. Hieronymus traduxit ſubtritus eſt. Deutero. viij. Et pes tuus non eſt ſubtritus. hebraice. pes tuus nunquam tumuit.

בָּצַר Incidit arbores. vindemiauit. ut Deuterono. uiceſimoquarto, Si uindemiaueris uineam tuam.

בִּצֵּר Muniuit. ut Numeri. xxxij. Paruuli noſtri et quicquid habere poſſumus erunt in urbibus munitis.

בִּיצוֹר Firmus.fortis.munitus.ut Numeri.xiij. Sed cultores fortissimos habet,& urbes grandes atq; muratas.

בִּיצָרוֹן Munitio. fortificatio murorum. Zacharię.ix. Conuertimini ad munitionem.

בָּצַר Destitit. uitauit. prohibitus est. ut Geñ.xi. Nec desistent a cogitationibus suis donec eas opere compleant.

בָּצָר Aurum.Iob.xxij. pro eo quod nos legimus.Dabit pro terra silicem &c̄.hebręor̄ magistri traducunt sic.Et reponet pro puluere aur̄.et in petra fluuior̄ ophir,hoc est aurū obrizū. &plr בְּצָרִים

בָּקַק Vacuauit.destruxit.vastauit.Nahum.ij. Quia uastatores dissipauerunt eos.

בַּקְבּוּק Vas testaceum quasi gutturnum,a sono nomen accipiens cum in aquam mergitur. quod Hieronymus lagunculam traduxit. Ieremię.xix. Vade & accipe lagunculam.

בָּקַע Fidit.rupit.scidit.diuisit. dissecuit. ut Amos.i. Eo q̄d dissecuerit pregnātes Galaad.Isaię.lviij. Tunc erūpet quasi mane lumen tuū.

בִּקְעָה Planicies.vallis.campus.Geñ.xi.Inuenerūt campū in terra Senaar.et Deu.viij. In cuius cāpis et mōtibus erūpūt fluuior̄ abyssi.

בֶּקַע Semissis uel dimidium pondus.ut Exodi.xxxviij. vbi nos legimus.oblatū est autem ab ijs qui transierūt.ibi veritas hebraica testāte Nicolao de lyra sic habet.Dimidius sicus per singula capita.

בָּקַר Quęsiuit.exploravit.ut Leuitici.xiij.Sin autem post emundationem rursus creuerit macula in cute,non quęret amplius.

בֹּקֶר Mane. ut Geñ.i. Et factum est uespere et mane dies unus.& pluraliter בְּקָרִים ut Isaię.xxxiij.Esto brachium nostrū in mane.dictum fortasse a quęrendo.nam incipimus res q̄rere cū mane lucescit.

בָּקָר Vacca siue bos. ut Genesis .xij. Fueruntq; ei oues & boues.

etpluraliter בְּקָרִים vaccę. quod Hieronymus traduxit bubali. Amos. vi. Aut arari poteſt in bubalis. inde בּוֹקֵר armentarius. ut Amos ſeptimo. Sed armentarius ego ſum.

בִּקֵּשׁ Queſiuit. ut Canticorum quinto. Queſiui et non inueni illū.

בַּר Mundus. purus. ut p̄s. xxiij. Innocens manibus et mūdo corde. inde puritas בֹּר p̄s. xviij. Et ſecundū puritatem manuū mearz. alias mundiciē. ſignificat etiam בַּר electus. ut eodē p̄s. Et cum electo electus eris. Item ſignificat foris. ut Iob. xxxix. ſecundū hebręos, vbi nos legimus. & pergunt ad paſtū. ibi Iudęorz magiſtri interpretanť ſic. & pergunt foras, uel cornupetunt foris. Item בַּר filius. ut Prouerbio. xxxi. vbi nos legimus. Quid electe mi quid electe uteri mei, quid electe uotorū meorum. ibi hebręi legunt. quid fili mi. quid fili uteri mei. quid fili uotorum meorz. Item ſignificat triticū. ut Geñ. xlv. Et totidē aſinas triticum in itinere, paneſcz portātes. cuius inſtar ſic exponetur verſus pſalmi. lxxij. vbi p eo quod legimus. erit firmamentū in terra. legunt hebręi frumentū. nam teſte Burgenſe, tranſlatio ſecundum hebraicā ueritatē talis eſt. Erit placenta frumenti in terra. ergo concluſionem huius uocabuli cum ſententia. S. Hieronymi faciamus. qui in apologetico contra Rufinū pammachio ſic ſcribit. Bar apud hebręos diuerſa ſignificat. dicit enī et filius. ut eſt iſtud. Bar iona filius colūbę. & Bartolomeus filius Ptolomei. et Barchineus. et Barchiſeus. et Barrabas. Triticū quocz et ſpinarū faſciculus. et electus. ac purus. Hęc idē Hieronymus.

בָּרַר Secreuit. elegit. clarificauit. inde dicit id quod ſcribit primo Paralippo. xvi. Et poſt eum heman et Idithun et reliquos electos. hoc eſt prędaros. & uidetur multis uerbum primitiuum eſſe prędecētis.

בָּרָא Finxit. creauit. Geñ. i. In principio creauit deus cęlū et terram.

בָּרָא Succidit uel excidit. eruit, ut Ioſuę. xvij. Aſcende in ſyluam & ſuccide tibi ſpacia. & paulo inferius. Succides tibi atcz purgabis ad habitandum ſpacia.

בְּרִיאָה Res noua quę prius non fuit, quam nos creaturam uoca-

mus.ut Numeri.xvi.Sin autem nouam rem fecerit dominus.
בָּרִיא Firmus.ſanus.pinguis.craſſus.ut Iudicũ.iij. Erat aũt Eglon vir craſſus nimis.deriuata legẽdo inuenies.& ſepe per defectũ aleph in fine he inuenies בָּרִיחַ ut Ezechielis.xxxiiij.Ecce ego ipſe iudico inter pecus pingue et macilentum.

בַּרְבּוּר Gallinaceus.uel auis altilis.ut.iij.Regũ.iiij Excepta uenatione ceruorum caprearum atq; bubalorum,et auium altilium. vbi ponitur בַּרְבֻּרִים אֲבוּסִים ideſt altilium ſaginatorum in ſtabulis,hoc eſt ſtabulantium.
בָּרָד Grando.ut Exodi.ix.Ecce pluam cras hac ipſa hora grandinẽ multam nimis.inde uerbum בָּרַד prima camez,ſecunda patha.

בְּרֻדִּים Reſperſi punctisſeu maculis.ut Geneſis.xxxi. Varios maculoſos atq; reſperſos.
בָּרַח Elegit.ut primo Regum.xvij.Eligite ex uobis uirum.

בָּרַח Pranſus eſt.comedit.ij.Regũ.xiij. Comedam de manu eius. Inde deriuata nomina uerbalia p̃s.lxix.Et dederunt in eſcam meã fel. et.ij.Regũ.xiij.Infer cibũ in conclaui, et ueſcar de manu tua. putãt ex hoc intelligi uerſiculũ Geñ.xlviij.Eratq; uernũ tempus.vbi ſecundũ hebraicam ueritatem legẽdum eſt(cum iam eſſet quaſi paſcuus ager) quam certe parentheſim circumloquendo aliis uerbis expreſſit interpres dicens.Erat enim vernum tempus.

בַּרְזֶל Ferrum.pſalmo.cv.Ferrum pertranſiit animam eius.

בָּרַח Fugit.ut ſecundo Regum.xiij.Porro Abſolom fugiẽs abiit. Item contignauit.dauſit.ut infra.
בְּרִיחַ Repagulum.haſtile.tignũ.vectis.ut Exodi.xxvi. pro eo q̃d nos legimus.& eiuſdem numeri ad occidentalem plagã.et ſequit. qui mittent per medias tabulas,hebraica ueritas ſic habet.Et tignus tranſiens in medio tabularũ contignans a termino ad terminũ.ſignificat et ſeram uel repagulũ.ut Iob.xxxviij.Et poſui uectẽ.i.repagulũ et oſtia.

בֵּרַךְ Benedixit, ut p̄s. cxviij. Benedictus qui uenit in nomīe dñi. Benediximus uobis de domo dñi. Item ſalutauit. ut Geneſis. xlvij. Qui benedicēs illi. pro quo hebraica ueritas habet. Et ſalutauit Iacob Pharaonem. Item flexit genua. ut p̄s. xcv. ſecundū hebraicam ueritatem. venite adoremus. curuemur. flectamus genua. & Geñ. xxiiij. Cumq; camelos feciſſet accumbere.

בֵּרַךְ Blaſphemauit. increpauit. reprehendit. maledixit. ut. iij. Regū xxi. pro eo quod nos legimus. Benedixit Naboth deū et regē, quamobrem eduxerūt eum extra ciuitatē, et lapidibus interfecerūt. hebręi trāſferūt ſic. blaſphemauit. & chaldaica trāſlatio Ionathę hēt גַּדֵּיף ideſt contempſit. vnde Lyra exponit benedixit. i. maledixit. ſic Iob. ij. Benedic deo, et morere. hebręi exponunt. increpa et reprehēde deū.

בִּרְכָּה Munus. donum. Geneſis. xxxiij. Et ſuſcipe benedictionem quam attuli tibi. ideſt ſuſcipe munus quod allatum eſt tibi.

בִּרְכַּיִם uel בִּרְכֵּי Genua. ut Deuteronomij. xxviij. Percutiat te dominus ulcere peſſimo in genibus et in ſuris.

בְּרֵכָה Fons. viuarium. ſtagnum. piſcina. ut Canticorum ſeptimo. Oculi tui ſicut piſcinę in heſebon.

בְּרֹם Veſtis cuiuſdā pręcioſiſſimę genus. alij putāt eſſe ſcriniolum pręcioſoꝝ iocaliū. Hiero. traduxit gazā pręcioſam. Ezech. xxvij. Ipſi negociatores tui multiphariam inuolucris hiacynthi et polymitorū gazarūq; pręcioſaꝝ. vbi ſeptuagīta interp̄tati ſunt theſauros electos.

בָּרָק Reſplendentia. fulgur. coruſcatio. ſcintillatio. ij. Regum. xxij. Miſit ſagittas ſuas et diſſipauit eos, fulgur et conſumpſit eos. Significat et lapidem eiuſcemodi.

בַּרְקָנִים Spinarum quędā ſpecies, quas trāſlatio noſtra tribulos vocauit. Iudicum. viij. Et cum reuerſus fuero uictor in pace conteram carnes ueſtras cum ſpinis tribuliſq; deſerti.

בְּרֹשׁ Arbor quędam ex qua fiunt iacula. Hieronymus traduxit. abietem, alij cedrū. Iſaię. lv. pro ſaliuncula aſcendet abies. & eiuſdem lx. abies & buxus & pinus ſimul.

בְּרוֹשִׁים Miſſilia. lanceę. tela.iacula.ſagittę.quoniam eę haſtę ex arbore prius nominata,propter ipſius proceritatē fiunt.Hiero. autē agitatores traduxit.et tranſlatio.lxx.expoſuit equites.Nahū.ij. Et agitatores conſopiti ſunt.lxx.ſic.et equites timuerunt in exercitibus.voluerunt enim pro uirili ſua imitari chaldaicā tranſlationē Ionathę.qui excelſos et magnates exponit,et exercituū magiſtros.et Ioſeph kimhi putauit ita eos appellari a ꝓceritate arboris ſiue cedri ſeu abietis.teſte filio ſuo ī comētariis ſup duodecī.ego lāceatos ſeu baliſtarios dicerē.

בְּרָת Cypreſſus. Canti.i. Tigna domorum noſtrarum cedrina laquearia noſtra cupreſſina.

בְּרִית Fœdus.pactum.ut Ieremię.xxxi.Ecce dies uenient dicit dñs Et feriam domui Iſrael et domui Iuda fœdus nouum. non ſecundum pactum.ecce idem uocabulum dupliciter traduxit.

בָּשַׁל Maturauit.ut Ioelis.iij.Mittite falces q̄niā maturauit meſſis.

בָּשַׁל Coxit.ut Exodi.xij.Non comedetis ex eo crudū quid nec coctum aqua.et Ezechiel.xxiiij.et diſcocta ſunt oſſa illius in medio eius.

בֹּשֶׂם Suauis odor.aroma.ut Iſaię.iij.Et erit pro ſuaui odore fetor. et cum ſex pū̄ctis aromaticū.ut Exodi.xxx.Sume tibi aromata primæ myrrhę. et cīnamomi aromatici.itē et calami aromatici.ita enī legēdū eſt.& Canticorum.v.Meſſui myrrham meam cum aromate meo.

בָּשַׁס Onerauit.oppreſſit.grauauit.Hieronymus īterpretatus eſt diripuit.Amos.v.Iccirco pro eo quod diripiebatis pauperem ubi ponitur בּוּשַׁסְכֶם quod exponunt hebręi עֲמַסְכֶם ideſt onerauit intelligentes de principibus et iudicibus,authoritatē allegatam. Rabi Ioſeph kimhi putat ſin literam pro ſamech poſitam, ut alias ſępe vide ſupra in בּוּס

בָּשָׂר Caro.p̄s.cxlv.Et benedicat omnis caro nomini ſancto eius.

בָּשַׂר Annunciauit.euangeliſauit.ut Iſaię.lij.Quam pulchri ſuper

montes pedes annunciantis et prędicantis pacem, annunciãtis bonũ. vbi ponitur nomen eius מְבַשֵּׂר euangeliſta, nũcius, qui barbarice ambaſſator dicitur, inde בְּשׂוֹרָה Prędium uel merces prõ nũcio relato. vt. ij. Regũ. iiij. Cui oportebat me mercedẽ dare ꝓ nuncio. בָּתָה Inanis. deſerta. vaſtata. ut. Iſaię. v. Et ponam eam deſertam. בַּת Eſt menſura liquidorꝝ. quam Hieronymus alludens uocabulo bathum traduxit Ezechielis. xlv. Statera iuſta. et ephi iuſtũ, et bathus iuſtus erit uobis.

בְּתוּלָה Virgo. ut Geñ. xxiiij. uirgoq; pulcherrima ĩcognita uiro. &pluraliter בְּתוּלוֹת ut Amos. viij. In die illa deficient uirgines pulchrę. nam pluralia maſculini generis בְּתוּלִים et בְּתוּלֵי ſignificant integritates ſeu ſigna uirginitatis. ut Deutero. xxij. dicens. nõ inueni filiam tuam uirginem. pro eo quod legere deberemus. Nõ inueni in filia tua incorruptiones ſiue integritates. et hęc ſunt ſigna virginitatis filiæ meæ.

בָּתַק Perfodit, interfecit, trucidauit. Ezechiel. xvi. Et trucidabunt te gladiis ſuis.

בָּתַר Seperauit. partitus eſt. diuiſit. ut Geñ. xv. aues aũt nõ diuiſit.

בֶּתֶר Pars. diuiſio. ſeparatio. portio ſiue partitio. ut Geñ. xv. ubi ſupra. et utraſq; partes contra ſe altrinſecus poſuit. & Canticorũ. ij. Similis eſto dilecte mi capreę hinnuloq; ceruorꝝ ſuper mõtes bether. vbi quidam ignari ſcriptores poſuerunt .l. pro .r. bethel. ſed hebręi legunt ſuper montes partitionis ſeu ſeparationis.

גג בית ראש עלון

Ectum.ut ps.ciij.Et factuſſum ſicut paſſer ſolitarius in tecto.

t & declinat heterodite ſecundum genus fœmininum pluraliter גַּגּוֹת ut Sophonię primo.& eos qui adorāt ſuper tecta militiam cęli.

גָּאָה Elatus eſt.eleuatus eſt et exaltatus.dominatus eſt. et glorioſe magnificatus eſt.neutraliter.ut Exodi.xv.Cātemus domino,glorioſe enim magnificatus eſt.quod uerbum e uerbo legitur. Superbiendo ſuperbiuit,ſeu dominando dominatus eſt.& Iſaię.xvi.ſignificat arrogantiam et ſuperbiam.ut Audiuimus ſuperbiam Moab,ſuperbus eſt valde.ſuperbia eius et arrogantia eius &c. inde גַּאֲוָה

גָּאוֹן Eo uocabulo Hieronymus in cōmentariis ſuper duodecim dicit ſignificari fremitū et ſonitū aquę decurrentis.Zacharię.xi.vbi tranſlatio.lxx.dicit.Vox rugientium leonum quia afflictus fremitus Iordanis.ſed rectius noſtra ſic legitur.vox rugitus leonum quia uaſtata eſt ſuperbia Iordanis.quod etiam teſtatur chaldaica tranſlatio Ionathę.qui exponit altitudo Iordanis.

גָּאַל Luit.redemit.ut Iſaię.xlviij.Dicite redemit dñs ſeruum ſuum Iacob. inde גְּאֻלָּה & גְּאֻלָּה & multa alia deriuata inuenies Leuitici.xxv.Luitionem et redemptionem et liberationem ſignificātia. Item ſignificat fœdare.inquinare.deturpare.obſcurare.ut Iob.iij.Obſcurent eum tenebre & umbra mortis.Item etiā polluere.ut Danielis primo.Propoſuit autem Daniel in corde ſuo ne pollueretur.

גַּב Cacumē.dorſum.altitudo.ſummitas.ut ps.cxxix.Supra dorſum meū fabricauerūt peccatores.Itē ſignificat ſupcilium.Leui.xiiij.et die vij.radet capillos capitis,barbāq; et ſupcilia.et qñq; addit nun lra.ut ps.lxviij. vbi nos legimus. Mōs coagulatus.ibi Hiero.in pſalterio de hebraica ueritate rectius traduxit mōs excelſus . quidā econtrario exponūt hūilis mōs et colliculoſus.i.gibberoſus.et ſic deriuat a ſequēti.

גִּבֵּן Gibbus ſeu gibberoſus.tractū fortaſſis a dorſi altitudine.ſic enī Hiero.traduxit Le.xxi.ſi fracto pede,ſi māu.ſi gibbus.ſi lippus.quāq; thargū Hieroſolymitanū ītelligat hoc uocabulū de is qbus in utroq; oculoꝝ ſinu ſupciliorꝝ pili excreſcūt.q̄d nūc cōit ſequunt Iudęi expo-

nentes eandem dictionē de homine cuius oculos supercilia obnubūt atq; condensant,quem ego dicerem supercilioſum.

גֵּבָא Fouea.cisterna.palus.et omnis aquarum conseruatio.ut Isaię xxx.Aut hauriatur parum aquę de fouea.hoc est de cisterna. sic enim Onkelus chaldęus in sua translatione pro בּוֹר hebraico uocabulo ponit גֻּבָּא nomen chaldaicum,Geneſis triceſimoſeptimo.

גָּבַהּ Superbiuit.exaltatus est.tumuit.p̄s.cxxxi.Domine non est exaltatum cor meum neq; elati sunt oculi mei.ubi quādoq; he aspiratio mutatur in aleph.inde superbus.p̄s.ci.Superbo oculo et insatiabili. in alia etiam coniugationis forma inuenies hoc uerbum in Abdia.Si exaltatus fueris ut aquila. quod exponunt quidam magistri iudęorum transitiue.si exaltaueris suple nidum tuum.alij neutraliter seu intransitiue,ut hic.et in alia q̄q; forma p̄s.cxiij. Qui in altis habitat. ubi iod finale superfluum est.ut sępe alias

גָּבַהּ Altitudo.p̄s.ciij. Quoniam secundum altitudinē cęli a terra.

גַּבַּחַת Caluus.depilatus. ut Leuitici.xiij. Vir de cuius capite capilli fluunt,caluus et mundus est.Inde גַּבָּחֶת idest caluicies seu alopecia.ut eodem loco.

גְּבוּל Limes.terminus.finis.regio.Deuterono .xix. Non assumes seu transferas terminos proximi tui.et sequitur uerbū inde deriuatū.

גָּבַל Limitauit. terminauit. diffiniuit regionem agrorum.ut eodē loco supra citato.Quos fixerunt priores.

גְּבִנָּה Caseus,ut Iob.x.Nōne sicut lac mulsisti me, et sicut caseum me coagulasti.

גִּבְעַ Collis,ut Zacharię.xiiij.De colle Remmon ad austrum Ieruſalem.& quādoq; cataparagogen assumit in fine he aspirationem. ut Ieremię.l.De monte in collem transierunt.

מִגְבַּעַת Pilius,galerus,tiara.Exodi.xxviij. Et baltheos ac tiaras in gloriam & decorem.

גֶּבַע Folliculus lini.Exodi.ix.Et linū iam folliculos germinaret. ponitur enim illic uerbale גִּבְעוֹל

גָּבִיעַ Calix.poculum.ſcyphus.ut Geñ.xliiij.Scyphum autem meū ſcyphum argenteum pone in ore ſacci iunioris.nam ueru ideſt obeliſco debet confodi.quod nos legimus.et precium quod dedit tritici.& Exodi.xxv.Tres ſcyphi quaſi in nucis modum per calamos ſingulos.

גָּבַר Prȩualuit.viguit.robuſtus fuit.vires cœpit.nos legimus corroborauit.pſalmo.ciij.Corroborauit miſericordiā ſuā ſuper timētes. ſed Hieronymus in pſalterio de hebraica ueritate melius tranſtulit. Confortata eſt miſericordia eius ſuper timentes eum. ideſt cōualuit. ita enim traduxit Geñ.xlix.Benedictiones patris tui confortatę ſunt. Item Geñ.vij.Et aquę prȩualuerunt nimis ſuper terram.inde nomen ſubſtantiuum גְּבוּרָה quod robur.fortitudinem.virtutem.uires. potentiam interpretant.ut.ij.Paralip.xx.In manu tua eſt fortitudo et potentia.& p̄s.lxxxix.Si autē in potentatibus.In alia cōiugationis forma reperimus נַגְבִּיר p̄s.xij.Linguam noſtram magnificabimus. quod Hieronymus traduxit in pſalterio de hebraica ueritate. linguā noſtram roboremus.

גִּבּוֹר Potens.fortis.robuſtus.ut Geñ.x.Ipſe cœpit eſſe potens in terra.ſequiturq;.& erat robuſtus uenator,ubi unum et idem uocabulum mox aliter traduxit interpres.& Canticorum.iij.En lectulum Salomonis ſexaginta fortes ambiunt ex fortiſſimis Iſrael.

גְּבִיר Dominus. caput. ſuperior. ut Geneſis.xxvij En dominum tuum illum conſtitui.fœmininum eius גְּבִירָה Imperatrix. domina.regina.ut Hieremię.xiij.Dic regi & dominatrici.

גֶּבֶר Vir.a maſcula uirtute et poteſtate ſupra mulierem.ut Prouerbiorum triceſimo. Viam uiri in aduleſcentula. in alia forma ponitur pſalmo decimooctauo גֶּבֶר Et cum uiro innocente innocens eris. Cum tamen in eodem cantico quod ſcribitur ſecundo Re-

gum.xxij.ponatur גִּבּוֹר et cum robuſto perfectus.

גֶּבֶר Gallus gallinaceus.Iſaię.xxij.Sicut aſportatur gallus gallinaceus,ita enim ſe didiciſſe affirmat a ſuo prȩceptore Iudȩo Hieronymus in commentariis.

גֶּבִישׁ Lapis precioſus.Iob.xxviij.vbi tranſlatio noſtra habet. Excelſa et eminentia non cõmemorabuntur.ibi hebraica ueritas hos duos lapides prȩcioſiſſimos notat,qui in raro ſunt uſu,dicẽs. Ramoth & gabis non cõmemorabuntur. nam comparatione eius hoc totum obeliſco auferendum eſt.Error autem interpreti accidit hic, propter incuriam et negligentiam orthographiȩ, quȩ multos ſȩpe decepit.ut patet in uariis locis.

גַּד Coriandrum.ut Numeri.xi.Erat aũt man quaſi ſemẽ coriãdri.

גָּד Fortuna dea.ut Iſaię.lxv.Qui diſponitis fortunȩ menſam. Rabi Moyſes cohen dicit,quod ſit ſtella Iouis,et quod Iupiter in lingua Cedar ideſt arabica ſic uocet̃.et Rabi Dauid Kimhi in cõmentariis Iſaiæ exponit pro ſydere,

גָּדַד Collegit exercitũ,accinxit ſe ad prȩlium.expediuit ſe. ut Geñ. xlix.Gad accinctus prȩliabitur ante eum,et ipſe accĩgetur retrorſum. quem uerſiculum Hieronymus in libro hebraicarum quȩſtionum ſic tranſfert.Gad latrunculus latrocinabitur eum, et ipſe latrocinabitur plantam, et tamen ibi Gedud exponit accinctus et expeditus.ego ſupplerem cohorte.ut.ij.Regum.xxij.In te enim curram accĩctus. quod ſimiliṫ Rabi Salomon gallus,in ſuperiori loco exponit חֲלוּץ ideſt expeditus.nos legimus eiuſcemodi milites latrunculos.ut quarto Regum uiceſimoquarto.Immiſitq; ei dominus latrũculos chaldęorũ & latrunculos ſyriȩ,et latrunculos moab,et latrũculos filiorȝ Ammon. vbi ſemper ponitur גְּדוּדִי et Ionathas chaldęus מַשְׁרִיַת exponit,tanquam expeditionem bellicam.

גָּרַד Dilaniauit. dilacerauit. excoriauit. ſcalpſit. Ieremię. xlvij. Vſq; quo concideris.

גְּדִי Hedus. ut Geñ.xxxviij.Misit autem Iudas hedum caprarũ per pastorem suum.& Iudicũ.xv.Et attulit ei hedum de capris. &pluraliť declinať utroqꝫ genere.in masculino,ut Geñ.xxvij. Affer mihi duos hedos optimos. in fœminino,ut Cantico.primo.Et pasce hedos tuos iuxta tabernacula pastorum.

גְּדוֹת Litora. ripę. ut Iosuę tertio.Iordanis autem ripas aluei sui tempore messis impleuerat.

גָּדַל Magnificauit.magnus fuit.magnificatus est.ut p̃s.ciij. Domine deus meus magnificatus es uehementer.&.i.Paralip.xxix.Magnificauit ergo dominus Salomonem.& Geñ.xli.pro eo quod legimus vno tantum regni solio prędecam te.verbum e uerbo sic legitur. tantummodo sedem magnificabo supra tuam uel supra te.sed potius quę a facio latine componuntur,ea ueniunt hebraice a coniugatione graui גִּדֵּל q̃d ponit Ester.iij.Post hęc rex Asuerus exaltauit Aman. pro magnificauit.& Genesis.xxv.pro eo quod nostra translatio legit, quibus adultis.hebraica ueritas habet.& magnificati sunt pueri idest creuerunt.in eo & similibus semp seruať pũctus dagges. inde גָּדוֹל magnus.Exodi.xi.Fuitqꝫ Moyses uir magnus ualde.oĩa eiuscemodi significant magnificentiã.honorẽ.pulchritudinem.staturam. fortitudinem et robur.Ezechielis.xvi.Et fornicata est cum filiis Aegypti uicinis tuis magnarum carnium.ubi ponitur גְּדֹלִי

גֹּדֶל Magnitudo uel magnum.substantiuũ nomen.ut Deutero.v. Ecce ostendit nobis dñs deus noster maiestatem et magnitudinẽ suã. & quandoqꝫ scribitur prima cũ puncto surek.ut p̃s.ultimo. Laudate eum secundum multitudinem magnitudinis eius. & quãdoqꝫ accipit he in fine cũ surek in penultima.ut p̃s.cxlv.Et magnitudinis eius non est finis. Inuenies omnia inde deriuata supereminentiam significare qualitatis aut quantitatis.

מִגְדָּל Turris.Canti.iiij.Sicut turris Dauid collũ tuũ. & hetero-

BIBLIOTHÈQUE TOULOUSE UNIVERSITAIRE

clite declinatur pluraliter maſculine et fœminine.

גְּדִילִים Phylacteria ueſtium.ſeu funiculi in fimbriis. Deutero. xxij.Funiculos in fimbriis facies.

גָּדַע Fregit.abſcidit.p̄s.lxxv.Et omnia cornua peccatorum cõfrin/gam.& Ieremię.xlviij.abſciſum eſt cornu moab.

גָּדַף Cõtempſit.opprobrauit.blaſphemauit. Sophonię.ij. Audiui opprobrium Moab,et blaſphemias filiorum Ammon.

גָּדַר Circumſcripſit.ſepiuit.concluſit.circũędificauit.muro cinxit. threnorꝝ.iij.Circũędificauit aduerſum me.item cõcluſit uias meas la/pidibus.inde nomen גָּדֵר Sepes.caula.maceria uel murus.ut Nu/meri.xxij.pro eo quod nos habemus.in anguſtiis duarũ maceriarũ, quibus uineę cingebant.hebręi legunt ſepes hinc.et ſepes inde. & re/peritur tam in maſculino genere quã in fœminino.primũ. p̄s.lxxx.ut quid deſtruxiſti maceriã eius. ſecundũ. p̄s.lxxxix. deſtruxiſti omnes ſepes eius.Significat hoc uocabulo apud logicos definitio. eo ꝙ ter/minet & circumſcribat rem definitam.

גָּדִישׁ Aceruus manipulorũ ſiue frugũ in ariſtis.ut Exodi.xxij. Si egreſſus ignis inuenerit ſpicas et comprehenderit aceruos frugum.

גֵּה Hic.ut Ezechielis.xlvij.Hic eſt terminus in quo poſſidebitis ter ram.et dicit loco זֶה ſecundum Rabi Kimhi in commentariis ſuper Ezechielẽ,mutatione zain in gimel iuxta morẽ אָטְבַּח de cuius alphabeti arcana et eleganti practica plene tractatur in libro Ioſeph Catonis qui inſcribitur hortus nucum.

גָּהָה Medicatus eſt.ſanauit.ceſſare fecit.depoſuit.ſoluit.ut Oſeę.v Nec ſoluere poterit a uobis uinculũ.quod ſeptuaginta tranſtulerunt ceſſare faciet.et Ionathas chaldęus expõit.nõ faciet quieſcere a uobis flagellum.

גָּהַר Proſtrauit.inclinatus ad terrã.pronus ſuper uentre.ut.iij.Re

gum.xviij.Et pronus in terram posuit faciem suam inter genua sua.

גֵּו Intus seu medium.ut Iob.xxx.pro eo quod nos habemus. qui de conuallibus ista rapientes.hebrei legũt.ab intra uel de intus expellẽt. & assumit he in fine.ut Iob.xx.Eductus et egrediẽs de uagina sua. pro eo quod trãsferri debuit.de interiori siue de intus seu de medio. nam vbi in hebraico ponitur מִתּוֹךְ idest de medio.ibi translator chaldeus posuit מִגַּוָּךְ Numeri.xvi.Seperamini de medio congregationis. vide in eo loco Onkelum.

גֵּו Tergum.corpus.ut Isaię.l.Corpus meum dedi percutientibus.& transfertur dorsum Prouerbiorũ.x.Et uirga in dorso eius qui indiget corde.propter similitudinẽ pronũciationis vau et beth . ut supra.Sic Neemię nono.Et proiecerunt legem tuã post terga sua.&pluraliter habet גֵּוִיּוֹת generis fœminini.ut eodem ca.in fine.Et corporibus nostris dominantur.quod rectius a גֵּוִית descendit.ut infra.

גּוֹב Cauea.congregatio.ut Nahum.iij.pro congregare.sicut congregatio locustę.

גֹּבַי Locusta.amos.vij.Et ecce fictor locustę.secũdũ.lxx.bruchus.

גּוּד Latrocinatus est.Genesis.xlix. Gad accinctus latrocinabit eũ. Idem quod גָּדוּד de quo supra tractauimus.

גְּוִית Cadauer. corpus.ut Iudicum.xiiij.Nec tamẽ uoluit indicare quod mel de corpore leonis assumpserat. forte a גָּוָה tractũ quod assumpta he aspiratione a uocabulo גֵּו deducitur.similiter Danielis x.Et corpus eius quasi chrysolithus.dictum quasi גֹּפַת

גּוּז Volauit.Numeri.xi.pro eo quod nostra trãslatio habet. vẽtus aũt egrediẽs a dño arreptas trãs mare coturnices dedit. hebrei legũt. Et spũs ꝑfectus est a dño,et fecit uolare coturnices de mari. Et quãꝗ sine vau in eo loco scribat,tamen in supplementũ eius ponit camez.

גּוּז Educator. qui educit aliquid de potentia ad actum. Item protector.psalmo.lxxi. Tu es protector meus.

גזח Truſit.eduxit.extraxit.p̃s.xxij.quoniã tu es qui extraxiſti me de uentre.et uerbũ tranſitiuũ ſecũdũ.ut Iob.xl.quod influat Iordanis in os eius.ideſt q̃d faciat extrahi iordanẽ in os eius. ubi ponit גיחון quidã dicunt inde nomẽ accepiſſe fluuiũ paradiſi gehon,quod ducit ad irrigandũ hortũ.quo nomĩe lacus etiã hieroſolymitanus uocabat, qui Siloah dicit.Significat etiam gemere et anxiari.Micheę.iiij. Dole & ſatage pro ingemiſce.ab eo fortaſſe quod etiam educit lachrymas.

גוי Gens.natio.nam utrũq; ſuper eodẽ uerbo ponit Deute.iiij. nec eſt alia natio tam grandis.Itẽ.quę enim eſt alia gens ſic inclyta. hebręi nunc uocãt eos qui nõ ſunt Iſraelitę goię.i.ethnicos et gentiles. ſecundũ quod Ioelis.i.dicit.Gens enim aſcendit ſuper terram meam. quod tamen Ionathas chaldęus traduxit populus.

גיל Exultauit.Iſaię.lxv. Et exultabo in Ieruſalẽ,et gaudebo in pplo meo.& aptius Prouer.xxiij.Exultat gaudio pater iuſti.quãuis habeat trãſlatio cõmunis.p̃s.xxij.Sperauit in dño eripiat eũ.et Hiero.confugit ad dñm.ſed rectius.Exultauit ſup̃ dñm.Inde tranſitiuũ alterum.ut Iſaię prędicto ca.Sed gaudebitis et exultabitis.inde גילה exultatio paulo poſt.Ecce ego creo Ieruſalem exultationem.& reperit per apocopen finalis aſpirationis.Oſeę.ix.Noli letari Iſrael ad exultationem ſicut populi.

גוע Conſumptus eſt.expirauit.interiit.obiit.Geñ.xlix. Et obiit appoſituſq; eſt ad populũ ſuũ. et Numeri.xvij.Ecce cõſumpti ſumus, omnes perimus.inde nomẽ גוע laborãs in extremis.ut p̃s.lxxxviij. Pauper ſum ego et in laboribus a iuuentute. Quod Hieronymus in pſalterio de hebraica ueritate tranſſert erumnoſus a iuuentute.hoc nos fatiſcens.expirans.defeſſus.dehiſcens exponere poſſumus.

גוית Corpus.cadauer.et illa perſona materialis quę ſingularẽ quẽq; hominem circumdat.Exodi.xxi.pro eo quod tranſlatio noſtra habet Cum quali ueſte intrauerit cum tali exeat.hebręi legunt. Si cum corpore ſuo intrauit,cum corpore ſuo exibit.& exponunt ſic.Si in perſona ſua & nõ cũ altera perſona intrauit. Quod Onkelus chaldęus ma

gis ſenſum quam uerbũ exprimens ſic tranſfert. Si intrauit ſolus, e tiã ſolus exeat. Nicolaus de lyra putat hoc nomen pannum ſignificare. nihil uero pro ſe allegat. Sed tranſlatio chaldaica Ionathę proprietatẽ huius uocabuli nobis certe oſtendit. pro cadauere namq; ſeu corpore גּוּפָא ponit. ut primo Regum. xxxi. Et tulerunt cadauer Saul et cadauer filiorum eius. Et hebręorum magiſtri pręſentem dictionem vſurpant comuniter ꝓ corpore in genere ſubſtantię. ut Rabi Moyſes Aegyptius in libro primo perplexorũ in capitulo. xlix. vbi docet q̃d multa uerba dicuntur de creatore, ex quibus ſi uocabula nude intelligerent̃, aliqs poſſet opinari q̃d creator eſſet גּוּת חַיִּ. i. corpus uiuũ.

גּוּר Habitauit. tanquã aduena ſeu inquilinus. p̃s. xv. Domine quis habitabit in tabernacl'o tuo. & Iſaię. xvi. habitabũt apd' te ꝓfugi mei. Significat etiã peregrinatus eſt. Geñ. xxvi. & peregrinare ĩ ea. vnde.

גֵּר Peregrinus. aduena. inquilinus. Leuitici. xvij. Et de aduenis qui peregrinantur apud uos. & pluraliter גָּרִים Iſaię. v. Aduenę comedent. inde alia deriuantur quę habitationem. conuenticulum et habitaculum ſignificant. pſalmo. lv. Quoniã nequicię in habitaculis eorũ. quod exponunt in conuenticulis eorum.

גּוּר Timuit. expauit. ueritus eſt. Iob tertio. Et quod uerebar accidit mihi. inde מָגוֹר timor ſeu pauor. ut Ieremię ſexto. Quoniam gladius inimici pauor in circuitu. ſic legunt uerſiculum hunc Deute. xxxij. Niſi iram inimicorum timerem. pro quo nos legimus. Sed propter iram inimicorum diſtuli. alij uero ab אַגּוּרָה ideſt collectione ſic legunt. Si non ira inimicorum collecta et aucta fuiſſet. diximus ſupra in aleph de hoc uocabulo.

גּוֹר Auxit. adduxit. congregauit. Habacuk primo. Traxit illud in ſagena ſua & congregauit in rete ſuum. Quicquid noſtra tranſlatio dicat uel etiam ſeptuaginta. Ita namq; Dauid Kimhi maximus apud hebręos uerborum criticus in ſuis commentariis ſuper duodecim exponit. ad hunc modum quidam intelligunt Oſeam decimo. Vaccas bethauen coluerunt habitatores Samarię. pro quo legunt timuerũt.

alij congregauerunt.alij adduxerunt.Ionathas chaldęus, aſcendere fe cerunt.ſeptuaginta morabantur.ego dicerē adduxerunt. q̄d cōuenit & hiſtorię & idiomati.

גּוּר Pullus animalis ſeu catulus.ut Geñ.xlix. Catulus leonis Iuda.

מִגּוֹרָה Horreum.et quilibet locus quo fruges reponuntur. Hie ronymus proprietatem eius uocabuli ſagacius et rationabilius inue ſtigauit.dicēs ſignificare folliculum et thecā frumenti, in cōmentariis ſuper duodecim.ubi legitur Haggei ſecundo. Nunquid iam ſemen in germine eſt.Septuaginta uero tranſtulerunt aream.

גֹּשׁ Gleba et luti portiuncula. Hieronymus traduxit ſordes.Iob vij.Induta eſt caro mea putredine et ſordibus pulueris.

גָּזַז Totondit.Geneſis.xxxi.Eo tempore ierat Laban ad tōdendas oues ſuas.& primo Regum.xxv.Audiui quod tōderent paſtores tui greges tuos.& per apocopen ultimę literę reperitur monoſyllabum. Iob primo.vbi legimus.& tonſo capite.veritas habet. & totondit ca put ſuum.Item Amos ſeptimo.Poſt tonſionem regis.

גִּזְבָּר Theſaurarius ſeu cuſtos arcę publicę.Ezre.vij.Qmnibus cu ſtodibus arcę publicę.

גֵּזָה et גַּז Vellus.pſalmo.lxxij.Deſcendit ſicut pluuia in uellus.& Iudicum ſexto.Ponam hoc uellus lanę in area.

גָּזִית Leuigatum.cęſum.raſum et politum.et dicitur de lapidibus primo Paralip.xxij.Ad cędendos lapides et poliēdos.Hiero.traduxit lapides quadros.threnorū.iij.Concluſit uias meas lapidibus quadris.

גָּזַל Rapuit.vi extorſit.prędatus eſt.ut Leuitici.vi.vel ui aliquid ex torſerit.et ſequitur.reddet omnia quę per fraudē uoluit obtinere.ubi veritas hebraica habet.reddet prędam quam prędatus eſt. aut quod per calumniam obtinuit &c̄.

גּוֹזָל Pullus.quod Hieronymus traduxit columbam Geñ.xv. Tur turem quoq; et columbam.ſed eſt etiam alterius ſpeciei.ut Deutero. xxxij.Sicut aquila prouocans ad uolandum pullos ſuos.

גָּזָם Eruca, vermis naſcens in holeribus.Ioelisprimo.Reſiduum eru

ę comedit lo cuſta.

גֵּזַע Radix.ſtirps.germen.propago.Iſaię.xi.Et egredietur uirga de radice Ieſſe.

גָּזַר Excidit.abſcidit.incidit.ordinauit.diſpoſuit.ſtatuit.Habacuk.iij Abſcindet̃ de ouili pecus.p̃s.lxxxviij.Quotidiana lectio habet. et ipſi de manu tua repulſi ſunt.ſed rectius Hiero. in pſalterio de hebraica veritate.qui de manu tua abſciſi ſunt. et.iiij.Regū.vi. Cum ueniſſent ad Iordanem ędebāt ligna.Inde nomẽ uerbale ut Geñ.xv. Et lampas ignis tranſiens inter diuiſiones illas.vocabulū iſtud aliter tranſfertur threnor.iij.Inundauerunt aquę ſuper caput meū,dixi perij. quod hebręi exponunt prędeſtinatus et ad id ordinatus ſum.Eſt enim paſſiuū in hoc loco.& eiuſdem.iiij.Diſpoſitionem ad pulchritudinem retulit trāſlator cū dixit ſapphiro pulchriores. quod rectius interpretamur. Sapphirus diſpoſitio eorum.ſic Eſter.ij.pro eo quod legimus.& quę paſſura eſſet.hebraica ueritas habet.et quid diſpoſitum ſeu ordinatū erat ſuper eam.Similiter Leuitici.xvi.trāſlator int̃pretatus eſt. Cūcq portauerit hircus om̃es iniquitates eorū in terram ſolitariam. hebręi exponunt in terram deſtinatam.ſcilicet ut fuerit a pontifice ordinatū. vel uerius in terram extra omnem hominum habitationem tanquam abſciſam et deſpectam.

מַגְזְרוֹת Cunei. daui. ſeu inſtrumenta quibus findunt̃ ligna aut aliud robur.Hieronymus traduxit cultros.ij.Re.xij.diuiſitcq cultris. quod Iudęi dicunt pugionibus ſeu cuneis ferreis.alij uocant ſerras.

גֶּחָל Carbo.pruna.Prouer.xxv.prunas enī cōgregabis ſup caput eius.gimel ſcribit̃ per ſęgol diuiſim legendo .ij.Regū.xxij. Carbones ſuccēſi ſunt ab eo.ſed cōiunctim ſcribit̃ per patha.ut eodem.carbones ignis.aſſumit quandocq in fine thau fœmininum.

גֵּחוֹן Venter.nos legimus pectus Leuitici.xi.qcquid ſuper pectus graditur.et Geneſis.iij.Super pectus tuū gradieris.ſed Onkelus chaldęus ventrem magis proprie traduxit.cui aſſentimur.

גַּיְא Vallis.ut Iſaię.xl.om̃is uallis exaltabit̃.et inuenit̃ quocq in fœmino genere Zacharię.xiiij.vallis magna ualde.p q̃ nos legimus prę

rupta grādi ualle reperīt etiā ſine aleph.ut Ioſuę.viij.Inter quā et eos uallis erat media.et habet pluralē numerꝫ more fœminino.ut Ezech. vi.mōtibus et collibus.rupibus et uallibus.et eiuſdē.xxxv. In collibus tuis et in uallibus tuis גֵּיאוֹתַיִךְ et in hoc fit ſępius uariatio ipſius iod.mō ante aleph mō poſt.ſuccedit nāqꝫ loco he aſpirationis quā uocabulū hoc ſibi qñqꝫ aſſumit de q̄ in arte grāmatica tractāt authores.

גִּיד Neruus.ut Geñ.xxxij.Quā ob cauſam nō comedunt filij Iſrael neruum qui emarcuit.etpluraliter Iob.x.& neruis compegiſti me.

גִּיד Baculus. funis. neruus. lorum. ut Iſaię quadrageſimooctauo. Neruus ferreus ceruix tua.

גִּיל Par.coetaneus.coęuus.Danielis primo. Prę cęteris aduleſcentibus coęuis ueſtris.

גִּית Clauſit. ut Neemię.vij.Cumqꝫ adhuc aſſiſterent clauſę portę ſunt et oppilatę.pro quo ueritas.claudant portas.

גִּיר Cruſta ex tunſis in puluerē lapidibus parieti pauimētoue apta. quidā uolūt ſignificare cementū ex calce quo parietes leuigant. de ijs minutulis et in puluerē redactis lapillis legit Iſaię.xxvij. & iſte oīs fructus ut auferat pctm eius.cū poſuerit oēs lapides altaris ſicut lapides cineris alliſos.ſeptuaginta ſic tranſtulerunt quando poſuerit omnes lapides ararum contritos quaſi cinerem comminutum.

גָּלַל Girauit.mouit.uoluit.rotauit.Geñ.xxix.et amoueamus lapidē de ore putei.et Geñ.xxiij.ut deuoluat in nos calumniā. et p̄s.xxxvij. reuela dño uiā tuā.ꝓ volue aut ꝓmoue ad dñm uiā tuā.et exponūt reuela uel aperi ꝓpt aliquas authoritates ubi ea ſignificatio bene q̄drat. ſed ea deriuant a גָּלָה ut infra patebit.ut p̄s.cxix.reuela oculos meos et Nu.xxij.ꝓtinus aperuit dñs oculos Balaā.tñ ocꝭ etiā pōt cōuenire ut moueāt et girēt,ꝓpt eorꝫ rotūditatē et uolubilē motū.vñ גִּלְגַּל rotę uolubiles dicunt.q̄d Hiero.a rotūditate tornatiles traduxit Can. v.manus meę tornatiles.alij dicūt rotę aureę.alio in loco interpretāt circuli Eſter.i. Qui eburneis circulis inſerti erāt.alij ſphęras trāſferūt.

& quodlibet rotundū. vnde גַּלְגַּל Sphęra. circulus. rota. quo nomine cęlum uocat. ut p̄s. lxxvij. Vox tonitrui tui in rota. unde nomen ꝓprium Galgale. Ioſue. x. & inuenit uerbū hoc quādoq; per ſimplex lut eodē. x. Io. voluite ſaxa ingētia ad os putei. et a uoluēdo מְגִלָּה

מְגִלָּה Volumen. libellus. epiſtola. ſcriptura. ſchedula. eo modo quo ſolebāt antiqui chartas uoluere nō plicare. qui mos adhuc apud orientales cernitur. Inde illud Zacharię. v. Et ecce uolumen uolans.

גֶּלֶל Palea ſiue ſtercus. ut Ezechielis. iiij. Et ſtercore quod egredit de homine operies illud. Et Sophonię primo pluraliter ſic. Et corpora eorum ſicut ſtercora.

גִּלּוּל Idolum. dictum ſic a fetore et abominatione. ut Deuteronō. xxix. Abominationes et ſordes ideſt idola. uel dicitur a marmore nitido tanq; ebore, quod eo nomine uocatur unde fabricantur idola.

גֻּלְגֹּלֶת Craniū. teſta capitis. caluaria. caput. ut Exodi. xvi. Gomor per ſingula capita. cuius locum corrupto uocabulo ꝓnunciamus golgatha. uolētes dicere craniariū ſeu caluarię locum. quod rectius legeremus golgaltha Matthęi. xxvij. Et uenerunt in locū qui dicitur golgatha. hebraice gulgoleth. ſed ſyriace gulgaltha.

גַּל Aceruus lapidum. Geñ. xxxi. Afferte lapides qui congregantes fecerunt tumulum. & plr גַּלִּים Oſeę. xij. Altaria eorū quaſi aceruí.

גַּל Vortex. ſcaturigo ſeu eruptio fontis, ꝓpter circuitū quem quaſi ebuliendo facit in girum. Canticoꝝ. iiij. Fons ſignatus. & plr גַּלּוֹת fontes uel uortices. a uertendo girando et mouendo. quę tranſferunt a Hieronymo irrigationes ſeu irrigua Ioſue. xv. et Iudicum. i. Dedit itaq; ei Caleb irriguum ſuperius et irriguum inferius. unde ſcribitur Amos. v. Et reuelabit q̄ſi aqua iudiciū. q̄d hebręi exponunt. et abibit. mouebit. deuoluet ſicut aqua. a ῥbo גָּלַל q̄d pūctus patha indicat.

גַּלִּי procellę. fluctus. et uoragines a circulis et globulis quibus ſe gi-

rant.ut lonę.iĳ.Omnes gurgites tui et fluctus tui ſuper me tranſierũt.

גַּל uel גַּלַּח Lenticula.uas rotundũ ſicut peluis. Hieronymus traduxit lampas.Zacharię.iiĳ.vna a dextris lãpadis et una a ſiniſtris.

גְּלִיל Limes.terminus.regio.finis ſeu confinium. tranſlatio noſtra habet ſimiliter et ſeptuaginta interpretati ſunt galilęa.Iſaię.ix. Via maris trans iordanem galilęę gentium.quibus etiam Matthęus euangeliſta conſentit.fortaſſe quia gręci iam tranſlationem.lxx.aſſumpſerãt. ſed hebręi et ſimul cum ĳs Symmachus traducunt terminũ ſeu confinium.& Ionethas chaldęus exponit urbes ꝓpinquas gentium.quod idem eſt ſicut confiniũ gentium.&pluraliter Ioſuę.xiĳ.Omnis uidelicet galilęa philiſtim.quod exponunt hebręi.omnes fines palęſtinorꝝ, ſeu uniuerſi limites philiſtęorum . et uenit a גְּלִילָה quod Hiero. Aquilam imitatus traduxit tumulũ harenarũ ſiue ſabuli.quaſi deriuatum eſſet a גַּל Ezechielis.xlvĳ.Aquę iſtę quę egrediunt ad tumulos ſabuli oriẽtalis.Sed mea ſentẽtia multo melius traduxit Symmachus etiam in hoc loco pro confinio.iuxta hebręorum interpretationem. quanquam alĳ dicant quod ſit nomen proprium loci.

בְּגַלַּל Gratia.contemplatione.ob.propter.Geneſis.xĳ.& uiuat anima mea ob gratiam tui.

גַּלָּב Tonſor.coriator.membranarius.Ezechielis.v.Sume tibi gladium acutum radẽtium pilos.dicunt etiam chartularĳ.librarĳ.ſcribę. & ſenatores גַּלָּבִים

גַּלֶּד Cutis.ut Iob.xvi.Saccum conſui ſuper cutem meam.

גַּלְמוּד Solitarius.orbus.derelictus.Iob.iĳ.Sit noxilla ſolitaria.

גָּלַע Confudit.miſcuit.cuius hithpael legit Prouer.xvĳ.Qui dimittit aquam caput eſt iurgiorꝝ,et antecꝫ calumniã patiat iudiciũ deſerit. pro eo quod legendũ eſſet.aperiens aquã, principiũ eſt litis. et antequam cõminiſcetur ſeu confundit lis,deſiſtit.et uide quomodo paulo

poſt idē uocabulū traducit eiuſdem.xvij. Omni tempore erit expro/
brabilis. equidem miror hanc tranſlationem, ſicut et multas alias.

גָּלַשׁ Depilauit. Canticor. iiij. pro eo quod nos legimus. quę aſcē/
derunt de mōte galaad. hebrei exponūt. capilli tui ſicut gregis capra/
que depilatę ſunt. vnde quod raſo capite ſeu caluū eſt גַּלְוַח dicit.

גַּם Etiam. quoq;. et. q;. Geñ. xxxi. Et uendidit comeditq; preciū no ו & etiā גם
ſtrum. hebraica ueritas habet. & comedit etiam precium noſtrum. &
ſępius ponit ī oratione Pharaonis, quādo poſt mortē primogenitor
dimiſit filios Iſrael. dicēs Exodi. xij. Surgite egredimini a populo meo
et uos et filij Iſrael. et infra. & oues ueſtras et armēta aſſumite ut petie
ratis, et abeuntes benedicite etiā mihi. Sed trāſlator ubiq; traduxit et.
ſignificat autem. et. quotiens a principio orationis deinceps multipli/ ו
catur. ut & pius et prudens.

גָּמָא Celeriter imbibit. uelociter ingurgitauit. Geñ. xxiiij. pauxillū
aquę mihi ad bibendum prebe. ideſt fac me ingurgitare ſeu inguttare
paululum aquę de hydria.

גֹּמֶא Scirpus. iuncus. arundo. papyrus ex qua cauant lintres lignū
leuiſſimum. Exodi ſecundo. Sumpſit fiſcellam ſcirpeam idem quod
comuni magiſtrorum ſermone dicitur גֹּמִי

גֹּמֶד Menſura palmę manus. ſeu pugnus. alij exponūt cubitū ſiue
vlnā. primū traducit Iudicū. iij. qui fecit ſibi gladiū ancipitē habentem
in medio capulū lōgitudinis palmę manus. quo nomīe pygmei dicūt
a tātilla ſtatura. Ezechiel. xxvij. ſed et pygmei q erāt in turribus tuis.

גַּמַּה Aduerſum. cōtra. quod ponit Habacuk. i. ſed noſtra trāſlatio
quā legimus eandē dictionē obmiſit dicēs. facies eorū uētus urens. cū
legi deberet. ex aduerſum faciebus eor. vnde. lxx. rectius īterpretati
ſunt. cōſumatio in īpios ueniet reſiſtētes faciebus eor ex aduerſo. &
Ionathas chaldęus tranſtulit מִקְבֵּיל ideſt נֶגֶד quod ſignificat
contra. hoc ideo cōmemini. quia ſunt aliqui putantes aſpectum uul/
tuum ſeu formam ſignificare.

גָּמַל Retribuit.perſoluit.rependit.reddidit.ut p̄s.cxvi. Cõuertere anima mea in requiem tuam quia dominus benefecit tibi.pro quo he braica ueritas habet teſte Hieronymo.quia dominus reddidit tibi.& pſalmo.cxix.Retribue ſeruo tuo.inde uicem dicunt גמול

גָּמָל Ablactauit. ut Geñ.xxi. Creuit igitur puer et ablactatus eſt. et Oſeę primo.Et ablactauit eam quę erat abſq; miſericordia.

גָּמָל Camelus. ut Deuteronomij decimoquarto. Camelũ leporẽ χοιρογυλιον chœrogylium.

גֹּמֵץ Fouea.Eccleſiaſtis decimo.Qui fodit foueam incidet in eam. Scribitur etiam per vau & dagges puncto.

גָּמַר Finiuit. defecit. conſummatus eſt.ut pſalmo.xij.Saluum me fac domine quoniam defecit ſanctus.

גַּן Hortus.ut Geñ.ij. Plantauerat autem dominus deus paradiſum voluptatis a principio.et Cantico.iiij.hortus concluſus ſoror mea.& plr̄ גַּנִּים ut eodẽ,fons hortoꝝ.inueniť etiã in fœminino genere ſin gulariter et pluraliter.ut Iſaię.i.velut hortus abſq; aqua . et paulo ſu perius.Erubeſcetis ſuper hortis quos elegeratis.& per hireck Canti corum ſexto.In hortum nucum deſcendi.vbi ponitur גִּנַּת

גָּנַן Protexit.ut Iſaię.xxxvij.Et ꝓtegam ciuitatẽ iſtã ut ſaluẽ eã.ubi loco ablatę nun lr̄ę poniť dagges.nã integꝝ legiť eiuſdẽ .xxxi. ꝓtegẽs et liberans,tranſiẽs et ſaluans.ubi etiam poniť uerbum graue et defe ctiuũ יָגֵן ſic ꝓteget dñs exercituũ Irl̄m.vnde nomen מָגֵן ꝓtectio ſcutum.pelta.clypeus.Canticoꝝ.iiij.Mille clypei pendent ex ea.decli natur tam in maſculino quam in fœminino.

מְגִנַּת Tegumentũ.alij dicũt fragmentũ ſeu detrimentũ.alij ſcutũ ſeu ꝓtectionem.threnorum.iij.Dabis eis ſcutũ cordis laborẽ tuum. Inde uerbum nominale Oſeę.xi.Protegam te Iſrael.

גָּנַב Furatus eſt.ſurripuit.Geñ.xxxi.Cur furatus es deos meos.

גָּנַז ideſt recondit.inde גִּנְזֵי Gaza.theſaurus.uel locus quo repo nitur aurum argentum ſeu ueſtes precioſę. Eſter .iij.Et decem millia talentorum appendam arcariis gazę tuę.

גָּנוֹז Cellarium. repoſitorium .i. Paralip.xxviij. Deſcriptionem porticus & templi et cellariorum.

גָּעָה Mugiuit.ut Iob.vi.aut mugiet bos cū āte p̄ſepe plenū ſteterit.

גָּעַל Abominatus eſt.reſpuit.Le.xxvi.Et abominabit uos aīa mea.

גָּעַר Inſonuit.increpauit.ut Zacharię.iij.Increpet dñs in te Satan.

גָּעַשׁ Impetum fecit.cōmouit.diſcurſauit.tremuit.ut pſalmo.xviij. Commota eſt & contremuit terra.

גַּת Arx.ala.pinnaculū.Prouer.ix.ut uocarent ad arcē et ad mœnia ciuitatis. cui additur aleph per protheſin. et dicitur אַגַּת de quo ſupra tractauimus.

גֶּפֶן Vitis.ut Geneſis.xl. Videbam coram me uitem.

גֹּפֶר Lignum ſtillans picem ſeu reſinā.uolunt quidam cedri genus eſſe.quod Onkelus chaldęus ſenſit cum expoſuit cadros. vnde quidā errantes lignum quadrū hoc eſt quadratū expoſuerunt. Geñ.vi.Fac tibi arcam de lignis quadratis.pro quo nos habemus de lignis leuiga tis.Hierony. in libro de hebraicis quęſtionibus exponit bituminatis. cōmuniter Iudęi hoc lignū nomināt abietē uel pinum. poſſent quidā opinari lignum eſſe de cuius cortice fiunt hypodemata.nam aliqui ex ponunt lignum leue,nihil uero cortice hoc leuius.

גָּפְרִית Sulphur.Geneſis.xix.Igitur dominus pluuit ſup Sodomā & Gomorram ſulphur & ignem a domino de cęlo.

גָּרַר Serrauit.inde מְגֵרָה Serra.iij.Regum.vij.pro eo quod le gimus oīa lapidibus pręcioſis qui ad normam quandā atcꝫ menſurā tam intrinſecus quam extrinſecus ſerrati erant.hebręi ſic habent.om/

nia hęc lapidibus pręciosis admodũ politoꝝ serratis serra intrinsecus & extrinsecus. vnde uersiculum hunc Prouerbiorum. xxi. Rapinę impioꝝ detrahent eos. exponũt. dęmon impiorũ dissecabit seu serrabit eos. fortasse quia attrahitur et detrahit̃ serra, ideo exponi possit distrahet. & Hieremię. xxx. procella ruens in capite impiorũ quiescet. dicunt hebręi distrahens, et Ioseph Kimhi interimens seu detruncans.

גַּרְגְּרָה Guttur. Hieronymus traduxit collum. Prouerbiorum .i. Et torques collo tuo. sed eiusdem tertio. Circũda eas gutturi tuo.

גָּרַד Scalpsit. ut Iob .ij. Qui testa saniem radebat. hebręi legunt. & tulit testam ad scalpendum se ea.

גָּרָב Scabies. ut Deuteronomij .xxviij. Scabie quoq; & prurigine ita quod curari nequeas.

גַּרְגַּר Granum uel semen arboris. Hieronymus traduxit oliuam. Isaię. xvij. Duarum uel trium oliuarum in summitate rami.

גָּרָה Incitauit. irritauit. prouocauit. Prouerbioꝝ. xv. Vir iracũdus prouocat rixas. & Deutero. ij. Videte ergo diligenter ne moueamini contra eos. i. ne irritetis eos. hęc oĩa et similia significãt mouere litem.

גָּרָה Ruminauit. ut Leui. xi. Et sus q̃ cũ ungulã diuidat nõ rumĩat.

גֵּרָה Obolus seu alia moneta modica. ut Exodi. xxx. Siclus uiginti obolos habet.

גָּרוֹן Guttur. p̃s. cxv. Non clamabunt in gutture suo.

גָּרַן Excidit. ut p̃s. xxxi. pro eo quod nos legimus. Ego autem dixi in excessu mentis meę proiectus sum a facie oculorum tuorum. hebręi legunt. excisus sum ab oculis tuis.

גַּרְזֶן Securis. a superiori uerbo excisionis sic dicta. ut Deuteronomij. xix. Et in succisione lignorum securis fugerit manu.

גּוֹרָל Sors. Numeri tricesimotertio. Singulis ut sors ceciderit ita

tribuetur hereditas.

גֶּרֶם Os ossis.Prouerbior.xvij.Spiritus tristis exiccat ossa.Inde dicitur osseus fortis et ualidus.Gen̄.xlix.Isachar asinus fortis,

גֶּרֶם Fastigium seu gradus ascensionis.varie nancp transfertur.iiij. Regū.ix.Et unusquisq; tollens pallium suum, posuerunt sub pedibus eius in similitudinem tribunalis.hebraice sic legitur. Et tulerunt unus quisq; uestimentū suū,et posuerunt subter eum ad gradū ascensionis. significat enim gradū solis in horologio.quod latine solariū dicimus. Est autem lapis in foro publico sublimatus signis horar; insculptus. de quo protenditur hasta quam gnomonem greece, stilum latine uocamus.usq; ad eam sublimitatē promouerūt Galaaditę regem suum Iehu suppositis uestibus suis quibus ascenderat usq; ad lapidē solarij. vnde Dauid Kimhi in cōmentariis suis super quatuor,exponit gradū ascensionis ad ascensionē supremam graduū illius lapidis.instar trāslatiōis chaldaicę.Ionathas enī chaldęus trāstulit עַל דַּרְגָּא שַׁעְיָא .i. ad gradum horologij seu clauum in pariete umbram linearem demonstrantem. alij aliter exponunt.vide comentarios super uersiculū hunc Canti.ij.Colūba mea in foraminibus petrę in cauerna macerię.

גָּרַם Dislocauit.cōfregit.ut Numeri.xxiiij.Ossaq; eor; cōfringent.

גֹּרֶן Horreum. sed rectius area.ij.Regum.xxiiij.Cui Dauid ait ut emam a te aream.&.i.Regum.xxij. Et diripiunt areas. In areis enim habent orientales horrea sua.quare alterum sępe accipit pro altero.

גָּרַס Obruit.confregit.fregit.contudit.vt p̄s.cxix.in gimel.Concupiuit anima mea desyderare.pro eo quod hebręi legunt.fracta est anima mea ad voluptatem.siue contrita. seu potius obruta multitudine voluptatū.verbum eius graue ponitur threnorum .iij. Confregit ad calculum dentes meos.quod non solū per samech,sed quandoq; per sin literā scriptū inuenies.vt Leuitici.ij.Et confrínges in modū farris. quod scribitur sex punctis גָּרַשׂ inde מְגֻרָשָׁה far.hoc est demolitum.tusum.et detritum quasi ador.

גָּרַע Diminuit.ut Deuteronomij.iiij.Non addetis ad uerbum.nec auferetis ex eo ideſt diminuetis.paſſiuū eius Numeri.ix. Quare fraudamur ut non ualeamus oblationem offerre.pro eo quod legendum eſt.quare minuimur ideſt deteriores ſumus.

גָּרַר Detruſit.diſtraxit.deuoluit.Iudicum .v. Torrens Ciſon traxit cadauera eorum.

אֲגַרְוֹת Pugnus.Exodi.xxi.Et percuſſerit alter proximum ſuum lapide uel pugno.per protheſin ipſius aleph literę.

מִגְרָפוֹת Stercora preſepiorum.ut Ioelis.i.Computruerunt iumenta in ſtercore eorę.tranſlatio.lxx.habet in preſepibus ſuis . quidā ex hebreis ad uaſa tranſferunt, quod mucore putreſcant . Sed Rabi Dauid Kimhi ſup.xij. dicit uocabulū hoc ſignificare atomos pulueris.

גֵּרַשׁ Abiecit. expulit. reiecit. Geñ.iiij.Ecce eiicis me hodie a facie terrę.& Ionę,ij.Et ego dixi abiectuſſum a conſpectu oculorū tuorū.

גֶּרֶשׁ Maturitas. fruticatio. propagines fructiferarum arborum. excreſcentia fructuum.ab expellendo fructus ex arboribus de menſe ad menſem.ſic Deutero,xxxiij. De pomis fructuū ſolis ac lunę.

מִגְרָשׁ Suburbiū.ut Numeri.xxxv.Et ſuburbana ſint pecoribus. ſic Ezechielis quadrageſimooctauo.

מִגְרֶשֶׁת et גֶּרֶשׁ De his uocabulis ſupra locuti ſumus in verbo גָּרַס

גָּשַׁשׁ Palpauit.attrectauit.ut Iſaię.lix.Palpauimus ſicut cęci parietem.& quaſi abſq; oculis attrectauimus.idem quod מָשַׁשׁ

גֶּשֶׁם Pluuia. imber. ut Iſaię.lv.Quomodo deſcendit imber & nix de cęlo.a quo uerbum & participium Ieremię.xiiij. Nunquid ſunt in ſculptilibus gentium qui pluant.utūtur etiam eo ipſo uocabulo Syri, ſimulq; cum illis magiſtri hebręorum pro corpore . ut Rabi Moyſes

Aegyptius libro.i.perplexorum ca.xlix.tractãs de angelis,dicit quod non sint גשמים ideſt corpora.vtũtur aũt maxime illo uocabulo in genere quantitatis continuę.vnde dicunt quod גשם est res quę habet longum latum et profundum.ut legimus in arte logica sapiẽtis phĩ Abenruſd.qui apud nos propter ignorantiam grecarum literarũ dictus est Auerrois,ob quandam characterum ny et rho similitudinẽ &intrichationem sigma cũ taf.ita enim grece scribitur αβενρους ideſt Abenruſt.q̃d maiores nostri linguarũ imperiti legerunt Auerroys. sicut in multis quoq; aliis paralogizãtur. Habeo ego eiusdem philiſo phi logicen opus proprium hebraicis literis conscriptum.

גת Mola tunsilis.torcular.Iudicum.vi.Cũq; Gedeon filius eius excuteret atq; purgaret frumẽta in torculari.Et Ioelis tertio. Venite & descendite quia plenum est torcular.&pluraliter גתות Neemiæ xiij.In diebus illis vidi in Iuda calcantes torcularia in sabbato. Alludit superscriptio psalmi octaui. Ad uictoriã super Githith. dicunt enim prestantes hebrẽorũ prẽceptores,quod eum psalmũ Dauid composuerit cum esset in torcularibus Philistẽorum. quantumuis repugnet Aben Azra.

גלה Transmigrauit.abiit.exultauit.Hiero.traduxit translatum est. primo Regum.iiij. Translata est gloria domini de Israel. transitiuum eius ponitur.i.Paralip.ix.Translatiq; sunt in Babylonem. & Isaię.v. Propterea captiuus ductus est populus meus.sic גלה peregrinauit. seu exultauit.ut Amos.v.Quia Galgala captiua ducetur.hebrẽi exponunt expellendo repelletur. Quod Hieronymus interpretatus est abstulit.Ioſuę quinto. Hodie abstuli opprobrium Aegypti a uobis. hoc est transmigrare feci. unde גלות transmigratio traducitur Abdię ultimo.Et trãsmigratio exercitus huius filiorũ Israel.i.expulsio.

גלה Aperuit.reuelauit.detexit.discooperuit.Amos.iij.Quia nõ fa

ciet dominus deus uerbum,niſi reuelauerit ſecretum ſuum ad ſeruos ſuos prophetas.& ſine he cū dagges et prima hirek. Ezechielis.xxiij. Ipſi diſcooperuerunt ignominiam eius. et iterum. Denudauit quoq; fornicationes ſuas.paſſiuum eius paulo infra inuenies. Et reuelabitur ignominia fornicationum tuarum. Inde nomen apertus. ut Ieremiæ xxxij.Librū emptionis hunc ſignatū,& librum hunc qui apertus eſt.

גִּלָּיוֹן Libellus.charta ſiue mēbrana.Iſaię octauo.Sume tibi librum grandem.

גְּלִיוֹנִים Specula.a corporis reuelatione dicta.Iſaię tertio.Et ſpecula, & ſindones. et vittas.

גָּלַח Raſit.Deuteronomij.xxi.Quę radet cęſariem, et circumcidet vngues.& Iudicum.xvi.Si raſum fuerit caput meū.& infra.vocauitq; tonſorem & raſit.

גָּלַם Glomerauit.inuoluit.compegit.ut.iiij.Regū.ij. Tulitq; Elias pallium ſuum & inuoluit illud.et percuſſit aquas.

גֶּלֶם Corpus imperfectum in quantum corpus.in quo nulla conſyderatur forma,quaſi eſſet materia formis priuata.pſalmo.cxxxix. Imperfectum meum uiderunt oculi tui. Taliter enim nominatur homo in quo nulla eſt ſapientia,ſecundum magiſtros hebręorum.

רר

m amilla.vber.Canticorum.i,quia meliora ſunt ubera tua uino.

רָאַב Anhelauit. doluit. languit. infirmatus eſt. p̃s.lxxxviij.Oculi mei languerunt pꝛę inopia.Hiero.in hebraica ueritate . oculus meus infirmatus eſt ab afflictione.cuius uerbum graue notať Leuitici.xxvi. Et cõſumat animas ueſtras.ideſt dolere et infirmare faciat animas ueſtras.ſcribiturꝙ illic kataſyncopen ipſius aleph. Inde nomen Iob.xli. Et faciem eius pꝛecepit egeſtas ideſt aſthma uel difficilis anhelitus.

רָאַג Formidauit . timuit . ſollicitus fuit.Ieremię.xlij.Et fames pro qua eſtis ſolliciti adherebit uobis.& Iſaię.lvij.,p quo ſollicita timuiſti.

רָאָה Volauit.ut Deutero.xxviij.In ſimilitudinem aquilę uolantis. pro quo hebꝛei legunt.Sicut uolabit aquila. et inuenitur per defectũ cataapocopen he finalis.pſalmo.xviij.Et ſecũdo. Regũ .xxij. Volauit ſuper pennas uentorum.

רָאָה Auis immunda.quam Hieronymus Ixon nominauit . Deuteronomij.xiiij.Ixon & uulturem ac miluum.

רְבִיעִים Fimus uel ſtercora columbarum.iiij.Regum.vi.Et quarta pars cabi ſtercorum columbarum quinꝙ argenteis.

רָגַב Denunciauit . famã concitauit . diffamauit.rumigerauit.fecit loqui.Canticorum.vij.pro eo quod traſlatio noſtra habet. Labiiſꝙ et dentibus illius ad ruminandum.hebraica ueritas ſic legit . Faciẽs loqui uetera.fortaſſis ſcriptor errauit, ruminandum ſcribens pro rumigerãdum ideſt famandũ . & capitur in partem iuſtã et iniuſtam.Nam primo uere famauit Ioſeph fratres ſuos.Geñ.xxxvij. Accuſauitꝙ fratres ſuos apud patrem crimine peſſimo.vbi hebraica ueritas ſic legit. & fecit uenire Ioſeph famã eorũ malam ad patrem ſuum.ſecundo aũt. falſe diffamabant terram Chanaan qui cum Caleb erãt. Numeri.xiij. Detraxeruntꝙ terꝛę quã aſpexerant. vbi ſcriptura hebraica legit ſic. Fecerunt exire infamiã terꝛę quã uiderant.ſic fama ſiue uera ſeu falſa, dicitur רִבָּה quod inuenio quandoꝙ.lxx.pſogon trãſtuliſſe ideſt

vituperium.p̃s.xxxi.Quoniam audiui uituperationem multorũ.Hie ronymus in pſalterio de hebraica ueritate interpretatur uituperium.

רָבָא Senecta.ſecundum tranſlationem noſtram Deutero .xxxiij. Ferrum et ęs calciamentũ tuum,ſicut dies iuuẽtutis tuę ita et ſenectus tua.hebręi ſic legunt.Et ſicut dies tui,ualiditas tua. Onkelus chaldęus ita tranſtulit.Robuſtus ſicut ferrũ et ęs . et ſicut dies iuuentutis robur tuum. quare ſic exponunt hebręi hanc benedictionẽ.Eris fortis et robuſtus in diebus ſenectę,ſicut in diebus iuuẽtę.

רִבְלָה Carica ideſt maſſa ficuum.ut Iſaię.xxxviij . Et iuſſit Iſaias ut tollerent maſſam de ficis.

רָבַק Adheſit.ut Geneſis.ij.Quamobrem relinquet homo patrem ſuũ & matrẽ ſuam,& adherebit uxori ſuę. Inuenitur etiam ultima per zere.ut.iiij.Regum.iij. Verũtamẽ in peccatis Hieroboam filij Nabat qui peccare fecit Iſrael adheſit.& uerbum tranſitiuum Ezechielis.xxix Et agglutinabo piſces fluminum tuorum ſquamis tuis,pro faciam adherere.ſignificat quãdoq; perſequi.ut Ieremię .xlij.Et fames pro qua eſtis ſollicití adherebit uobis ideſt perſequeť uel cõprehendet uos.

רָבַר Res.ut quarto Regum quinto.Et ſi rem grandem dixiſſet tibi propheta . Item ſignificat uerbum . ut Eſter.vij.nec dum uerbum de ore regis exierat.inde actiuũ q̃d ſignificat loqui.ut Amos.iij. Audite uerbũ q̃d locutus eſt dñs.Et poniť עַל רִבַּר uel עַל רִבְרַת loco ,ppter uel gratia alicuius vel ſuper aut de aliquo. ut Eccleſiaſtis.iij. Dixi in corde meo de filiis hominũ.& tranſferť ſecundũ ordinem. ut p̃s.cx.Secundũ ordinẽ Melchiſedek.et Exodi.viij.pro reſpõſione ranarũ.et circuitus uerborę dicíť inquiſitio in criminalibus.ut Deutero. xxij.Imponit ei nomen peſſimum ideſt opprobrium inquiſitionis.

רֶבֶר Peſtis.peſtilentia.uel lues.ut Exodi.v.Ne forte accidat nobis peſtis aut gladius.vnde deriuať uerbũ tranſitiuũ q̃d ſignificat interimere. ut p̃s.xviij. & ſubdís populos ſub me.quod hebręi exponunt. Et occidís ſeu interimís populos ſub me.

מִדְבָּר Deſertum.ſolitudo.vaſtitas.ut Exodi.xix.In die hac venerunt in ſolitudinem Sinai.

דֶּבֶר Inſtinctus.inclinatio.ductus.conſuetudo.mos. ut Micheæ.iij. Quaſi pecus in medio caularum.Quod.lxx.traduxerunt. quaſi gregē in medio cubili eorū.ſed hebrei exponunt. ſicut grex in ſuo ductu ſeu more.nā chaldaica trāſlatio exponit uerbū duxit p hoc uerbū דֶּבֶר Geñ.xxxi. Tulitq; omnem ſubſtantiam ſuam et greges.ubi pro hebraico וַיִּנְהַג ponit Onkelus וְדַבַּר vnde proprietatē ,ppoſiti vocabuli licebit agnoſcere.a quo precedēs deſerti atq; ſolitudinis nomen uolunt quidam ortū eſſe,quod eo pecora ducant paſcēdi cauſa.

דְּבָרוֹת Rates.ut.iij.Regum.v.Et ego componam ea in ratibus.

דְּבוֹרָה Apis.ut Iſaię.vij.Et api quę eſt in terra aſſur. &pluraliter maſculine.ut Iudicum.xiiij.Et ecce examen apum in ore leonis.

דְּבִיר Adytum . hoc eſt locus ſecretior templi unde promuntur oracula.& capitur etiam pro oraculo.ut.iij. Regū.vi. Oraculū aūt in medio domus.& paulo ſuperius .per circuitum templi & oraculi.

דְּבַשׁ Mel.ut Exodi.iij.Ad terram fluentem lacte & melle.

דַּבֶּשֶׁת Gibbus camelorū in quo tamq; in ſella ſedetur. Iſaię.xxx. Et ſuper gibbum camelorum theſauros ſuos.

דָּגָה Multiplicatum eſt.creuit.Geñ.xlviij. Et creſcant in multitudinem ſuper terram.

דָּגָה Piſcis. ut Iſaię.l. Computreſcet piſcis eorum ſine aqua.& monoſyllabum maſculini generis דָּג etiam ſignificat piſcem.ut Ionę ſecundo.Et prēparauit dominus piſcem grandem . inde piſcari et piſcator per paremptoſin iod.Ieremię.xvi.Ecce ego mittam piſcatores multos dicit dominus & piſcabuntur eos.

דֶּגֶל Signum exercitus.vexillum ſeu quodlibet inſigne.ut Numeri ſecūdo.Singuli per turmas ſigna atq; uexilla et domos cognationum ſuarum caſtrametabuntur.inde uerbum inſignire ſingulari nota tanquam uexillo.vt Canticorum.v.dilectus meus candidus et rubicundus electus ex millibus.pro quo hebraica ueritas habet, Inſignis prę decem millibus,uel ſingulariter notatus ex multis millibus . ſic p̄s,xx.

Et in nomine dei nostri magnificabimur. sic enim grẽca translatio habet. sed errauit in orthographia putãs uerbũ ipsum a gadol deriuatũ, cum sit ortum a dagal. unde Hieronymus in psalterio de hebraica veritate conatus est rectius traducere dicens. Et in nomine dei nostri ducemus choros. Quod ego magis ꝓprie dici putauerim, In nomine dei nostri insignes & notabiles siue nobiles erimus.

רָגַן Frumentum. ut. ij. Paralip, xxxij. Apothecas quoq; frumenti. vini & olei.

רָגַר Incubuit seu fouit. ut solent aues super oua residere. Ieremiæ xvij. Perdix fouit, quę non peperit.

רָדָה Perrexit. paululum & leniter mouit. item molliter incedẽdo ambulauit seu progressus est. Hieronymus traduxit uarie. Nam Isaię xxxviij. pro recogitatione ipsum accepit. Recogitabo tibi oẽs annos meos in amaritudine animę meę. ideſt secundum hebrẽos, Faciã progredi seu commouebo omnes annos meos ad amaritudinẽ. est enim transitiuum ad tertium. vnde daleth puncto dagges notatur per defectum tau. lxx. grẽce transtulerũt ut nos legimus admirabile. psalmo xlij. In locum tabernaculi admirabilis. Sed credo quod similitudo literarum res et daleth uarietatem hanc effecerit. sicut sępe alias. Nam Hieronymus in psalterio de hebraica ueritate interpretatur aliter. tacebo usq; ad domum dei. Iudęi exponunt ambulabo cum eis. uel pergere eos faciam usq; ad domum dei. & Isaię. x. Migrauit Medemna. Multam autem habet collusionem cum גָּרַר ideſt mouit. Isaię. x. & non fuit qui moueret pennam.

רָהָב Aurũ. per cognationẽ daleth cũ zain quasi זָהָב nã aurum chaldaice רַהֲבָא nominat. vide Onkelũ Geñ. ij. vbi nascit aurę, & aurę terrę illius optimũ. dicit aũt ab hoc uocabulo מַרְהֲבָה aurũ tributariũ quo recognoscimus dominiũ. secundũ translationẽ quam legimus Isaię. xiiij. quomodo cessauit exactor? quieuit tributum?

רָהַם Stupefecit. obruit curis. inde est quod reperimus apud Ieremiam. xiiij. גָּרְהָם ideſt consternatus mẽte. Hieronymus traduxit vagus. quare futurus es sicut uir uagus. hebrẽi uero exponunt attoni-

tus.ſtupidus. & quaſi ſyncopizans.

רָחַר Concuſſit. fremuit in morem equi iraſcentis.item clamauit. Nahum.iij. Vox impetus rotę,et equi frementis.

תִּרְחָר Sapinus . arbor picea . ſeu alia cedri ſpecies. Hieronymus traduxit vlmum,Iſaię.xli.Ponam in deſerto abietem vlmum & buxū ſimul.noſtri hebręi fagum exponunt.

רוֹב Vrſus.ut threnorum.iij. Vrſus inſidians factus eſt mihi.

רוֹג Piſcator.mutatione iod in vau.Ezechielis.xlvij.Et ſtabunt ſupᵉ illa piſcatores.inde רוֹגָה inſtrumentū piſcatorium quo piſces capiuntur.tranſlatio noſtra quam nos legimus, neſcio quem feruorem ſignificari eo uocabulo uoluit.Amos.iij. Et reliquias ueſtras in ollis feruentibus.Sed Aquila melius,et ad proprietatē linguę aptius interpretatus eſt,in lebetibus piſciculorꝝ. chaldaica tranſlatio piſcatoriam venationem intelligit.

רוֹד Patruus.hoc eſt patris frater.ut Leuitici.xxv. Qui uoluerit ex fratribus ſuis redimet eum aut patruus aut patruelis.

רוֹד Amatus.dilectus.ut Cantico.ij.Dilectus meus mihi et ego illi.

רוֹד Mamma. vber. ſecundum uulgatam tranſlationem Canticorum primo.Quia meliora ſunt ubera tua vino . Sed hebręi noſtri exponunt.Meliores ſunt dilectiones & amores tui quam vinum.Nos autem vbera interpretamur Canticorum ſeptimo.Ibi dabo tibi ubera mea.& Prouerbiorum ſeptimo . Veni inebriemur uberibus . Sed iſtius varietatis cauſa eſt orthografię varietas . Nam pro amicicia uel dilectione ſcribitur cum vau.ſed pro vberibus ſine vau.

רוֹד Ahenum.ſiue caldarium ſeu magna olla. ut primo Regum ſecundo.Et mittebat eam in lebetem uel in caldarium . Hieronymus & ſeptuaginta tranſtulerunt cophinum . ut pſalmo octogeſimoprimo. Manus eius in cophino ſeruierunt.rectius ab olla tranſierunt . quod Hieronymus de hebraica veritate traduxit.Manus eius a cophino receſſerunt. Varietas hęc propter ſimilitudinem accidit literarum res et daleth.vt ſępe alias.

דּוּדָאִי Violę Mandragorę.vt Canticorum.vij. Mandragorę de-
derũt odorẽ.Et Geñ.xxx.Reperit mãdragoras quas matri Lię dedit.
& poſtea.niſi etiam mandragoras filij mei tuleris.

דָּוֶה Patiens.dolens.mœrens.vt threnorę.i.Tota die mœrore cõ
fectam.maxime autẽ dicitur de patiente fluxũ.quaſi זָבָה ut Leuitici
xv.Iſta eſt lex eius qui patiť fluxum ſeminis &c̃.et quę menſtruis tem
poribus ſeparatur.et quandoqꝫ mutať he litera in iod.ut threnorũ.i.
Et cor meũ mœrẽs.inde nomẽ dolor.mœror.paſſio.anguſtia.ut Iob
vi.Nunc prę anguſtia cibi mei ſunt.aſſumit etiã quandoqꝫ in princi-
pio mem.vt מַדְוֶה ideſt infirmitas ſeu paſſio.ut Deutero.vij.aufe-
ret dominus a te omnẽ languorem et infirmitates Aegypti.Significat
etiam מַדְוֶה veſtimenta.ut.ij.Regum.x.Et pręcidit ueſtes eorũ me
dias.videbimus in dictione mad.

דָּוַח Eiecit.impulit.euertit.ſupplãtauit.detruſit.ut p̃s.xxxv. pro eo
quod legimus.& angelus dñi coartans eos. Hieronymus rectius in
pſalterio de hebraica ueritate traduxit.Et angelus domini impellat.et
p̃s.cxviij.Impulſus euerſuſſum ut caderẽ. Hieronymus ſic. Impulſus
pellebar ut caderem.& p̃s.cxl. Qui cogitauerũt ſupplantare greſſus
meos.et p̃s.cxlvij.pro eo quod legimus.diſperſiones Iſraelis congre-
gabit.Hierony. traduxit melius de hebraica ueritate. Eiectos Iſrael
congregabit.Item mutatione vau in iod דִּיחַ Lauit, ut Iſaię.iiij.Et
ſanguinem Hieruſalem lauerit de medio eius.

דּוּךְ Triuit.concuſſit ſeu quaſſauit.inde מְדוֹכָה mortarium
Numeri.xi.Frangebat mola ſiue terebat in mortario.

דּוֹם Tacuit.ſiluit.ut Leuitici decimo.Quod audiens tacuit Aaron.
inde דּוּמָה Cauerna.ſepulchrum.infernus. ut pſalmo nonogeſi-
moquarto.Paulo minus habitaſſet in inferno anima mea. fortaſſe a
fictione ſilentij.ut Virgilius in ſexto.Dij quibus imperium eſt anima
rum umbręqꝫ ſilentes.& chaos & phlegethon loca nocte ſilentia late.
Item Hieremię.xlvij.Refrigerare et ſile.

דין Certauit.diſceptauit.litigauit.iudicio cõtendit.iudicauit.ut Geñ vi.pro eo quod nos legimus.Non permanebit ſpiritus meus in homine in ęternum.hebraica ueritas habet ſecundũ Rabi Salomonẽ et lyrã nõ diſceptabit ſpiritus meus in ęternũ.quod ex chaldaica expoſitione licet intelligere.non erigetur generatio putrida contendere corã me in ęternum.Sed Rabi Iuda putat hoc ipſum uerbum a דן eſſe deriuatum hoc loco,quod ſignificat uaginã.ut.i.Paralip.xxi.Pręcepit dñs angelo et conuertit gladium ſuum in uaginam.et aphęreſi locum eſſe quaſi dicat dominus.nõ uaginabitur ſpiritus meus in homine. quem imitatur Burgenſis in additionibus.quamuis eum quidã frater audaculus non intelligens neq; hebraicũ neq; grecum, ſicut ſepe alias, ita in hac quoq; expoſitione multũ temere reprehẽdat. Sed ego non de ſententia ut theologus,ſed de uocabulis ut grãmaticus diſputo. Item contentionẽ & iudicialẽ quandam argumentationẽ ſignificant deriuata eius.ut.ij.Regũ.xix.Omniſq; populus certabat in cunctis tribubus Iſrael.ideſt quibuſdã contentioſis mediis argumentabat. quod uidet Ionathas chaldęus probare,cum exponit certabat.i.liquidabat ſeu iuſtificabat.Inde cataſyncopen דן filius Iacob et Balę ancillę. unde cognominata eſt una de.xij.tribubus.Geñ.xxx.Iudicauit mihi dominus &c.et iccirco appellauit nomẽ eius Dan.&.xlix. Dan iudicabit ppłm ſuũ.et ſecundũ quotidianam conſuetudinẽ mutatõne uau in iod דין .i.iudex.ut ps.lxvij.Patris orfanorq; et iudicis uiduarũ. a uerbo דין ideſt iudicauit.ut ps.lxxij.Iudicabit populũ tuũ in iuſticia. ſimiliter Eccleſiaſtis.vi.Et non poſſit contra fortiorẽ ſe iudicio cõtendere. inde.

מדון Contentio.lis.rixa.ut Prouerbiorq.xv. Vir iracundus ,puocat rixam.Item eiuſdem libri.xvi.Homo peruerſus ſuſcitat lites.et.xxi quam cum muliere litigioſa.Item eodem.quam cum muliere rixoſa. ideſt litium ſiue rixarum.

מדינה Prouincia.prełidatus.ut Eſter.i. Super centũ.xxvij.Prouincias.et ſic dicitur a poteſtate iudicãdi.eoq;d prełes ſit iudex iudicũ.

דין Rigor.iudiciũ.nomẽ a ſuperiori uerbo deriuatum.ut Iob.xxxv.

pro eo quod legimus.Iudicare coram illo et expecta eum. Multi hebręorum exponunt,Iudicium coram illo.uel ultio.uel rigor.& in iſto ſignificato frequens eſt eius uocabuli uſus apud magiſtros hebręorꝝ, maxime autem cabaliſticos.vnde eſt illud de angelorꝝ locis ultionum & miſericordiarũ.ut uidere licet in ſcholijs circa arborem decẽ numerationũ.ex qua illuſtris Ioannes picus Mirandulanus comes, ętate noſtra omniũ nobiliſſimus philoſophus,tranſtulit ꝓprietatẽ clementię et iudicij in ſuis concluſionibus cabaliſticis. Hiero.etiam hoc nomen traduxit cauſam ſcilicet quę agitur in iudicio.ut Iob. xxxvi. Cauſa tua quaſi impij iudicata eſt cauſam iudiciũq; recipiens.pro quo hebręi legunt.Iudicium iniqui compleuiſti &c̃.

רוּץ Lętatus eſt.ut Iob.xli.pro eo quod legimus.Et faciem eius prę cepit egeſtas.hebręi exponũt.Et coram eo letabitur mœror, uel ante ipſum gaudebit dolor.& profecto non tantũ miror tranſlationẽ quãtum cõmentatorẽ noſtrũ de lyra,qui pene ſemp tranſit perfunctorie. fortaſſe quod tantum honoris detulit ſanctis doctoribus. Sed laudo Ariſtotelis ſententiam Amicus Plato maior amica ueritas.

רוּר Durauit.habitauit.incoluit,ut p̃s.lxxxiiij.quam habitare in tabernaculis peccatorum. pro habitare enim chaldaica expoſitio hoc vocabulum traducit.

רוּר Strues.Ezechielis.xxiij.Compone quoq; ſtruem oſſiũ ſub ea. Inde מְדוּרָה ideſt pyra rogus.ut eodem. Vę ciuitati ſanguinum cuius ego grandem faciam pyram.

רוֹר Aetas.duratio:generatio.ut Eccleſiaſtis.i. Generatio pręterit, & generatio aduenit.&pluraliter declinatur tam in maſculino quam fœminino genere.deriuatũ fortaſſe a priori uerbo quaſi quanto tempore homo in hoc ſęculo hĩtat uel durat,ip̃a ſit generatio uel ętas ſua.

רוּשׁ Triturauit.Micheę.iiij.Surge et tritura filia Sion.et Iſaię.xxv. Et triturabitur Moab ſub eo ſicut teruntur paleę in plauſtro.Inde.

רִישׁ Tritura,Leuitici.xxvi.Apprehẽdet meſſiũ tritura vindemiã.

רִישׁוֹן Pygargus. animal. Deutero.xiiij.Pygargum. orygem.alij nominãt vnicornem,eoquod Onkelus chaldęus trãſtulerit רִימָא

רָחָה Pepulit.euertit.ꝑuertit.errare uel labi fecit. ad mala induxit. decepit.ſupplantauit.et eſt idem cū ſuperiori uerbo רוּחַ ut pſalmo xxxvi.Expulſi ſunt nec potuerūt ſtare.et ꝑs.cxl.Qui cogitauerūt ſupplãtare greſſus meos.ide nomẽ ẏbale.ꝑs.lvi.et pedes meos de lapſu.

רִחַן Milium.ut Ezechielis.iiij.Et tu ſume tibi frumẽtum et hordeū & fabam.& lentem.& milium.& uiciam.

רָחַת Impetu feſtinauit.impulit.Eſter.iij.Feſtinabant curſores qui miſſi erant.& eiuſdem.vi.Et Aman feſtinauit.

רָחַק Oppreſſit.coartauit.coegit ui.ut Ioelis.ij. Vnuſquiſq; fratrẽ ſuum non coartabit.

רִי Sufficientia.abundantia.Malachię.iij.Et effudero uobis benedictionem uſq; ad abundantiã.& Exodi.xxxvi.Eoꝙd oblata ſufficerent & abundarẽt.& Leuitici.v.Sin aũt nõ potuerit offerre pecus .i. non ſit ſufficientia pecudis.Significat etiã ſatis.ut Iſaię.xl.Et libanus nõ ſufficiet ad ſuccendendū,et animalia eius non ſufficient ad holocauſtum ideſt non erunt ſatis.

מִדֵּי Tranſmigratio temporis.& comuniter ſic reperit cū mem ideſt de tempore in tempus.ut Iſaię ultimo.Et erit menſis ex menſe.et ſabbatum ex ſabbato.

דֵּי Syllabica quędam adiectio eſt.et pręſertim cum iungitur beth litere uel caph.ut Ieremię.li.& labores populoꝝ ad nihilum & gentiū in ignem erunt.quaſi diceret in דֵּי nihilum.& in דֵּי ignem.

דַּיָּה Miluus.ut Deutero.xiiij. Vulturem ac miluū iuxta genus ſuū. & plr etiã fœmĩne.ut Iſaię.xxxiiij.Illic cõgregati ſũt milui alt ad alteꝝ.

דִּיוֹ Atramentū.ut Iere.xxxvi.& ego ſcribebã in uolumĩe atramẽto.

דַּיֵּק Antemurale. propugnaculum. munitio. ut Ezechielis.iiij.Et ędificabis munitionem.

דִּכָּא Contriuit.cõfregit.contudit. ſuppreſſit.humiliauit.ꝑs. cxliij. Humiliauit in terra uitã meam.pro quo Hiero. in hebraica ueritate.

Confregit in terra uitam meã. ideſt cõtriuit. & p̃s.xxxiiij. Et humiles ſpiritu ſaluabis. rectius Hieronymus. Et confractos ſpiritu ſaluabit. & quandoq; inuenitur poſitum vau pro aleph.

דַּכָּה Contriuit. quaſſauit. humiliauit. ut p̃s.li. Cor contritũ et humiliatũ deus nõ deſpicies. & in eodẽ. Et exultabũt oſſa humiliata. & ſignificat idem cum uerbo ſuperiore.

דָּל Egenus. inops. pauper. p̃s.ix. Et factus eſt dñs refugiũ pauperi. Cuius ſynonyma ſunt עָנִי אֶבְיוֹן דַּל מִסְכֵּן et רָשׁ

רוֹבִיפַת Gallus ſylueſtris. uel ſecundum noſtram tranſlationem vpupa. ut Leuitici. xi. Vpupam quoq; et ueſpertilionem.

דָּלַל Exhauſit. attenuauit. exiccauit. Iſaię. xix. Attenuabuntur & ſiccabuntur riui fluminum.

דַּל Miſer. pauper. inops. ut ſupra. & Leuitici. xiiij. Quod ſi paup eſt & nõ poteſt manus eius inuenire quę dicta ſunt. declinat̃ maſculine et fœminine additis terminationibus. inde דַּלֻת nomẽ collectiuũ paupertas, ſicut iuuentus apud latinos. ut. iiij. Regũ ultimo. Et de pauperibus terrę reliquit uinitores et agricolas. vbi hebraice collectiue ponitur. & de paupertate terrę, ideſt de congregatione pauperum.

דַּלַת Cęſaries. coma. ut Canticorum. vij. Et comę capitis tui ſicut purpura regis.

דָּלַג Tranſiliuit. ſaltauit. Canti. ij. Ecce iſte uenit ſaliens in mõtibus, tranſiliens colles. & Iſaię. xxxv. Tunc ſaliet ſicut ceruus claudus.

דָּלָה Hauſit aquam. Exodi. ij. Inſuper et hauſit aquam nobiſcum. & paulo ante. Quę uenerant ad hauriendam aquam.

דְּלִי Situla. ut Iſaię. xl. Ecce gentes quaſi ſtilla ſitulę.

דָּלַח Eleuauit. ſuſtulit. Iſaię. xxxvij. Attenuati ſunt oculi mei. pro q̃ hebręi exponũt. Eleuati ſunt oculi mei. ſecundũ Dauid Kimhi in com

mentariis ſuper Iſaiam. Ionathas chaldęus interpretatur erectionem.

דַּלָּה Faſtigiũ. culmẽ. ſecundũ aliquos Iſaię. xxxviij. Dũ adhuc ordi rer ſuccidit me. pro a ſummitate. alij a languore et miſeria.

דִּלָּה Erexit. eleuauit. ut p̃s. xxx. Exaltabo te dñe quoniã ſuſcepiſti me. pro quo hebręi exponũt. quoniã eleuaſti me. q̊d putarẽt aliqui cõ cordare dicendo ſuſcipere eſt ſurſum capere, hoc eſt eleuare. niſi. lxx. traduxiſſent elabes ſimplicit̃. i. cępiſti. Hiero. traduxit, quoniã ſaluaſti me. Rabi Iacob filius Eleazari ſcribit ꝑ patha ſub daleth. Prouer. xxvi vbi nos habemus. quomõ pulchras fruſtra habet claudus tibias, ſic in decẽs eſt in ore ſtultorꝝ parabola, hebręi legũt. erigite crura a claudo & parabola in ore ſtultorum.

דָּלִיּוֹת Rami. palmites. frondes. Ezechielis. xvij. Reſpicientibus ra mis eius ad eam. & infra. palmites ſuos extendit ad illam.

דָּלַח Turbauit. Ezechiel̃. xxxij. & nõ conturbabit eas pes hominis vltra, neqꝫ ungula iumentorum turbabit eas.

דָּלַף Stillauit. ut Iob. xvi. Ad deũ ſtillat oculus meus. & p̃s. cxix. pro eo q̊d trãſlatio. lxx. habet. Dormitauit aĩa mea prę tedio. Hiero. de he braica ueritate rectius traduxit ſic. deſtillauit anima mea prę ſtulticia.

דָּלַק Perſecutus eſt. ſuccẽdit. Abdias. & erit domus Iacob ignis, & domus Ioſeph flamma, & domus Eſau ſtipula, & ſuccendent in eis. & Prouer. xxvi. pro eo q̊d habemus ſic. labia tumẽtia cũ peſſimo corde ſociata. hebręi legũt. labia ardẽtia uel ꝑſequentia. inde nomẽ uerbale ardor. Deu. xxviij. Percutiet te dñs egeſtate. febre. frigore. et ardore. ſignificat etiã ꝑſequi. ut Geñ. xxxi. et ob q̊d pctm̃ meũ ſic exarſiſti poſt me. ꝓ q̊ hebręi legũt. q̊d pctm̃ meũ q̊d inſequutus es poſt me. & hęc ęquocatio diuerſitatẽ facit in trãſlationibus. p̃s. x. Dũ ſuperbit impius incendit̃ pauper. vel ſecundũ Hiero. de hebraica veritate, In ſuperbia impij ardet pauper. q̊d hebręi ſic legũt. In ſuperbia nocentiũ perſecu tionem patitur pauper ſeu fugatur.

דֶּלֶת Oſtiũ. ianua. ut Exodi. xxi. & applicabit̃ ad oſtiũ et poſtes. &

Geñ.xix.Egreſſus ad eos Lot ac poſt tergū claudens oſtiū. &pluraliť declinať cū maſculina et fœminina terminatōne.et inueniť per apoco pen דַּל ꝑs.cxli.Et oſtium circumſtantię labiis meis. quod Hieronymus traduxit.Serua paupertatem labiorum meorum.

דָּם Sanguis.ut Geñ.ix.Quicumq; effuderit humanum ſanguinem fundetur ſanguis illius.&pluraliter ſecundū hebręos Geñ.iiij.pro eo quod habemus.vox ſanguinis fratris tui clamat ad me.illi legunt.vox ſanguinum fratris tui clamāt ad me.in plurali numero.quāuis Onkelus chaldęus etiā nobiſcū ſingulariter traduxerit. ſic comuniter apud nos in ſingulari tranſfertur, vbi apud hebręos in plurali ponitur.ut Zacharię.ix.Et auferam ſanguinem eius de ore eius.niſi quando crimen capitale et pœnam ultimi ſupplicij ſignificat. ut ꝑs.li. Libera me de ſanguinibus.ideſt a pœna ſanguinis.et etiā ſingulariter.quod Hieronymus noxā interpretatus eſt.Numeri.xxxv. Abſq; noxa erit qui eum occiderit.ſic et pluraliter.Deutero.xix.Ne ſis ſanguinis reus. q̄d de uerbo ad uerbū hebraice legiť.eritq; ſuper te ſanguines.i.ultimum ſupplicium ſeu pœna ſanguinis.ſignificat etiam דָּם vinum rubeum. ut Deuteronomij.xxxij.Et ſanguinem vuę biberent meraciſſimum.

דָּמַם Quieuit.ſiluit.expectauit.threnorū.iij.Bonum eſt preſtolari cum ſilentio ſalutare domini.& ꝑs.cvij.Et ſtatuit ꝓcellā eius in aurā. quod Hiero.traduxit.Statuet turbinem in tranquillitatem.ideſt ſilentium uel quietem.ſic Ioſuę.x. pro eo quod nos habemus. Sol contra Gabaon ne mouearis.hebręi legunt.Sol contra Gabaon quieſce uel ſile uel expecta.tunc ſequiť.& ſtetit .i. quieuit.Inde id q̄d in ꝑs. lxij. legimus. Nonne deo ſubiecta erit anima mea.Hieronymus de hebraica ueritate tranſtulit.Attamen ad deum ſilētium anima mea.et infra. Verumtamen deo ſubiecta eſto anima mea. verius multo Hieronymus. Verumtamen deo tace anima mea.

דָּמָה Aſſimilauit.ſimilis factus eſt.ut ꝑs.cxliij.homo uanitati ſimilis factus eſt.&Ezechielis.xxxi. Cui ſimilis factus es in magnitudine tua. Inde דְּמוּת ſimilitudo.Geñ .i.Faciamus hominem ad imagi-

nem nostram secundum similitudinem nostram. cuius proprietatem Moyses ęgyptius libro perplexorum primo explicauit. Significat etiã excidit. proiecit. diruit. vastauit. compescuit. consumpsit. finiuit. Oseæ x. Transire fecit Samaria regem suũ. vbi translatio. lxx. melius, scilicet. Proiecit Samaria regem suum. et eiusdem .xi. vbi nos legimus. Sicut mane transiit pertransit rex. lxx. habent. Mane ,iectus est rex. Quod varie quidem in multis locis transferunt multi. ut Oseę. iiij. Nocte tacere feci matrem tuam. pro quo. lxx. Nocti assimilaui matrem tuam. hebręi exponunt. Compescui congregationem tuam. sic Sophonię. i. Conticuit omnis populus Canaan. Septuaginta. Assimilatus est omis populus Canaan. hebręi exponunt. Excisus. perditus. et deuastatus est. ut dicit Dauid kimhi in cõmentariis super duodecim. Solent itaq; promiscue interpretari tam a superiori isto quam ab illo uerbo deriuata. ut Isaię. vi. Vę mihi quia tacui. secundum hebręos. Fœdatus & deuastatus sum. Aliter significat etiam expectare uel sustinere aut suscipere. ut p̃s. xlviij. Suscepimus deus misericordiam tuam. Significat etiam cogitare. ut p̃s. l. Existimasti inique quod ero tui similis. & Hieronymus sic. Existimasti me futurum similem tui.

דְּמִיּוֹן Similitudo. ut p̃s. xvij. pro eo quod nos legimus. Susceperũt me sicut leo paratus ad prędam. hebraica ueritas habet teste Hieronymo. Similitudo eius quasi leonis desyderantis prędam.

דֶּמֶן Sterquilinium. ut Ieremię. viij. In sterquilinium super faciem terrę erunt.

דָּמַע Plorauit. lachrymatus est. ut Ieremię. xiij. Plorãs plorabit & deducet oculus meus lachrymã. vbi et uerbũ et deriuatũ inde nomen inuenies. significat etiã liquorẽ. Exodi. xxij. pro eo q̃d nos habemus. Decimas et primitias tuas nõ tardabis offerre. exponũt hebręi. plenitudinẽ tuã scilicet frugũ. et liquorẽ tuũ scilicet uini uel olei ne differas.

דַּמֶּשֶׂק Damascus. Amos. iij. In plaga lectuli et in damasci grabato. vbi plures hebręorũ magistri uolũt daleth abundare quasi syllabicã adiectionẽ, ut alias sępe inueniẽ quod supra docuimus. vt sit sensus super cruribus seu sustentaculo grabati. & Geneseos. xv. Et filius procuratoris domus meę iste damascus Eliezer.

דָּנַג Cera.ut Micheę primo.Sicut cera a facie ignis.

דָּעַר Contriuit.extinxit.conſumpſit.Prouerbiorꝝ.xx.Qui maledicit patri ſuo et matri extinguetur lumẽ eius in mediis tenebris. & Iſaię xliij.Contriti ſunt.quaſi linum extincti ſunt. et pro eo quod habetur pſalmo.cxviij.Circumdederunt me ſicut apes. exarſerunt ſicut ignis in ſpinis.quodꝙ Hieronymus traduxit. Extincti ſunt quaſi ignis ſpinarum.hebręi legunt.conſumpti ſunt et diſſipati.

דָּפִי Opprobrium.vitium.calumnia.ſcãdalum. ut p̃s.l.Et aduerſus filium matris tuę ponebas ſcandalum. Hiero. traduxit opprobrium.

דָּפַק Pulſauit.Canticorum.v.Vox dilecti mei pulſantis.& Geneſis xxxiij.Quas ſi plus in ambulando fecero laborare moriẽtur uno die. verius ſic.Et pulſatę uno die morientur.

דָּקַק Attenuauit.ſubtiliauit.cominuit.contriuit.ut Exodi.xxxij.Cõbuſſit et cõtriuit.& Iſaię.xxix.Et erit ſicut puluis tenuis.& p̃s.xviij.Vt lutum platearum delebo eos.Hiero.proiiciã eos.hebręi attenuabo uł conterã eos.aliqui hebręorum errore ſimilitudinis vau et res dicunt euacuabo eos.

דַּק Tenuem habens pellem ſuper pupilla oculi.quod Hieronymus lippus tranſtulit.Leuitici.xxi.Si gibbus ſi lippus.

דָּק Pellis.membrana.cutis.tela aranearum.Hieronymus traduxit nihili. Iſaię.xl.qui extẽdit uelut nihili cęlos. Lyra exponit telã. hebręi cortinam.ſeu pelles.

דַּק Exiguus.tenuis. puluis.propter ſubtiliationem. ut Iſaię.xl.Ecce inſulę quaſi puluis exiguus.

דֵּק Tormentum bellicum.quod bombardam uocant, eoquod cõterat et comminuat muros.quod Hieronymus munitionem tranſtulit.Ezechielis.xxvi.Et circumdabit te munitionibus.

דָּקַר Perfodit. tranſfixit. confixit.Zacharię.xij.& aſpicient ad me quem confixerunt. et Numeri.xxv.Et perfodit ambos ſimul uirum ſcilicet & mulierem.

דַּר Lapis prędioſus.ut Eſter primo.Super pauimentum ſmaragdi-

no & pario ſtratum lapide. & dicunt eum lucere ſicut meridiem. unde nomen accepit. Nam דָּרוֹם ſignificat meridiem.

דְּרוֹר Libertas. remiſſio. Leuitici. xxv. Et uocabis remiſſionẽ cunctis habitatoribus terrę tuę. Inde quod eſt liberum uocatur דְּרוֹר vt Exodi. xxx. Sume tibi aromata prima myrrhę electę, ideſt eius quæ libere fluit atq; ſua ſponte, non demum inciſo cortice. Inde quędã auis dicta eſt דְּרוֹר quam quidam irundinem uocant. quia apud homines etiam in domibus libere nidificat abſq; ullo timore. ſicut Burgeñ. in additione pſalmi. lxxxiiij. ſentit. tranſlatio. lxx. interpretatur trygona ideſt turturem. ſed Hieronymus auem, genus pro ſpecie.

דְּרָאוֹן Opprobrium. Danielis. xij. Alij in ignominiam et oppro-brĩu ſemper. q̃d orthographia decepti tranſtulerunt. vt uideãt ſemp.

דַּרְבָּן Stimulus. primo Regum. xij. Vſq; ad ſtimulum corrigendũ.

דָּרָג Gradus ſuper muros ſeu in turribus, ut ſupra diximus in uerbo גָּרַם Inde Hieronymus maceriã traduxit. Canticor. ij. In cauernis macerię. & Ezechielis triceſimooctauo tranſtulit ſepes. Et cadent ſepes et omnis murus. Sed poſtea in commentariis ſe corrigens, exponit munitiones. quod rectius idiomati conſonat. & Lyra dicit fortalicia. quæ Ionethas chaldęus appellauit magdalaia. Sunt autem ſecundum Rabi Salomonem petræ erectæ & impendentes quaſi caſuræ videantur. Onkelus chaldęus nominat gradus dragin Exodi vigeſimo. Non aſcendes per gradus.

דַּרְדַּר Sentis. ſpina. carduus. Geneſis. iij. Spinas et tribulos germinabit tibi.

דָּרַךְ Inceſſit. iuit. calcauit. ambulauit. Deute. i. et ipſi dabo terrã quã calcauit. et Nũeri. xxiiij. Orieť ſtella ex Iacob. q̃d hebręi legũt. Inceſſit ſtella de Iacob. ſed Onke. exponit chaldaice. q̃d eleuabiť rex de domo Iacob. Itẽ ſignificat direxit. hoc eſt recte fecit incedere. ut p̃s. xxv. Di-

riget manſuetos in iudicio.& in eodem.dirige me in ueritate tua.

דֶּרֶךְ Via.ut Numeri.xxi.Via regia gradiemur.& p̃s.i. Via peccatorū peribit.et Ezechielis.xix.Vnūquemq; iuxta uias ſuas iudicabo. Inde uerbum Abacuk.iij. Viam feciſti equis tuis in mari.

מִדְרָךְ Veſtigium. ut Deutero.ij. Quantum poteſt unius pedis calcare ueſtigium.

דָּרַךְ Traxit. tetendit. ut threnorū.ij. Tetendit arcum ſuum quaſi inimicus.& p̃s.lxiiij.Intenderunt arcum rem amaram. Hieronymus, Tetenderunt ſagittas.

דַּרְכְּמֹן Drachma uel ſolidus.ut Eſrę.ij.Auri ſolidos quadraginta millia & mille.

דָּרוֹם Meridies.ut Deuteronomij.xxxiij. Mare & meridiem poſſidebit.et idem eſt quod נֶגֶב uel תֵּימָן

דָּרַשׁ Quęſiuit.ut Leuitici.x.Cū quęreret Moyſes,exuſtū reperit.

דָּשָׁא Pullulauit.germinauit.herbam fecit.Ioelis.ij.Quia germina uerūt ſpecioſa deſerti.Inde דֶּשֶׁא herba tenera et recens orta.Geñ primo.Germinet terra herbam uirentem.ea enim herba quando tractu temporis conſolidata fuerit dicitur עֵשֶׂב

דָּשַׁן Pingueſcebat ſeu pinguefactus eſt.ut Deutero.xxxi.Cumq; comederint et ſaturati craſſiq; fuerint.inde pinguedo per ſex puncta. pſalmo.lxiij.Sicut adipe et pinguedine.

דֶּשֶׁן Cinis. ut Leuitici primo.In loco in quo cineres effundi ſolēt. hebraice.In locum cineris.vnde uerſum hunc pſalmi.xx. Et holocauſtum tuum pingue fiat.exponunt hebręi quidā. & holocauſtum tuū incineretur ſemper.

דָּת Lex.conſtitutio ſeu ius.Eſter.i.Scientiū leges ac iura maiorum.

חח

h dolentis interiectio, cui ſępe additur in principio aleph.
a vt Ioelis primo. Aa diei. Et Ieremię primo. Aa domine neſcio loqui.

הא Ecce. ut Geneſis quadrageſimoſeptimo. pro eo quod legimus. Accipite ſemina & ſerite agros. hebraica ueritas ſic habet. Ecce uobis ſemen, ſerite terram.

הבל Vacauit. euanuit uel vanus factus eſt. Inde vanitas uel uacuū. quæ dictiones ambæ in una ſententia inueniuntur. Ieremiæ ſecundo. Et ambulauerunt poſt uanitatem, & vani facti ſunt. Sic Eccleſiaſtis primo capitulo. Vanitas vanitatum & omnia vanitas. ideſt adnihilatio quædam.

הבן Alij Elephantem. alij pauonem. alij arborem uocant hebenum. & ideo uarie tranſferunt locum hunc Ezechielis viceſimoſeptimo. Dentes eburneos & hebeninos comutauerunt in precio tuo. Septuaginta. Dentes elephantinos & ijs qui introducebantur redde bas merces tuas. Hieronymus in commentariis exponit. Dentes eburneos eloquentiæ candorem pollicentes, verumtamen hebenini ſunt ideſt nigri coloris.

הבר Aſtrologus. Quod Hieronymus iuxta Symmachum & Theodotionē Augurem interpretatur. alij aruſpicem. Iſaię quadrageſimoſeptimo. Saluent te augures cęli qui contemplantur ſydera. Rectius ſeptuaginta ſic traduxerunt. Saluam te faciant aſtrologi cęli.

הבחב Oblatio. donum. munus. Oſeę octauo. Hoſtias offerent. quod ſeptuaginta ſic. Simulant hoſtias. & ſecundum Dauid Kimhi in comentariis ſuper duodecim putatur ortum eſſe uocabulum a יהב ideſt obtulit. adduxit. attulit. per geminationem ſic dictum.

הגה Diſſertauit. meditatus eſt. diſputauit. ratiocinatus eſt. locutus eſt. ſonos ſeu uerba compoſuit. ut pſalmo ſeptuageſimoſeptimo. Et meditabor in omnibus operibus tuis. & pſalmo. cxv. Et non clama

bunt in gutture ſuo. quod non eſt recte tranſlatum de ſeptuagin/ta qui grẽce traduxerũt φωνισουσιν phoniſuſin debebat igitur iuxta proprietatem grẽcitatis dicere,non vociferabunt vel loquentur, vel modulabũtur.ſed Hieronymus de hebraica ueritate cõmodius inter/pretatur.Nõ ſonabunt in gutture ſuo.nos exponere poſſumus. non diſſertabunt.vnde logicã.rhetoricam.et poeticã.hebrẽi ſub uno artis vocabulo cõprehendentes הגיון nominant quaſi ut Cicero ait in topicis rationem diſſerendi. ſeu etiã modulos ſiue ſonos effingendi. quod Hiero.meditationẽ traduxit.p̃s.xix.Et meditatio cordis mei in cõſpectu tuo ſemper.Iſaiẽ.lix.Locuti ſumus de corde uerba mẽdacij. Et in eodem ca.Quaſi columbẽ meditãtes gememus. nam columbarũ et turturum uox dicitur gemitus.Inuenitur etiam geminato gimel p̃s. xxxix.In meditatione mea exardeſcet ignis.

הגה Abſtulit.amouit.ut Iſaiẽ.xxvij.pro eo quod nos legimus. me ditatus eſt in ſpiritu ſuo duro per diem ẽſtus.docti hebrẽorũ magiſtri legunt abſtulit ſcilicet fructus in uento ſuo duro per dies orientales. vnde eſt illud Prouerbiorum. xxv. Aufer rubiginem de argento.& aufer impietatem de uultu regis.

הגן Directum.paratum.ſecundum Rabi Ionam.ut Ezechielis.xlij. pro eo quod nos legimus. Quẽ uia erat ante ueſtibulum ſeperatum per uiam orientalem ingredientibus.magiſtri hebrẽorum ſic legunt. Oſtium in capite uiẽ,eregione antemuralis recta.hoc eſt directe uer/ſus pomerium ſiue peribolum uia ſubſolana ingredientibus. Noſter Lyra cum multis aliis interpretibus hoc loco proprietatem uocabuli non accurate aſpexit.exponit enim clauſuram organizationis putans hic הגיגה idem eſſe quod נגינה inſtrumentum muſicum. quod ipſe appellat organum in titulo pſalmi quarti. Ad uictoriam in organis pſalmus Dauid.Et utitur longa perifraſi ad unius tantum uo cabuli errorem colorandum.quanquam et Hieronymus quoq; illud capitulum ſe neſcire fatetur,propter interpretationum obſcuritatem. allegans illud Socratis.Hoc ſcio quod neſcio.

חֵד Sonitus ſeu ſtrepitus.et uerius reſonantia ſiue echo. vnde illud Ezechielis.vij. Prope eſt dies occiſionis et nõ glorię montium. quod Symmachus traduxit.Prope eſt dies feſtinatõnis et nõ recraſtinatio/nis.et.lxx.ſic.appropinquauit dies nõ cũ perturbatione neq; cum do/loribus. Theodotion autem.Prope eſt dies famis non glorię montiũ. Sed huius idiomatis periti ſic interpretantur.prope eſt dies clamoris. eiulatus.ſeu luctus.et nõ echo uel ſonitus montiũ. talis enim fictus & non uerus eſt hominũ ſonus,qui inter altiſſimos montes uocẽ noſtrã imitari conatur.vnde הֵידֵד ideſt clamor ſeu ſtrepitus.quod Hiero celeuma tranſtulit.Ieremię.xxv.Celeuma quaſi calcantiũ concinetur. ita enim uulgo dicitur,quamuis apud grecos mediante s regulariter celeuſma ſcribẽdum ſit.Eſt aũt celeuſma clamor nautarũ et mutua co/hortatio.ut apud Martialẽ.Lẽtos tĩgitis ad celeuſma remos. traduxit etiam Hieronymus alias idem uocabulũ pro uoce calcantium. ut Iſaię xvi. Vox calcantium irruit.vocem calcantium abſtuli.

חָדַח Poſuit.extendit.porrexit.miſit.ut Iſaię.xi.Et in cauernam re/guli qui ablactatus fuerit manum ſuam mittet.et inuenitur quandoq; he primę ſyllabę mutari in iod ſecundũ doctrinã Rabi Iudę qui expo/nit dictam ſententiam ſic.Et in cauernam reguli ablactatus mittendo mittet, aut ponens ponet.ſicut threnorum.iij. Et poſuerunt lapidem ſuper me.de hoc infra dicemus in litera iod.

חָדַר Conculcauit.cõtriuit.ut Iob.xl.Et cõtere impios in loco ſuo.

חָדֹם Scabellum.Iſaię.lxvi. Terra autem ſcabellum pedum meorũ. & p̃s.cx.Donec ponam inimicos tuos ſcabellum pedum tuorum.

חָדַס Myrtus. ut Nehemię .viij.Frondes myrti et ramos palmarũ. & Iſaię.lv.pro vrtica creſcet myrtus.

חָדַף Pulſauit.,ppulit ſeu impulit.Numeri .xxxv . Si per odiũ quis hominẽ impulerit.& alibi Hieronymus deleuit interpretatus eſt,ma/gis ſenſum de ſenſu,quam uerbum e uerbo.Deuteronomij.vi. Vt de leret omnes inimicos tuos coram te.

חָדַר Decorauit. glorificauit. honorauit. Leuitici .xix. Et honora

perſonam ſenis.& Danielis.v.Deum qui habet flatum tuum in manu ſua non glorificaſti.Inde nomen הָדָר ideſt magnificentia. gloria. decor.ſiue honor.ut p̃s.cxlv.Magnificentiam glorię ſanctitatis tuę loquent̃.quod aliquanto comodius traduxit Hieronymus. Decorem glorię magnitudinis tuę et uerba mirabilium tuorum loquar. niſi q̃d hod laudem & confeſſionem ſignificat,non magnitudinem. Item Danielis quarto.Et in gloria decoris mei.

הֲדָר Decor.et ſcribitur ſex punctis.ut Danielis.xi. Et indignus de core regio.lxx.traduxerunt lamprotis ideſt claritudo ſeu ſplẽdor. p̃s. cx.In ſplẽdoribus ſanctorum.quod Rabi Salomon gallus exponit ſic. Hoc tibi contigit in puritate claritudinis ſanctę,quę fuerat in te ab utero matris tuę.Hiero.in pſalterio hebraicę ueritatis intellexit res literã pro daleth.qua ſimilitudine abductus,interpretatus eſt. In montibus ſanctis.& aſſumit in fine he aſpirationẽ,ſiue coniunctim thau,fitq; fœminini generis.ut Prouerbiorum.xiiij.vbi tranſfertur pro dignitate. In multitudine populi dignitas regis.

הֲדוּרִים Amfractus et abrupta uiarum.& circuitus et ambages. quod Hieronymus traduxit glorioſos.Iſaię.xlv.Et glorioſos terrę humiliabo.ſed Ionethas chaldęus ſuraia.vnde illud exponunt hebręi ſic. Et abrupta uiarum ęquabo.

הַוֵי Vę.heu.Amos.v.Et in cunctis quę foris ſunt dicetur vęuę.

הוּא Hic.hoc.idem.uel ipſe.ut Geneſis.xliij.Qui furatus eſt cyphũ ipſe ſit ſeruus meus,vos autem abite.

הוֹד Laus.confeſſio.ut primo Paralip.xxix.Tua eſt domine magnificẽtia et potẽtia.et gloria atq; uictoria.& laus.& p̃s.ciij. Confeſſionẽ & decorem induiſti.omnia ab eo deriuata ſignificant virtutem et magnidecentiã et confeſſionẽ.Inde יְהוֹדָה ſcilicet a cõfeſſione laudis ac laudatione.Geñ.xlix.Iuda te laudabunt fratres tui.

הָוָה Erat.fuit.ut Eccleſiaſtis.ij.pro eo quod tranſlatio noſtra habet. Quid enim proderit homini de uniuerſo labore ſuo.hebręi legunt. Nam quid eſt homini de uniuerſo labore.Et Ezrę quinto.Templum

quod erat extructum.et eiuſdem.iiij.Nam et reges fortiſſimi fuerunt in Ieruſalem.& ſępe mutatur vau in iod et econuerſo.ut infra dicetur in הָיָה

הָוָה Corruptela.peruerſitas.quod Hieronymus deſyderiū trāſtu lit,fortaſſe putās eſſe ab אָוָה de q̄ ſuperius tractauimus.ut Micheę vij.Et magnus locutus eſt deſyderium animę ſuę.nam aliter traduxit in p̄s.xxxviij.de hebraica ueritate.Et inueſtigantes mala mihi ,loquebātur inſidias.ſed cōmodius ante eum.lxx. matęotitas ideſt uanitates interpretati ſunt.& Iſaię.xlvij.putauerunt recte dici foueam in quam quis incidit.quod eſſe poteſt deſcriptio peruerſitatis. verūtamen illic Hieronymus aliquāto melius ſic enūciauit. Irruet ſuper te calamitas. hebręi autē hoc mō.Et cadet in te ꝓuerſitas quā nō poteris expiare.

הָוֵי Vę.ut Ieremię.xxij. Vę frater et vę ſoror.non plangent eum.vę domine et uę inclyte.& inuenitur per defectum literę iod.ut ſupra. Hieronymus ſuper Iſaiam.xxix.ſcribit eam interiectionem quādoq̄ vocatiuo caſu dici.

הוֹן Copia diuitiarum.Prouer.xiij.Eſt quaſi pauper cum in multis diuitiis ſit.quod paulo inferius ſubſtantia tranſfertur.ut ſubſtantia feſtinata minuetur.ſignificat etiam ſatis uel ſufficientia. Prouerbiorum xxx.quartum q̄d nunc̄ dicit ſufficit.et ignis uero nunc̄ dicit ſufficit

הָוָה Dormitauit.quod uocabulū circumlocutus eſt Hieronymus. Iſaię.lvi. Videntes uana.dormiētes.et amātes ſomnia.Et.lxx.ſic.Somniantes.lectulum amantes.dormitantes.

הוֹי Vę.hei.uox doloris.vt Ezechielis.ij.Et ſcriptę erant in eo lamentationes & carmen & uę.

הִיא Hęc.illa.ipſa.& ſępe capitur pro participio ſeu uerbo ſubſtantiuo.ut Geñ.xij.Quare non indicaſti mihi quod uxor tua eſſet.

הָיָה Fuit.erat.Geñ.x.hic erat robuſtus corā dño.verbū ſubſtātiuū.

הָיָה Corrupit.deſtruxit.adnihilauit.et in paſſiuo euanuit. periit.fugit.Danielis ſecundo.Et ſomnus eius fugit ab eo.

אֵיךְ Quomodo.primo Paralip.xiij.Quomõ poſſum ad me introducere arcam dei.Et conuertit he in aleph.de quo uocabulo dixi ſuperius in prima litera.

אִיֵּם Perdidit.interfecit.& inuenitur per ſyncopam iod literę. Deuteronomij.vij.Et interficiet illos donec penitus deleat. ubi ultimum mem non de ſubſtantia uerbi,ſed pronomẽ relatiuũ pluralis numeri eſt.& in ſententia prędicta inuenies eius nomen uerbale.

אִיֵּם Clamauit.fremuit.cõturbauit.cõmouit. tumultuauit.rumores fecit.ĩpetuoſe rumigerauit.ut p̃s.lv.pro eo q̃d nos legimus.Contriſtatus ſum in exercitatiõe mea et cõturbatuſſum.hebraica ueritas habet. Lamentabor in ſermone meo et tumultuabor . Quod Hiero. futurũ mutans in pręteritũ traduxit ſic. Humiliatuſſum in meditatione mea et conturbatus.& Ruth.i.vbi hoc uerbũ periſraſticos circumlocutus eſt interpres dicens.Quibus urbem ingreſſis,velox apud cunctos fama percrebruit.cum ſic hebraice legatur.Et factum eſt cum uenirent in Bethlehem rumigerauit tota ciuitas ſuper eis,et dixerũt . Num hęc eſt Noami?

אִיֵּן Voluit.paratus fuit.ut Deutero.i.Cumq̃ inſtructi armis pergeretis in montẽ.pro quo hebręi legunt. Voluiſtis aſcendere montem. vel parati eratis aſcendere.

אִיֵּן Menſura liquorum.ut Exodi.xxix.Et quartam partem hin:

אֵכָל Regia.palatiũ.domus dominica.quã Gręci kyriakin, Germani kyrchen.Latini templum uocãt.iij. Regũ.vi. Et porticus erat ante templũ.et cętera illic ſimilia.addit autẽ ſępe iod poſt he per protheſin, et fit quatuor literarũ.ſed nunq̃ eſt niſi dictio diſſyllaba.declinat autẽ in plurali tã maſculine quã fœminine. Et nota dñm per Ieremiam ter hoc nomẽ ꝓtuliſſe. Ieremię.vij.Nolite cõfidere in uerbis mẽdacij dicentes . Templum domini templum domini templum domini eſt. Nihil enim ſpirituſſanctus fruſtra loquitur.

אֵכַר Obruit.ſtupefecit.adduxit in admirationẽ uel in alienationẽ mentis.attonitum fecit. Quod Hieronymus oppreſſit interpretatur. Iob.xix.Et non erubeſcitis opprimentes me.

הָלַל Laudauit.laudem dixit.ut p̃s.cxix.Septies in die laudem dixi tibi.& p̃s.cl.Om̃is ſpiritus laudet dñm.ubi ponit֒ הַלְלוּיָהּ inde allelu ia, duę ſunt dict̃ones hallelu uerbū imperatiui modi pluralis numeri. ia uero eſt unū de diuinis nominibus.et ſignificat deū ſiue dñm. Et ut recte docet beatiſſimus Dionyſius de eccleſiaſtica hierarchia ca. de ſacra vnctione.Allelu ia ſignificat laudate dñm . Conſueuerūt aūt verbū hoc et gręci et latini ſine aſpiratione tam in prīcipio quā in fine ſcribere.eoq̄d tantūmodo hebraica֒penes nos aſpirant֒ ea,quę p̄ heth ideſt daſian hoc eſt forti aſpiratione ſcribunt֒.cętera quę pſilen habēt. ideſt quę per he ſcribuntur,apud nos carent aſpiratione. vnde cū hebręi dicant halleluiah.nos ſcribimus alleluia.

הָלַל Inſaniuit.inique egit.p̃s.lxxv.Dixi iniquis nolite inique agere. quod Hiero.traduxit.Dixi inique agẽtibus.nolite inique agere. Alij exponūt.ſtolidis ſtolide agere ſiue ſtulte. iuxta paradoxū Ciceronis. Omnes ſtultos inſanire.Inde inſania et ſtulticia et error הוֹלֵלוּת vt Eccleſiaſtis.vij.Et ut cognoſcerē impietatē ſtulti,et errorē īpruden tium.& eiuſdē.x. Initiū uerborę eius ſtulticia, et nouiſſimū oris illius error peſſimus.Ex deriuatis huius et ſuperioris uerbi ꝓpter literarū vtriuſq̄ ſimilitudinē ſępe cōtingit interpretationū uarietas.ut p̃s .cij. Et qui laudabāt me aduerſum me iurabāt.Hiero.ſic. Exultātes per me iurabāt.hebręi noſtri ſic.Inſultātes mihi uel inſatuātes me,cōtra me iurabāt.Inde illud Nahū.ij.In itineribus cōturbatę ſunt quadrigę.pro q̄ lxx.interpretes traduxerūt.cōfundentur currus. pro inique agentur. ideſt ducentur currus.

הָלַל Splenduit.luxit.Iob.xxix.Quando ſplendebat lucerna eius ſuper caput meū.vbi ſolum ponitur unum l fortificatum per dagges & hirek in prima.eſt enim officium dagges ut cōpleat defectus. de quo plenius in arte grammatica.& Iſaię .xiij. Quoniam ſtellę cęli et ſplendor earum non expandent lumē ſuum.de q̄ ſuperius uide in אָהַל

הָלְאָה Trans.ultra.Amos.v.Et migrare uos faciam trans dama/

ſcum.& ab eo fit etiã uerbũ.ut ſi dicerẽ ab ultra ultrare,ſicut ab intra intrare.Micheę.iiij.ꝑ eo quod nos legimus. Et eam quę laborauerat in gentẽ robuſtam.hebraica ueritas habet,ſi latine dicere liceret.Et ul terioratã in gentem robuſtã.ꝗd.lxx.volentes exprimere traduxerũt. Et repulſam hoc eſt procul pulſam in gentem fortem. ſignificat igitur remote tam a loco quam a tempore.

חָלַל Inique egit. praue geſſit..idem cum ſuperiori uerbo חָלַל in ſecundo eius ſignificato.Iob.iiij.Et in angelis ſuis reperit prauitatẽ.

חָלַךְ Tranſiuit.iuit.ambulauit.abiit.p̃s.i.Beatus uir qui non abiit. Et p̃s.cxix.Beati immaculati in uia qui ambulant in lege domini.& p̃s lxxiij.Et lingua eorũ trãſiuit in terra.Inde nomẽ uerbale חֲלִיכוֹת Iter.ambulatio.Habacuk.iij.Ab itineribus ętternitatis eius.

חָלַם Quaſſauit. concuſſit. Hiero.interpretatur cecidit penultima producta.Iudicũ.v.Vngulę equorũ ceciderũt ideſt percuſſerũt. Sed ſecundũ magiſtros hebrǽorũ de equo qui quatit ungulam uelociter currendo dicitur חָלַם Sed cũ quatit non currendo dicit רָחַר ut ſupra in daleth.Item ſignificat peſſundare. conculcare. Iſaię.xvi. Domini gentium exciderunt pro conculcauerunt.

חוֹלֵם Percutiens ſiue percuſſor.a ſuperiori uerbo deriuatũ nomẽ vt Iſaię.xli. Percutiens malleo eũ q̃ cudebat tũc tẽporis. ab חֲלָמָה Iudicum quinto.Percuſſitq; Siſaram.

חַלְמוּת Malleus.ut uerſu ſupradicto Iudicumquinto.Et dexterã ad fabrorum malleos.

חַלּוֹם Lapis precioſus.quem nominauit tranſlatio noſtra Iaſpidẽ. Exodi.xxviij.In ſecũdo carbũculus ſapphirus et iaſpis.vbi legitur hęc dictio per ꝑtheſim iod.ſed ſcribit doctiſſimus Abraham filius Ezrę, quod hiſpanus quidam in literis excellentiſſimus dixerit hunc lapidẽ

eſſe adamãta,ſic nominatũ q̃d frãgat et diuidat robuſtiſſimas gẽmas.

הֲלֹם Huc.illuc.ut primo Regũ.x. Vtrum nam uenturus eſſet illuc. Inde noſtra tranſlatio uerſum hũc primo Regũ.xiiij.ſic habet. Et ecce multitudo proſtrata et huc illucq; fugiens.quod hebrei dicunt expectauit.fregit.diſſipauit.diuiſit.nõ enim hoc loco aduerbiũ eſſe poteſt, ſed uel uerbum uel participium.

הֵם Pronomen maſculini generis tertię perſonę pluralis numeri. p̃s xcv.Et iſti nõ cognouerunt uias meas. p̃s.xxxviij. Et lumẽ oculorum meorum et ipſum non eſt mecũ. & ponitur quandoq; pro uerbo ſubſtantiuo. ut Geñ.xlviij. Et reſpondit filij mei ſunt.& per paragogen recipit he aſpiratione הֵמָּה p̃s.xx. Ipſi obligati ſunt et ceciderunt. & accipit per protheſin mem ut מֵהֵם et ſignificat illi.quod tranſlatio noſtra diuiſit dicens.ex eis.Ezechielis.vij. Non ex eis et non ex populo,neq; ex ſonitu eorũ.hoc ſic exponunt hebrei.non illi.nõ diuites. non illiilli. vbi fit geminatio ſecundum eorum doctrinam pro filiis filiorum ſuorum.quod etiam tranſlatio chaldaica Ionethę probat.

הָמַם Fremuit.perſonuit.vociferauit.Hiero.traduxit vexauit. Iſaię xxix.Neq; uexabit eũ rota plauſtri. q̃d hebrei ſic.Et perſonabit rota plauſtri eius ſiue fremet.Significat etiã perdidit.cõſumpſit. interfecit. cõturbauit.Id q̃d ſupra in uocabulo הָיִם oſtẽſum eſt in primo eius ſignificato.ſecundo Regum.xxij. Fulgura et conſumpſit eos.Similiter pſalmo.xviij. Fulgura multiplicauit et conturbauit eos.

הָמָה Cõturbatus eſt. fremuit. tumultuauit.rumores fecit.clamauit.ſtridit.Hiero.trãſtulit ſonuit.Iſaię.xvi.Super hoc uenter meus ad Moab quaſi cithara ſonabit.& eiuſdẽ.xvij.vt mltitudo maris ſonãtis. ſed poſtea ca.xxij.traduxit frequentiã.vrbs frequẽs.vbi hebrei exponũt vrbs clamoris ſiue rumoris.Inde הָמוֹן ſonitus. fremitus . clamor.& ex eo trãſlatio nra legit pplm,hoc eſt uulgũ et plebẽ tumultuãtem.Iſaię ubi ſupra ca.xvi. Auferet gloria Moab ſuper omni populo multo.ut iferius patebit.et in hac ſignificatiõe traduxit Hieronymus Amos quinto. Aufer a me tumultum carminum tuorum.

הַמֻּלָה Vociferatio.collatio.cõuersatio.dissertatio.ut Ezechielis primo. Quasi sonus erat multitudinis.quod opinant̃ uenire a מִלָּה idest loquela seu uox,per prothesin he.

הַמּוֹן Multitudo.populus.excellentia.altitudo . copia.diuitię.vulgus.Ezechielis.xxxij.Fili hoĩs cane carmẽ lugubre super multitudinẽ Aegypti.Itẽ sequit̃ infra.Et attraxerũt eã et omnes populos eius. et superius.In gladiis fortiũ deiiciã multitudinẽ tuã.& eiusdẽ.xxxix.Et uocabitur uallis multitudinis Gog. & Geñ.xvij. Quia patrẽ multarum gentiũ cõstitui te.& Ecclesiastis.v.Qui amat diuitias.vnde uolunt mamon dici.i.pluto.quasi מְהוֹמָה idest plurimum seu copia. quod trãslatio nostra insaniã traduxit.Amos.iij. Et uidete insanias multas. q̊d alij exponũt copiã seu diuitias multas. Significat etiam fremitus et tumultus uulgi.ut.i.Regũ.iiij.Quis est hic sonitus tumultus huius.

הַמּוֹנָה Proprium nomen ciuitatis vbi sepulchrũ erit ipsius Gog apud Ezechielem. xxxix.

הֵמֵס Extorruit.arefecit.q̊d translatio nostra exposuit tabuit. Isaię lxiiij.Sicut exustio ignis tabescerent.q̊d hebręi exponũt.Sicut ardore ignis extorret.nã oĩs ignis excellẽs.fortis.et magnus dicit̃ הֲמָסִים idest exurens.desiccans.et extorrẽs.ut scribit Dauid kimhi in comentariis super Isaiã.Dicunt aũt hoc uerbum a מְסַס uenire per ꝓthesin he aspirationis, et apocopen geminationis. ita quod in proximo vocabulo iod et mem notę sint pluralis numeri.et psalmo sexagesimo octauo trãstulit Hieronymus in hebraica ueritate.Sicut tabescit cera a facie ignis.vbi comuni translatione legimus.Sicut fluit cera.

מַהֲמָרָה Fouea.decipula.pedica.plaga uenatorum.nostra trãslatio legit miseria.p̃s.cxl.In miseriis nõ subsistẽt.Sed Hiero. in hebraica veritate traduxit sic.Deiicies eos in foueas ut non resurgant.

הֵן En.ecce.ut Geñ.xxx.pro eo quod nos habemus . Gratum habeo quod petis.hebręi legunt.Ecce tantum fiat secundum uerbum tuum.

& ꝑs.li.Ecce enim ueritatem dilexisti.& accipit he aspirationem in fine הֲ ut Isaię.xxiij.Ecce dies ueniunt dicit dominus.& seruit pro nominibus sicut eccum et ellum apud latinos.

הֲנָה Modo uel huc.prędens uel loci uel temporis.quod utroq; modo simul inuenitur in nostra translatione. Geñ.xv. Generatione autē quarta reuertētur huc necdū enim completę sunt iniquitates Amorreorum usq; ad prędens tempus.

הֵן Pronomen fœminini generis pluralis numeri,tertię personę.ut Numeri.xxvij.pro eo quod legimus.Et ei in hereditatem succedant. hebraica ueritas habet.Et trāsire facias hereditatem patris earum ad eas.& per paragogen recipit etiam he in fine הֲ ideſt ipsę uel illę. ut Exodi primo.Ipsę enim obstetricandi habent scientiam.

הָסָה Tacuit. siluit. Amos sexto. Tace et non recorderis nominis domini.& ab eo transitiuum Numeri decimotertio. Inter hęc Caleb compescens murmur. hoc est silere fecit.

הָפַךְ Subuertit. vertit. conuertit. Threnorum tertio. Tantum in me uertit et conuertit manum suam.transfertur quandoq; pro mutauit.ut Leuitici.xiij. Et pilos in album mutatos colorem. ideſt uersos. vnde deriuatur מְהֻפֶּכֶת ideſt versatilis.Geñ tertio.Et flammeum gladium atq; uersatilem.& sic de cęteris deriuatis.

מַהֲפֶכֶת Compedes.vincula.neruus.carcer.domus captiuorum. Ieremię.xxix. Vt mittas eum in neruum et in carcerem.

הֹצֶן Rheda uel quadriga.est autem instructio uecturę. Ezechielis xxiij. Et uenient super te instructi curru et rota.vel secundum quosdā instructio exercitus.

הָרָר Mons.ut Geñ.xiij. In mōtibus Seir usq; ad cāpestria.& ꝑs.l. Iumēta in mōtibus et boues.& per apocopē inuenit̄ sępius הָר ut ꝑs xxiij. Quis ascēdet in montē dñi.et inuenit̄ in masculino et in fœmīno genere Amos.i.Eoquod dissecuerit pregnantes Galaad.quod hebręorum quidam interpretantur.Eo quod dissecuerint montes Galaad.

ſicut conſequenter declaratur ſcilicet ad dilatandū terminum ſuum, hoc eſt ut latiores facerēt limites regionis ſuę, exciderūt et abſtulerūt montes galaad. Reperitur et quandoqꝫ trāſlatiue pro ciuitate munita et forti quaſi cincta montibus .ut.iiij.Regum.xv.pro eo quod nos habemus. Et interfecit omnes pregnantes eius et ſcidit eas. hebrꝛorum magiſtri legunt. Et percuſſit omnes urbes eius diruens.

חָרַג Occidit.interfecit.ut Geñ.iiij.Conſurrexit Cain aduerſus fratrem ſuum Abel & interfecit eum.& infra. Om̃is qui occiderit Cain. & Eccleſiaſtis tertio. Tempus occidendi et tempus ſanandi.inde nomen חֲרִיגָה occiſio. ut Ieremię.xij.Et ſanctifica eos in die occiſionis.& reperitur aliquando ſine he finali.

חָרָה Concepit.Iob.xv.Concepit dolorem et peperit iniquitatem. & inuenitur per holem loco camez. ut Iſaię.lix. Conceperunt dolorē et pepererunt iniquitatem. inde nomen חָרָה ideſt pregnans uel quę cōcepit.Geñ.xxxviij.De uiro cuius hęc ſunt cōcepi. pro ego ſum concipiens.ita enim habet ſcriptura.Inde חֵרוֹן conceptio.Geñ.iij. Multiplicabo erumnas tuas et conceptus tuos.et inuenitur mediante iod חֲרָיוֹן Ruth.iiij.Et dedit illi dñs ut cōciperet, ꝑ dedit cōceptū.

חָרַס Excuſſit.cōtriuit.depoſuit.euertit.deſtruxit.ut Exodi.xv.Depoſuiſti aduerſarios meos.& p̄s.lviij.Deus conteret dentes eorū.pro quo Hieronymus.Deus excute dentes eorum.

חָתַת Inſidiatus eſt . prorupit in uerba maligna.irruit.ut p̄s.lxij. Quouſqꝫ irruitis in hominem.Quod Hieronymus in pſalterio de hebraica ueritate traduxit. Vſqꝫ quo inſidiamini contra uirum.

חָתַל Deluſit.fefellit.deriſit.circumuenit.ut Geñ.xxxi.Sed et pater veſter circumuenit me.et Iudicum.xvi.Per tres uices mētitus es mihi.

εν ονοματι τω τετραγραμματω ו

V Au litera alphabeti.est etiã cõiunctio copulatiua significans et.ut Geñ.i.In prĩcipio creauit deus cęlũ et terrã.Qñq; uero nõ est cõiunctio,quia nõ copulat aliquid ad aliquid. ut Geñ. xxij.pro eo quod nos legimus.Die aũt tertio eleuatis oculis uidit locũ procul.hebraica ueritas habet.In die tertio et leuauit Abrahã oculos suos.Sed hoc modo cõuertit futurum in pręteritũ et econuerso. ut in principiis librorꝝ scilicet Leuitici.Et uocauit Moysen.Numeri. Et locutus est dñs ad Moysen.Iosuę.Et factũ est post mortẽ Moysi.Iudicũ. Et factũ est post mortẽ Iosuę.Ruth.Et factũ est in diebus iudicis iudicum.Itẽ Samuelis.Et fuit uir unus.Item Regũ. Et rex Dauid senuerat. Itẽ Ezrę.Et in anno primo Cyri.Itẽ in principio Ester . Et factũ est in diebus Ahasueri.Itẽ Ezechielis.Et factũ est in tricesimo anno.Item Ionę.Et factum est uerbum domini.In omnibus istis vau litera ponitur ab initio librorum quando nihil copulat.Sed uerbũ quod alias de sui cõiugatione futuri erat temporis,facit hoc modo temporis pręteriti. Similiter ecõuerso, vau p̃positum uerbo pręteriti,facit ipsum tẽporis futuri.ut Exodi.xxv.Facientq; mihi sanctuarium. & in consequenter capitulis.xxvi.&.xxvij.In uerbo facies et facietis.& per scripturam sacram in plurimis locis.vt uidere licet in arte grammatica.

וַו Caput alicuius rei retortũ instar literę vau. ut Exodi.xxvi. Quarũ erunt capita aurea & bases ęneę.& eiusdem.xxvij.Et capita earum cũ celaturis suis argentea.

וָהֵב Moles. Numeri.xxi.pro eo quod legimus.Sicut fecit in mari rubro,sic faciet in torrentibus arnon. hebręi transferunt uerbum de verbo sic.A mole in mari usq; ad torrentes arnon.Quę translatio placet magistro Salomoni gallo in cõmentariis super pentateuchũ. Qui putat hoc uocabulum sic dici quasi יָהֵב idest moles. ut p̃s.lv. Iacta super dominum curam tuam.rectius molem tuam.

וַשְׁתִּי Reginę proprium nomen.Ester primo. Vasthi quoq; regina fecit conuiuium.

זְאֵב זיכיל בן בשורת ישעיה

1 Vpus.ut Iſaię vndecimo.Et habitabit lupus cum agno.

זְבוּב Muſca.Iſaię.vij.Sibilabit dñs muſcę quę eſt in extremo flumi num Aegypti.

זֶבֶד Dos.donatio.portio legitima . Geñ.xxx.Dotauit me deus do te bona.Inde uerbum ut in eodem uerſiculo.

זָבַח Imolauit.ſacrificauit.occidit.p̄s.l.Imola deo ſacrificium laudis. & primo Regū primo.Et imolauit Elcana.inde nomē ſacrificium per ſęgol.item et alia deriuata quę legendo bibliam inuenies . Inde locus ſuper quo ſacrificatur dictus eſt מִזְבֵּחַ ideſt altare ſiue ara.Gene ſis octauo.Aedificauit autem Noah altare domino.

זָבַל Cohabitauit.ut Geñ.xxx.pro eo quod nos legimus.Etiam hac vice mecum erit uir meus.veritas habet.hac uice cohabitabit mihi uir meus.inde זְבוּל ideſt habitaculum.ut tertio Regum.viij. Aedificās ędificatui domum habitaculū tuum.& recipit quandoq; in fine he aſpi rationem.ut Habacuk tertio.Sol et luna ſteterunt in habitaculo ſuo.

זָג Folliculus ſiue cortex vuarum exterior.Numeri ſexto.Quicquid ex uinea eſſe poteſt ab vua paſſa ad acinum non comedent. pro quo hebręi ſic legunt. De omni quod factum erit ex vite uini ab acinis ad folliculum ſeu corium vuę non comedat.

זֶה Is.ille.hic.iſte.ut p̄s.xxiiij.iuxta tranſlationem Hieronymi de he braica ueritate.quis iſte rex glorię.et infra.quis ipſe iſte rex glorię.& in maſculino ſcribitur per ſęgol ut ſupra.in fœminino aūt per holem. vt Eccleſiaſtis.ij.p eo q̄d nos legimus.& gaudio dixi q̄d fruſtra deci peris.hebraica ueritas habet.et leticię,quid ipſa facis? et ſcribit q̄nq; p vau finale loco he זוֹ ut p̄s.cxxxij.Et teſtīonia mea hęc q̄ docebo eos. q̄d eſt utriuſq; nūeri et oīs generis.ut Exodi.xv. pp̄o quē redemiſti. et iſtud quidē in maſculino,hoc aūt in fœmīno.in p̄s.cxlij.In uia hac q̄ ambulabā.nūc in nūero plurali.p̄s.lxij.Duo hęc audiui.Itē mutat vau in aleph,et adiungitur thau terminatio fœminina,et dicitur זֹאת ut pſalmo.cxxxij.Hęc requies mea.

זָהָב Aurum.iiij.Regum.vij. Tuleruntq; inde argentum et aurum.

& quia nihil in rebus nostris purius est auro, iccirco puritatem & sere nitatem quoq; significat. ut Iob.xxxvij. Ab aquilone aurū uenit. idest serenitas seu puritas aeris. Sic enim transfertur ab hebręis. Ab aquilo ne serenitas adducet, corā deo reuerendo decor. Et Abraham Aben Ezra hoc in loco intelligit splēdorem cęli, quoniam specie assimilatur auro. & a regione aquilonis splendor cęli aperitur. cui astipulatur Ari stoteles ī libro meteorologicon secūdo, ubi dicit ab arcto flare πνευμα λαμπρον idest uentum splendidum. constat autem apud eum etesias aquilones esse, qui a nautis uocātur delicati. vnde etiam scribit ipse in eodem libro serenitatem euenire quam νηνεμιαν appellat quasi ca rentem uento ac turbine.

זָהַם Inquinauit. abominabile fecit et nauseabile. Iob.xxxiij. Abomi nabilis ei fit in uita panis.

זָהַר Pręmonuit. admonuit. cauit. docuit seu instituit. ostēdit. Exodi xviij. Ostendaq; populo cerimonias et ritus colendi. & Eccleſiastis iij. Qui nescit pręuidere in posterum. inde cautus et circumspectus. & prouidus. & pręmonitus.

זֹהַר Splendor. Ezech. viij. Quasi aspectus splēdoris et uisio electri.

זֶה Is. hic. ille. Rabi Ionas intelligit relatiue qui quę quod. & rectius is qui. ea quę. id quod. p̄s.xxxij. Et instruam te in uia hac qua gradieris. & p̄s.cxlij. In uia hac qua ambulabā. plericq; arbitrantur he invau esse mutatum. ut supra ostendimus.

זוֹב Fluxit. Ieremię.xlix. Quid gloriaris in vallibus tuis? fluxit uallis tua. exponunt hebręi scilicet sanguine interfectorum.

זוּד Temerauit. licenter patrauit. superbe egit. Exodi.xviij. eoquod superbe egerint cōtra eos. Inde זֵד superbus. petulans. temerarius.

p̄s.cxix. Superbi inique agebant usq; quaq;. et increpasti superbos.

Inde זָדוֹן petulantia. temeritas. superbia. Prouerbiorū.xxi. Super bus & arrogans uocatur indoctus, qui in ira operatur superbiam.

זָוִית Acies.angulus.quod Hieronymus cornu trāſtulit.Zachariæ ix.Et quaſi cornua altaris.& p̄s.cxliiij.vbi nos legimus.Filię eorū compoſitę.rectius Hieronymus in pſalterio ſuo de hebraica ueritate interpretatur.Filię noſtrę quaſi anguli ornati.

זָיִן Superliminare.poſtis.limē.addito mem in prīcipio et he in fine. Deuteronomij.vi.Scribeſq; eam in limine et hoſtiis domus tuę.& dicitur ſic a ſublimando.

זָלַל Vilipendit.ſpreuit.ut threnorū primo.Omnes qui glorificabāt eam ſpreuerunt eā.& inueniť geminato lamed in fine.ut Ieremię.xv. Et ſeperaueris precioſam a uili.ubi ponitur זוֹלֵל

זָן Genus farris.inde מָזוֹן eſca uel alimentum.ut Geñ.xlv.Et totidem aſinas triticum in itinere paneſq; portantes.vbi deeſt et farinam vel eſcam uel pulmentarium portantes.vt ſit textus. aſinas portantes triticum et panem et eſcam patri ſuo ad iter.ſic enim hebraice ponit.

זָן Formę.genus uel ſpecies.Ita enī exponit Rabi Ionas hunc uerſum pſalmi.cxliij.vbi nos legimus.Promptuaria eorum plena eructantia ex hoc in illud.Ipſe legit. Anguli noſtri pleni expromentes de genere in genus.probat expoſitionē ſuam per tranſlationem chaldaicam. nā vbicumq; Geñ.i.legimus מִין ideſt forma genus uel ſpecies.ibi Onkelus traduxit זָן alij exponunt annum dicentes.Emittentes de anno in annum.quaſi eſſet corruptum a וְמִן

זוֹנָה Meretrix.ut Ioſuę.ij.Ingreſſi ſunt domū mulieris meretricis. alij interpretant lixa quę diſcurrit hinc inde ut conferat eſcam. Sic Ionathas chaldęus tranſfert cauponā. vnde Rabi Ionas ſimiliter hunc locum Ioelis.iij.Et poſuerūt puerum in proſtibulo expoſuit ſic. Et tradiderunt puerum in tabernam cauponariam.ubi ponit זוֹנָה

זַיִן Arma.quod inuenitur per protheſin aleph אַזָּיִן et ſignificat inſtrumentū fodiendi et humandi,quod pala dicitur.& a Hieronymo diminutiue profertur Deutero.xxiij. Habebis locum extra caſtra ad quem egrediaris ad requiſita naturę,gerens paxillam ſcilicet in fœmi

nino a pala,non autem in masculino a palo,ut quidã mendose habẽt. quod.iij.Regũ.xxij.transfertur a Hiero.habena.Et habenas lauerunt iuxta uerbũ domini.Sed rectius secundũ Nicolaum de lyra. Et armaturas seu instrumenta lauerunt.nam arma nõ tantũ artificũ et pugilũ, sed etiam rusticorum et fossorum instrumenta sunt.teste Prisciano in libro de.xij.carminibus.ut Virgilius in primo georgicon.Dicendum et duris quę sint agrestibus arma.

זוַע Commouit.ut Ecclesiastis.xij.Quando cõmouebunt̃ custodes domus.& Ester.v.Et nõ solum non assurrexisse sibi,sed nec motũ quidem de loco sessionis suę.quod hebraice sine ambagibus sic legitur.& non surrexit et nõ mouit ab eo. & reperit̃ geminatis syllabis prolatũ Habacuk.ij.Et suscitabuntur lacerantes te .lxx.Insidiantes tibi. hebręi cõmouentes te seu commotores tui.

זוֹר Fregit.infirmauit.conculcauit.Iob.xxxix.Obliuiscitur quod pes conculcet ea idest franget.Inde מָזוֹר conculcatio.prostratio.concussio.Hieronymus tamen et septuaginta interpretati sunt insidias in Abdia.Ponẽt insidias subter te.quod Dauid kimhi Iudęus languorẽ. percussionẽ.et humiliationẽ exposuit in comentariis super .xij. & alij aliter traduxerunt Oseę.v.Hieronymus et Aquila sic.Et Iudas uinculum suum.lxx.uero sic.Et Iudas dolorẽ suum. Dicitur etiã cataplasma vel emplastrum quod vulneri apponit̃ medicinę loco.vnde Isaię primo dicitur vulnus et liuor et plaga tumens non est circumligata nec curata medicamine idest cataplasmata.vbi ponitur זוֹרוּ

זוֹרֵר Oscitauit. ut.iiij. Regum.iiij.Et oscitauit puer septies.hebręi transferunt sternutauit.ut Rabi kimhi in comentariis super quatuor allegans pro se illud Iob.xli.Sternutatio eius splendor ignis. quod Syriace exponitur זרירוחי

זָחַת Leuauit. separauit. deposuit. ut Exodi.xxviij.Et a se inuicem rationale et superhumerale nequeant separari.quod hebręi sic legũt. Et non leuabitur seu separabitur rationale de ephod.

זָחַל Expauit.quod Hieronymus circũloquendo sic traduxit. Iccir-

co demiſſo capite ueritus ſum. ubi hebręi legunt. Expaui et timui.& Rabi Ionas expoſuit. Subſtiti ſeu retroceſſi.

וְחָל Serpſit.repſit.quę ſimul Hiero. cõprehendens tranſtulit Deu teronomĩ.xxĩ.Cum furore trahentiũ ſuper terram atq; ſerpẽtium. & Micheę.vĩ. Velut reptilia terrę.

יָרַח Aprilis menſis.ut.iĩ.Regũ.vi.In anno quarto menſe zio ipſe eſt menſis ſecundus regni Salomonis.& ſic dicitur ab aparitione florum. vnde Ionathas chaldęus locũ ſupra citatum interpretat menſe zif gẽmante ſeu floreſcente,quia ſcilicet in ſecundo menſium gẽmant. reflo reſcunt.et germinant uniuerſa plantarum genera.

יַיִן Amœnitas ſecũdum Ionatham chaldęum.pro quo.lxx. introitũ. Symmachus pinguedinẽ. Theodotio multitudinẽ. Aquila et Hieronymus omnimodũ trãſtulerunt.Iſaię.lxvi.Et delitiis affluatis ab oĩmímoda gloria eius.alio in loco licet Aquila omnimodum traduxerit. tamen Hieronymus ſpeciem interpretatus eſt, vbi tranſlatio noſtra legit pulchritudinem.p̃s.l. Et pulchritudo agri mecum eſt.quia.lxx. oreotis ideſt ſpecioſitas traduxerunt.q̃d tamen Hieronymus in pſalterio ſuo de hebraica ueritate uniuerſitatem tranſtulit. ſed eandem dictionem.lxx.p̃s.lxxx.monios interpretati ſunt ideſt ſingularis,hoc eſt aper.Et ſingularis uerus depaſtus eſt eam.quod Hiero.in pſalterio de hebraica ueritate omnes beſtię agri uertit.& iccirco ſcribunt hebręorũ magiſtri q̃d hęc dictio יַיִן ſit genus ad oĩa ãnĩalia fera et agreſtia.

יְקַד Flãma.ſcintillatio.ut Iſaię.l.Ecce omnes uos accendentes ignem accincti flammis,ambulate in lumine ignis ueſtri,et in flammis quas ſuccendiſtis de manu mea.

יִצְהָר Oliua.Ieremię.xi.Oliuam uberem pulchram.& Leuitici.xxiiĩ. Vt afferant tibi oleum de oliuis puriſſimum.

זַכַּר Mundatus eſt.purus fuit.Iob.xv.Cęli non ſunt mundi in conſpectu eius.Inde nomẽ זָךְ.i.purus ſeu mũdus.Leui.xxiiĩ.Vt afferãt tibi oleũ de oliuis puriſſimũ.et Iob.viĩ.Si mũdus et rectus inceſſeris.

זְכוּכִית Vitrum cryſtallinum.ut Iob.xxviĩ.Non adęquabitur ei

aurum uel uitrum. Dicitur autē ſic propter puritatē et tranſparentiā.
זַכָּה Apparuit mundus. emendauit. purificauit. correxit. p̄s. cxix. In
quo corriget adoleſcentior uiam ſuam. Et Iob. xv. Quid eſt homo ut
immaculatus et ut iuſtus appareat. Similiter eiuſdem .xxv. Apparere
mundus. natus de muliere.
זָכַר Meminit. recordatus eſt. Ionę. ij. Domini recordatus ſum. &
Threnorum. v. Recordare domine. Inde זִכָּרוֹן monumentū. me-
moriale. memoria annales ſiue hiſtoria. Exodi. xxxix. In monumentū
filiorū Iſrael. & Heſter. vi. Iuſſitq; ſibi afferri hiſtorias et annales prio
rum temporum. Eccleſiaſtis. i. Non eſt priorum memoria. Inuenitur
etiam abſq; nun finali זֵכֶר in eodē ſignificato. Exodi. iij. Et hoc me-
moriale meum in generatione et generationem. Reperit et cum mem
in principio מַזְכֶּרֶת commonefactio. ut Numeri. v. pro eo quod
nos legimus. & oblatio inueſtigans adulterium. hebraica ueritas ha-
bet. & memoriale commonefaciens crimen.
זָכָר maſculus ſeu uirilis ſexus. Geñ. i. maſculū et fœminā creauit eos.
אַזְכָּרָה Memoria uel monumentum. Leuitici. xxiiij. Vt ſit panis
in monumentum oblationis domini. hebręi exponunt. vt ſit in odorē
oblationis domini. alij. vt ſit repreſentatio oblationis dñi. Vnde illud
quod ſcribitur Iſaię. lxvi. Qui recordatur thuris. uertunt ſic. qui odori
ficat thus. Iccirco rabi Dauid kimhi in comētariis hoc ỽbū מַזְכִּיר
exponit מַקְטִיר ideſt ſuffumigat. cui aſſentit tranſlatio chaldaica
Ionethę quia dictionem hanc interpretatur qui offert uel offerens. Si
mile cōtingit Canticorum. i. nam ubi nos legimus. memores uberum
tuorum ſuper uinum. ibi docti hebręorum exponūt. odorificatus eſt
amor tuus plus quam uinum.
זָלַל Liguriuit. deuorauit. exedit. cōmeſſauit. Deute. xxi. Cōmeſſa-
tionibus uacat et luxurię atq; cōuiuiis. ſic epulones dicunt זוֹלְלִים
Sed combibones et potatores סוֹבְאִים a qua leuitate quidam di-
ctum putabant זוֹלֵל ignominioſum. vile. abiectū. leue. threnorū. i.

vide domine et consydera quoniam facta sum vilis.

זָלַג Reperitur per ꝓthesin mem מַזְלֵג fuscinula seu tridens.primo Regũ.ij.Et habebat fuscinulã tridentẽ. & tale instrumentũ uocãt harpicellum.&pluraliter declinatur in fœminino. ut Exodi.xxvij.Et forcipes atq; fuscinulas.

זֻלַת Absq;.pręter.nisi.excepto.ut.iiij. Regũ .xxiiij. Nihilq; relictũ est exceptis pauperibus populi terrę. Inuenit̃ et per paragogen iod. Deutero.i.Pręter Caleb filium Iephonę.sed idẽ iod quãdoq; capit̃ in hac dictione ꝓnominaliter.ut Oseę.xiij. Deum absq; me nescies.

זַלְזַל Surculus.frutex.propago. ramusculus. Isaię.xviij. Et pręcidẽtur ramusculi.

זִלְעָפָה Intemperies.procella.impetus.tẽpestas. ut p̃s.xi. Spiritus ꝓcellaꝝ pars calicis eoꝝ.pro q̊ Hiero.de hebraica ueritate traduxit. Spiritus tempestatum.ut p̃s.cxix.Defectio tenuit me.pro quo Hieronymus.horror obtinuit me.alij ęstus.alij intemperies.

זָמַם Pręsumpsit.statuit.cogitauit.threnoꝝ.iij.Fecit dñs quę cogitauit.& Deuteronomij.xix. Sicut fratri suo facere cogitauit.inde nomẽ verbale זִמָּה &plr̃ זִמּוֹת Iob.xvij. Cogitationes meę dissipatę sunt.et per prothesin accipit in principio mem מְזִמָּה Prouerbiorum quinto. Vt custodias cogitationes.

זִמָּה Scelus.nephas.capitale crimẽ.Le.xx.qui sup̃ uxorẽ filiã,duxerit q̊q; matrẽ eius,scelus opatus ẽ.et in hac significatiõe recipit etiã mẽ in prĩcipio sicut p̃cedens uocabulũ.ut Ieremię.xi.quid est q̊d dilectus meus in domo mea facit scelera multa.dicũt quidã q̊d hęc significatio deriuet̃ ab illa superiori.quia est peccatũ ex proposito.

זְמַן Tẽpus limitatũ et determinatũ.ut Ecclesiastis.iij. Omnia tẽpus habent.Inde quasi a uerbo sisto seu determino inuenitur מְזֻמָּנִים vel מְזֻמָּנוֹת .i.stata.limitata.cõstituta.det̃minata.ut Nehemię.x

Per tempora a temporibus anni ad annum. vbi hebręi ſic legunt. Ad tempora ſtata de anno in annum. Et eiuſdem ultimo. In temporibus conſtitutis et in primitiis. alij exponunt temporibus paratis.

זָמַר Cantauit. pſallit. p̄s. xlvij. Pſallite deo nr̄o pſallite. pſallite regi nr̄o pſallite. Inde מִזְמוֹר .i. pſalmus. ut ī titulo eiuſdē. inde זָמִיר ideſt cantus ſcilicet auiū circa ver. uel putatio arborꝝ. Canticorꝝ. ij. Tē pus putationis aduenit. et זְמִירָה cantio. carmē. p̄s. cxix. pro eo q̄d nos legimus. Cantabiles mihi erāt iuſtificatōnes tuę. Hiero. de hebraica ueritate rectius interpretaī. Carmina mihi erant. Item in p̄s. cxviij. Fortitudo mea et laus dominus. deficit enim hic iod pronomen. non laus mea. q̄d tñ ſubītelligiī ſecūdū Dauid kimhi in libro de radicibus.

זְמוֹרָה Fœditas. Fœtor. odor malus. noſtra tranſlatio ad imitationem Theodotionis habet ramus a putatione arboris. Ezechielis. viij. Et ecce applicant ramum ad nares ſuas. Symmachi autem tranſlatio fœdum raucumq; ſonitum de naribus procedētem in dei contemptū ſignificat. teſte Hieronymo in commentariis.

זְמוֹרָה Germen. propago. Iſaię. xvij. Et germen alienum ſeres.

זָמִיר Surculus. propago. ut Iſaię. xxv. Quaſi calore ſub nube torrēte propaginem fortium marceſcere facies.

זְמֹרָה Genus delicatiſſimi et optimi fructus. Geñ. xliij. Sumite de optimis terrę fructibus.

זָמַר Secuit. putauit. incidit. Iſaię. v. Non putabitur et nō fodietur. in de מַזְמֵרָה falx putatoria. ut Iſaię. xviij. Et prȩcidentur ramuſculi eius falcibus.

זָמֶר Camelopardalis in tranſlatione noſtra. Deuteronomij. xiiij. Orygem camelopardalim. alij uocant hoc nomine capras rupicolas.

זָנָב Cauda. ut Deutero. xxviij. Cōſtituet te dñs in caput et nō in caudam. &plr declinaī in fœminino. ut Iſaię. vij. A duabus caudis titionū.

זָנַב Caudam abſcidit. extrema percuſſit. prȩcidit. proſecuit. Ioſuę. x. Et extremos quoſq; fugientium cędite.

זָנָה Fornicatus illicito amore intentus eſt. Deutero. xxxi. Populus iſte cõſurgens fornicabitur poſt deos alienos. inde putant aliqui deriuari זוֹנָה .i. meritrix. de quo ſupra locuti ſumus. Inde fornicator et fornicatio nomina uerbalia. et fornicari uerbũ. quę omnia legimus Oſeę. iiij. vbi uarię formę et mltiplex orthographia eius vbi reperit.

זָנַח Repulit. dereliquit. threnorum. ij. Repulit dñs altare ſuum.

זָנַק Fluxit. ut Deutero. xxxiij. Dan catulus leonis fluet largiter de Baſan. vbi largiter nõ eſt de textu. et uerificata eſt hęc benedictio ipſi Dan ꝓpter Leſem quã regiõem uicerũt et obtinuerũt Danitę. vnde fluit Iordanis. ut notat Rabi Salomõ gallus et allegat uictoriã de Leſem, q̃d mutato nomine dan uocauerũt. Ioſue. xix. quod eſt lais. ſecundũ Dauid kimhi in comentariis ſuper quatuor. ad q̃d allegat id quod ſcribit Iudicũ. xviij. vocato nomĩe ciuitatis dan iuxta uocabulũ patris ſui quẽ genuerat Iſrael quę prius lais dicebaꝫ. cũ igit fluuius ille deſcẽderet ab eo loco qui dan nominabaꝫ, et nomẽ ſuũ inde acciperet quaſi iored. i. deſcendẽs a dan. merito iã benedictio illa putabatur cõpleta, q̃d dan flueret de baſan. Inde putãt aliqui nõ recte dici Iordan a duobus fõtibus, vno ior et altero dan. vt Lyra ſcribit Hierony. ſequens, in libro hebraicaꝝ quęſtionũ. vnũ enim fontẽ eſſe Iordanis dicunt. qui a Plynio in libro naturalis hiſtorię. v. pameas uocaꝫ. et a Iudęis leſem. ſicut ait Rabi Ishac. et ideo dicitur iordan ſecundum Rabi Iohanan quaſi יֹרֵד ideſt deſcendens a דָּן hoc eſt a pameade.

זָעָה Diſperſit. et mutat he in vau. ut Deuteronomij. xxviij. Vt diſpergaris per omnia regna terrę. ubi ponitur זְוָעָה cuius dictionis ultimum he genus connotat.

זָעַר Mutilauit. concidit. cõſtrinxit. breuiauit. ut Iob. xvij. Dies mei breuiabuntur. quod hebrei legunt. Dies mei conciſi ſeu mutilati ſunt.

זָעַם Indignatus eſt. ſuccenſuit. iratus fuit. deteſtatus eſt. fremuit. Numeri. xxiij. Qua ratione deteſter quem dominus non deteſtatur.

זָעַת Succenſuit. impatiens et iratus contriſtatus eſt. ut Geñ. xl. Ad quos cum introiſſet Ioſeph mane et uidiſſet eos triſtes. & inde nomẽ verbale Micheę. vij. Iram domini portabo. et. iij. Regum. xx. Furibun

dus uenit in Samariam.

זָעַק Clamauit.ut p̃s.xxij̃.Ad te clamauerunt et ſalui facti ſunt.Inde nomen clamor.Nehemię.v.Et factus eſt clamor populi.

זָעַק Accerſiuit.congregauit.conuocauit.ut Iudicum quarto.Qui accerſitis Zabulon & Nephthali.

זָעַר Modicum.ut Iſaię.xxvij̃.Modicum ibi modicum ibi. & accipit quandoq; per protheſin in principio mem.

זָפַת Pix.ut Iſaię.xxxiij̃.Et conuertentur torrentes eius in picem.et erit terra eius in picem ardentem.

זָקַק Purgauit.diſtillauit.ſublimauit.conflauit.Iob viceſimooctauo. Habet argentũ uenarũ ſuarũ principia.et auro locus eſt inq̊ conflat. Inde מְזֻקָּק ideſt ſublimatũ.purgatum.p̃s.xij̃.Purgatũ ſeptuplũ.

זִיקִים Cõpedes.ut p̃s.cxlix.Ad alligãdos reges eor; in cõpedibus.

זָקַן Senuit.Geñ.xxvij̃.Senuit aũt Ishac.Inde nomẽ זָקֵן ideſt ſenex Geñ.xxiij̃.Erat aũt Abrahã ſenex.a q̊ deriuat nomẽ pluralis numeri tantũ quod ętatẽ ſenectã ſignificat זְקֵנִים ut Geñ .xxxvij̃. Eo q̊d in ſenectute genuiſſet eũ.p quo hebręi legũt.quia filius ſenectę fuit ſibi. Talia enim nomina conditionẽ ętatis ſignificantia pluralia ſunt tantũ. vt eſt ętas puellaris et adoleſcentię ac cęterę. Item alia orthographia Geñ.xlviij̃.Oculi enim Iſrael caligabant prę nimia ſenectute.

זָקָן Barba.ut p̃s.cxxxij̃.Quod deſcẽdit in barbam.barbam Aaron.

זָקַף Leuauit.erexit.ut p̃s.cxlv.Et erigit omnes eliſos.ſic Onkelus chaldęus Exodi decimoquarto.Leuantes filij Iſrael oculos uiderunt. pro hebraico יִשְׂאוּ traducendo poſuit hoc pręſens uerbum.

זָרַב Diſſipauit.ſecũdum noſtrã tranſlationem.Iob.vi. Tempore q̊ fuerit diſſipati peribũt,et ut incaluerint ſoluent̃ de loco ſuo.quia uero nõ reperio uerbũ hoc alibi ĩ uſu ſacrę ſcripturę. iccirco facilius patior q̊d multi hebręor; magiſtri ipſum multipharią interp̃tati ſunt.nã rabi Sadia exponit pro frigore.Moyſes gactilides p calore.alij tranſferũt

rugauit.et illa corrugatio poteſt ob utramcꝫ intẽperiem tam frigoris quã caloris cõtingere.putãt alij ſic dictũ quaſi שַׁרַב alij ꝗſi צָרַב ab ęſtu et calore.

וָרַח Alienatum eſt.horruit.eguit.fraudatum uel elongatum eſt.p̃s lxxviij.Nõ ſunt fraudati a deſyderio ſuo.&.lviij.p̃s.Alienati ſunt pec catores a vulua.Iob.xix.Halitũ meũ exhorruit uxor mea . et quãdocꝫ mutat he in aleph,et dicit וָרָא alienatio.q̃d Hiero.traduxit nauſea.

Numeri.xi.Donec exeat per nares ueſtras et vertat in nauſeã.alij exponunt longinquũ uel procul. Rabi Salomon gallus in comentariis ſuper pentateuchũ dicit ſe uidiſſe in libris cuiuſdã Moyſi,q̃d is audiuerit linguã in qua gladius eo nomine uocat.Inde זָר alienus.extraneus.ut p̃s.lxix. Extraneus factuſſum fratribus meis.Inde uenit זָר alienus uel alienigena.Leuitici.xxij.Omnis alienigena non comedet de ſanctificatis.&.Iſaię.xlij.Et non fuit in uobis alienus.

זָר Corona.peripheria.margo.complexus.bractea.Exodi.xxv.Faciesqꝫ ſupra coronam auream per circuitum.

וָרַח Diſperſit.Numeri.xvi.Et ignem huc illucꝫ diſpergat.et Ieremię.xlix.Diſpergam eos in omnẽ uentum.ſunt qui putant זָר alienũ ſeu alienigenam inde nominari.de quo ſupra dictũ eſt.Inde מְזָרֶה ideſt diſpergens. ut Ieremię.xxxi.Qui diſperſit iſrael cõgregabit eũ.

וָרַח Circũligauit. circũdedit. cinxit.ut.ij.Regũ.xxij.Accinxiſti me fortitudine ad pręliũ.vnde quidã hebręi exponũt hũc uerſiculum p̃s. cxxxix.Semitã meã & funiculũ meũ ĩueſtigaſti.ſic.circũdediſti ut rabi Iuda.uel circũligaſti ut Rabi Ioſeph.q̃d Hiero. ĩ pſalterio de hebraica veritate traduxit euentilaſti.forte ſecundũ ſuperiorẽ ſignificationem diſperſionis.quaſi ſemitã diſperſerit ſecundũ longitudinẽ in ante et retro.et funiculũ hoc eſt latitudinem in ſurſum deorſum dextrorſum et ſiniſtrorſum.ſecundum Dauid kimhi in libro de radicibus.

וְרִיָה Roſcidus humor.guttulatio.ſeu pluuiolatio.q̃d.lxx. ſtagon. ideſt gutta ſtilla uel ſtillicidium tranſtulerũt.nos legimus p̃s.lxxij.Stil

licidia ſtillãtia ſuper terrã. Hiero. ſic trãſtulit. Vt ſtillę irrorãtes terrã.

זָרְזִיר Canis uenaticus mirę uelocitatis. qui ab Ouidio li. iij. meta morphoſeos uocatur lęlaps a uẽti uelocitate, iuxta quẽ morẽ germani eum quoq; canem uentum appellant. et galli a leporibus inſectandis leporarium nominant. alij putãt eſſe auem ſturnum. Hiero. gallum interpretat. Prouerbiorũ. xxx. Gallus ſuccĩctus lumbos ſuos. Sed Lyra dicit quod nõ ſignificet gallum. quid autem ſit non dicit. alij ſcribunt quod ſit pardus, quia gracilis circa lumbos et tamen fortis. quia uero hęc eſt prophetia Salomonis de futuris nos admonens. uerba iccirco prophanis ſunt incerta quibus myſteria proponuntur.

זָרַח Ortus eſt. ut Iſaię. lx. Et gloria domini ſuper te orta eſt. inde nomen uerbale ortus. quod recipit mem in principio. ut p̃s. cxiij. A ſolis ortu uſq; ad occaſum. et accipit quandoq; aleph in principio, ſicq; indigenam et omne origenariũ ſignificat, quaſi inde ortum. ut Leuitici xix. Sed ſit quaſi indigena inter uos, aduena qui habitauerit in uobis.

אָזְרָח Lignum uiride ſemper recens, quod putant eſſe laurum. p̃s xxxvij. Vidi impium ſuperexaltatum et eleuatum ſicut cedros libani. rectius, ſicut laurum.

זֶרֶם Impetus. fluctus. tempeſtas. imber ualidus. Iſaię. xxxij. Erit uir ſicut qui abſconditur a uento et celat ſe a tẽpeſtate. & Iob. xxiiij. Quos imbres montiũ rigant. quod hebręi legunt. A riuis ſeu fluctibus montium humectabuntur. Sed Ionathas chaldęus imbrem ualidum ex nubibus ꝓlapſum putauit. ubi nos legimus Habacuk. iij. gurges aquarę trãſiit. alio in loco tetrũ fetorẽ fœminini ꝓfluuij ꝓ iſto nomine intelligit ſcilicet Ezechielis. xxiij. Sicut fluxus equorum fluxus eorum.

זָרַע Plantauit. ſeruit. ſeminauit. ſeuit. Iudicũ. vi. Cũq; ſeuiſſet Iſrael. Inde nomen participiale זָרוּעַ ſeminatũ. ſatũ. plantatũ. p̃s. xcvij. ꝓ eo q̃d nos legimus. Lux orta eſt iuſto. hebręi habẽt. Lux ſeminata eſt iuſto. Inde ſemen. Geneſis primo. מַזְרִיעַ זֶרַע ideſt ſeminificantem ſemen. pro quo legimus afferentem ſemen. & Numeri viceſimo quarto. Et ſemen illius erit in aquas multas. q̃d pro liberis ſcilicet filiis

atq; nepotibus hic accipitur,quibus multiplicabunt regna ſecundum multitudinem populorum,iuxta tranſlationem chaldaicam Onkeli. hoc igitur uocabulum et de herbis et de plantis et hominibus dicitur. ſicut et de fructu legimus.fructus arboris et fructus uentris.

זְרוֹעַ Brachium. p̃s.cxxxvi. In manu potenti et brachio excelſo.& declinatur pluraliť in utroq; genere.In maſculino Geñ.xlix. Et diſſoluta ſunt uincula brachiorum manuū illius. In fœminino Danielis.x. Brachia eius et quę deorſum uſq; ad pedes. Recipit quandoq; aleph in principio.ut Iob.xxxi.Et brachiū meū cum ſuis oſſibus confringať.

זָרַק Sparſit.diſperſit.proiecit.Exodi.ix.Et ſpargat illum Moyſes in cęlum.et Exodi.xxiiij.Partem autem reſiduam fudit ſuper altare,ideſt ſpargendo proiecit.nam mox eandem dictionē rectius interpretatus eſt.Ille uero ſumptum ſanguinem reſparſit in populum.

מִזְרָק Peluis.gutturnum.Ieremię.lij.Et urceos et pelues et candelabra.&pluraliter declinatur in maſculino et in fœminino.

זֶרֶת Palmus. Iſaię.xl.Et cęlos palmo ponderauit.de quo ſupra.

זֶרֶת Menſura palmi.Exodi.xxviij. Menſuram palmi habebit.

חח

Amus.fibula.armilla.ut Exodi.xxxv.Armillas et inaures.&
h dicitur fibula ſic a ſpina,quia per annulū ſeu circulū tranſeūt
ſpinę quibus ueſtes ſubnectuntur.ſpina uero nominat חוח Canti-
corū.ij.Sicut liliū inter ſpinas.vnde hic circulus intra ſe gerens ſpinā
nomen accepit. qua ꝓpter ipſum ſępe pro circulo tranſferunt.ut Iſaię
xxxvij.Ponam ego circulum in naribus tuis.vbi per paragogen aſſu-
mit iod in fine ſicut alia pleraq;.&pluraliter legitur Ezechielis .xxix.
vbi nos habemus.Et ponam frenum in maxillis tuis.ibi hebręi legūt.
Et ponam fibulas ſeu hamos in maxillis tuis.Accipit etiam per epen-
theſim vau quod et ſpinam et fibulam ſignificat, ut ſupra dicit.& Iob
quadrageſimo . Aut armilla perforabis maxillam eius. quod hebręi
rectius:& ſpina perforabis.

חבב Dilexit uehementer.Deuteronomij.xxxiij.Dilexit populos.

חבא Aſcondit.ut Iob.xxiiij.pro eo quod nos legimus. Oppreſſe-
runt pariter māſuetos terrę.hebręi habent.Simul abſcōditi ſunt.ſicut
recte ponitur eiuſdem.v. A flagello linguę abſconderis. &.iiij. Regū
vi.Quę abſcondit filium ſuum. Mutat autē quandoq; aleph in he,et
econuerſo he in aleph.de quo uide Dauid kimhi in libro primo artis
grāmaticę,vbi de hoc uerbo et eius accidentibus ſingulare capitulum
poſuit.Inde nomen abſconſio חביון Habacuk.iij.pro eo quod ha
bemus nos.Ibi abſcondita eſt fortitudo eius . hebręi legunt. Et ibi ab-
ſconſio fortitudinis eius.

מחבת Patella in qua frixatur paſta.& ſecūdum Rabi Salomonē
fuit tale inſtrumentū in ſanctuario in quo pinſebantur oblata azyma
in oleo.Leuitici.ij.vbi nos legimus craticulā,Si autem craticula fuerit
ſacrificiū.ibi hebręi legunt patellam.Hieronymus trāſtulit ſartaginē.
Ezechielis.iiij.Et tu ſume tibi ſartaginē ferream.vbi capitur pro leui-
gali inſtrumento ſimili patellę quo parietes leuigant. Ad hoc chaldai
ca tranſlatio tam Ionathę quam Onkeli concordat. Inuenitur et ſine
mem in libro Paralippomenon.

חָבַט Excussit.purgauit.Iudicum.vi.Cumq; Gedeon filius eius ex cuteret atq; purgaret frumenta. quod tamen Hiero. aliter traduxit. Deuteronomij.xxiiij. Si fruges collegeris oliuarum.pro excusseris. Sic Ruth secundo. Virga cędens et excutiens.

חָבַל Excussit debitorem.pignoris loco accepit.pignorauit. Deuteronomij.xxiiij. Non accipies loco pignoris inferiorem et superiorem molam.et significantius transfert abstulit pro pignore.Iob.xxiiij. Abstulerunt pro pignore bouem uiduę.Inde חֲבוֹל pignus.Ezechiel xxxiij.Et pignus restituerit ille impius.

חָבַל Corrupit.deuastauit.demolitus est.dissipauit. dispersit.putrefecit. Ecclesiastis.iiij. Dissipet cuncta opera manuū tuarū. Isaię.xiij. Vt dispersat oēm terrā.et Canti.ij. Quę demoliunt uineas.translatio nostra in Nehemia similitudine uocis seducta,traduxit a vanitate.q̄d tamen per he scribit et nō per heth.pro eo enim quod dicere deberet. peccauimus fœditate fœdati sumus seu putrefacti uel corrupti sumus tibi.quo significato ipsum in Isaia quoq; reperies ca .x. Et cōputrescet iugum a facie olei.tamē sic posuit Nehemię.i.Peccauimus uanitate seducti sumus.& melius omnibus reperire licet Micheę.ij. Propter immundiciem eius corrumpetur putredine pessima.vbi ponitur et uerbum et nomen.

חָבַל Mensus uel partitus est.obligauit.irretiuit.illaqueauit. Prouerbioꝝ.xiij. Ipse se in futurū obligat.Inde funiculus. regula. pertica. funis.laqueus. Zacharię.ij. Funiculus mēsorum. et Amos .vij. Et humus tua funiculo metiet.& Isaię.xxxiij. Et oēs funiculi eius nō rūpent. et Ezechielis,xxvij. Quę obuolutę et astrictę erant funibus.

חָבַל Parturiuit.seu peperit.p̄s.vij. Ecce parturit iniusticiam.Inde partus חֶבֶל Isaię.lxvi. Antequā ueniret partus eius. & Canticorū octauo.pro eo quod nos habemus.Ibi corrupta est mater tua. ibi uiolata ē genitrix tua.hebręi legūt.Ibi parturire iussa est.īde nomē scilicet

חֶבֶל Dolor.fortasse a pariendo dictus.Isaię.xiij. Torsiones et do-

lores tenebunt.

חוֹבֵל Nauta seu patronus nauis,qui gubernator dicit̃.Ezechielis xxvij.Sapiẽtes tui Tyre fuerũt in te,qui sunt gubernatores tui. dictus fortasse a funibus regẽdis in naui.a quibus et arbor nauis quam malũ dicunt ita nominatur.

תַּחְבּוּלָה Versutia.consilium.astutia.malum ingenium. ut Proꝛuerbiorum.xij.Consilia impiorum est fraudulentia.

חֶבֶל Cuneus. societas. congregatio.conuentus.grex.i.Regum.x. Obuium habebis gregẽ prophetarꝝ.et eodem.Et ecce cuneus ꝓphetarum.& pro eo quod nos legimus psalmo .cxix.Funes peccatorum circumplexi sunt.verius exponunt,cateruę peccatorum.

חֲבָלִים Prędẽs et caput alicuius cõuentus seu cõgregationis.sed translatio.lxx.sicut et trãslatio nostra legit funiculos. Zacharię.xi. Et alterã uocaui funiculos . q̃d exponũt uel a dolore.uel a malo ingenio. vel a deuastatione.scilicet regẽ malũ.Exponũt autem Zachariam sic. vnam uocaui Noam idest dulcorem nõ decorem.intellige sacerdotẽ. & aliã uocaui hoblim .i.regem.sic Dauid kimhi in libro de radicibus.

חֲבַצֶּלֶת Rosa.flos.Canticorum secundo.Ego flos campi.

חִבֵּק Amplexus est. Ecclesiastis.iij. Tempus amplexandi et tẽpus lõge fieri ab amplexibus.significat et complicare.eiusdem.iiij.Stultus complicat manus.

חִבֵּר Coegit.congregauit.coaceruauit.collegit.coniunxit.sociauit. Geñ.xiiij.Omnes hi conuenerunt in uallem siluestrem, pro cõgregauerunt.& Exodi.xxvij.Duas oras iunctas habebit. Inde.

חָבֵר Socius.particeps.p̃s.cxix.Particeps ego sum oĩm timentiũ te. & ĩ fœmĩno genere.socia et particeps.Malachię.ij.Et hoc p̃ticeps tua.

חָבַר Incantauit.Deute.xviij.Ne sit maleficus nec incantator.& p̃s lviij.Et uenefici incantantis sapienter.pro quo Hieronymus.Nec incantatoris incantationes callentis. & Isaię .xlvij. Sta cum incantatori-

bus tuis. Itē in eodem. ꝓpter duriciam incantatorꝝ tuorꝝ uehementē.

חֲבוּרָה Tumor uel liuor carnis. Exodi. xxi. Liuorē pro liuore. q̄d alio in loco trāslatio nr̄a cicatricē uertit. p̄s. Putruerūt corruptę sunt cicatrices meę. dicit autem sic secundum magistros hebręorum. quod in tali percussione congregetur sanguis, et talis coniunctio sanguinis postꝙ diu perstat, apparet diuersis maculis.

חַבַּרְבּוּרָה Macula. uarietas. et uidetur a superiori deriuatum geminato medio. Ieremię. xiij. Aut pardus uarietates suas.

חָבַשׁ Vinciuit. ligauit. translatio nostra habet īposuit. Exodi. xxix. Et impones eis mitras. sed rectius Isaię. xxx. In die qua alligauerit dominus uulnus populi sui.

חֲבַת Patina siue patella. quod assumit quandoꝙ mem in principio. de quo supra.

חֲבַת Frixorium. sartago. ubi carnes friguntur. i. Paralippomenon nono. Prępositus erat eorum quę in sartagine frigebantur.

חָגַג Tripudiauit. festiuauit. celebrauit. feriauit. Leuitici. xxiij. Celebrabitis ferias dñi. vij. diebus. et infra. Celebrabitisꝙ solennitatem eius. Item et mēse septimo festa celebrabitis. vbi חַג significat ferias. solennitatem et festa.

חָגָא Pauor. tremor. Isaię. xix. Et erit tra Iuda Aegiptiis in pauorē.

חָגָב Bruchus. alij dicunt locusta. translatio nostra uarie traducit. scilicet pro locusta bruchū et ecōuerso. Leuitici. xi. atꝙ locusta, singla secundū genus suum. vbi paulo ante pro אַרְבֶּה posuit bruchum. vt est bruchus in genere suo. quod tamē frequētissime locustā uertit. Exodi. x. Et diuersa esse indicat anīalia. Ioelis. i. Residuū locustę comedit bruchus. sed Rabi Dauid kimhi in libro de radicibus determinat q̄d locusta sit genus, et bruchus species eius. aliqui dicūt hoc uocabulū etiam significare lumbos. dorsum. seu posteriora hominis. Ecclesiastis xij. Impinguabitur locusta. quod ipsi exponunt. onerabit dorsum.

חָגָה Scissura. rima. foramē. cauerna. Canticorꝝ. ij. Colūba mea in

foraminibus petrę.et in Abdia.habitantem in ſciſſuris petrarū. vbi in numero plurali mutat he finale in vau,quod eſt notandū.& Ionathan chaldęus in ſua tranſlatione chaldaica uertit inter duas petras.

חָגַר Circūdedit. cinxit. circūligauit.Exodi.xxix.Cingeſq; eos balt theo,Aarō ſcilicet et liberos eius.et eiuſdē.xij. Renes uŕos accingetis. et Ezech.vij.accingēt ſe ciliciis.pro q̄ hebręi.Induēt cilicia ſiue ſaccos. ſignificat et cōtrahi et cōſtringi.ut.ij.Regū.xxij. Et contrahent in anguſtiis ſuis.pro quo hebręi.& claudent in uinculis ſuis. hoc idē ponit in libro pſalmorū per metatheſin literarū.p̄s.xvij. Et claudicauerūt a ſemitis ſuis.pro quo hebręi.& formidabunt a clauſtris ſuis. Sed recte Claudicauerūt ſecundum linguam chaldaicam catametatheſin.

חָדַד Acuit. agilitauit.uelocitauit. Habacuk.i. Et uelociores lupis veſpertinis.Prouerbiorū.xxvij.Ferrū ferro acuit, et homo acuit faciē amici ſui.inde nomē ỳbale Iſa.xlix.Et poſuit os meū q̄ſi gladiū acutū.

חָדָה Gauiſus ſeu lętatus eſt.Exodi.xviij. Lętatusq; eſt Iethro ſup omībus bonis.et p̄s.xxi.Lętificabis eū in gaudio.vbi quidam libri hebraice impreſſi uitio librariorū habēt.viuificabis eū.ſed male.hoc etiā modo exponunt magiſtri hebręorum uerſiculum Iob.iij.Non computetur in diebus anni.ſic,Non gaudeat diebus anni.

חָדַל Deſiit.ceſſauit.dereliquit.dimiſit.Geñ.xli. pro eo q̄d Hiero. rhetorice circūloquēdo traduxit.Et copia menſurā excederet. hebraica ueritas legit ſic. Vſq; ad id q̄d deſiit numerari. quoniā nō erat numerus.Iob.iij.Ibi īpij ceſſauerūt a tumultu.inde nomē terminus.finis. nouiſſimus.ut Iſaię.liij.deſpectū et nouiſſimū uirorū. inde nomē ſubſtantiuū ceſſatio. p quo Hiero.quietē trāſtulit.Iſaię.xxxviij. Nō aſpiciā hoīem ultra et habitatorē q̄etis.ſed.lxx.verbaliť traduxerūt ſic. nō videbo hominē adhuc cum habitātibus.ceſſauit generatio mea. ut ſit punctus poſt habitantes.quod eſt contra linguę hebraicę proprietatem.vbi ipſa orthographia requirit poſt ſe genitiuum.

חָדָק Spinę genus.quod trāſlatio noſtra paliurū nominat.Micheę vij.Qui optimus in eis eſt,quaſi paliurus.

חֶדֶר Cubiculum.tertio Regum.xx.In cubiculum quod erat intra cubiculum.& reperitur positum more aduerbij ad locum.quod deno tat ultimum he quo scribitur.Geneſis.xliij.Et introiēs cubiculū fleuit. ponitur quandoqꝫ pro penetralibus et partibus interioribus. ut Iob nono.Et interiora austri.Scribit namqꝫ Rabi Abraham Ezraides.q̄d sunt quędam stellę in parte meridionali, quę cum non uideantur ab aquilonaribus,nominantur penetralia seu interiora austri.ut sunt stel lę antarcticę,de quibus hoc loco Iob mencionem facit.

חָדַשׁ Renouauit.instaurauit.Isaię.lxi.Et instaurabunt ciuitates de sertas.& psalmo.ciij·Renouabitur ut aquilę iuuentus tua. Inde nomē deriuatur Ecclesiastis primo.Nihil nouum sub sole.& dicitur sic men sis propter nouam lunam quę facit initium mensis cuiuslibet apud he bręos.sicut et latini mēsem a gręco mene idest luna dixerūt. & singulę triginta dies dicuntur חֹדֶשׁ et potissimum primus dies mensis eo dem uocatur nomine.quem nos kalendas appellamus . ut Ezechielis xlvi.Et adorabit populus terrę ad ostium portę illius in sabatis et in kalendis coram domino.vbi prędens nomen ponitur de quo agimus.

חוֹב Debitor.Ezechielis.xviij.Pignus debitori reddiderit.

חוּג Circuiuit.girauit.circinauit.Inde sphęra. circulus.girum. circi nus.Isaię.xliij.Et in circino tornauit illud.et eiusdem.xl. Qui sedet su per girum terrę.& Prouerbiorum octauo.quando certa lege & giro vallabat abyssos

חוד Proposuit.ęnigma.problema.exemplum.in quo aliquid arca num latet quod difficile explicatur.ut Iudicum decimoquarto.Propo nam uobis problema.& infra.Propone problema tuū.Inde חִידָה ęnigma.siue arcanum problema.ut in loco prędnominato.

חָוָה Ostendit.explanauit.enunciauit.ut Iob decimoquinto. Osten dam tibi audi me.quod aliter paulo ante interpretatur Hieronymus eiusdem decimotertio.Et ęnigmata percipite auribus uestris.pro enū ciationes meas.aleph enim hoc loco in principio assumptum facit no

men uerbale.in ſuperiori aũt primę perſonę futuri tẽporis eſt indiciũ.
חָוָה Aſſumit in prĩcipio mem.et ſignificat.regio.finis.ducatus.portus. p̃s.cvĩj. Et deduxit eos in portũ uolũtatis eorꝝ.i. ad finẽ uel locũ.
חָוַח Spina.de quo ſupra.ut Canticorum.ĩj. Sicut lilĩũ inter ſpinas.

חוּט Filum.Hieronymus traduxit vitta.Cãticorum.iiij.Sicut vitta cocinea labia tua.ſed Geneſis.xiiij.filum interpretatus eſt a filo ſubtegminis uſq; ad corigam.

חוּל Anxiatus eſt.cõtremuit.parturiuit.doluit.Iſaię.xxiij. Non parturiui et non peperi.Iſaię.liij.hinni quę non pariebas. et Micheę.iiij. Dole et ſatage filia ſion.& p̃s.cxiij.pro eo quod legimus. A facie dñi mota eſt terra.Hieronymus de hebraica ueritate ſic. A facie domini contremiſcit terra.hebręi ſic.A facie dñi parturita eſt terra. cui nõ ab ſimile legitur p̃s.xcvij. Vidit et cõmota eſt terra.& trãſfertur pro cruciatu inſtar dolorum parturientis.ut Ioelis.ĩj.A facie eius cruciabunt populi.Inde uerbum tranſitiuum ſecundum.contremiſcere fecit.ut p̃s xxix. Vox domini concutientis deſertũ et cõmouebit dominus deſertum cades.& geminat lamed.

חוֹלֵל Obſtetricauit.pręparauit partum.p̃s.xxix. Vox domini prę parantis ceruos.pro quo Hieronymus de hebraica ueritate. Vox dñi obſtetricãs ceruos. ĩde legit Iob .xxxix.parturiẽtes ceruas obſeruaſti.

חִיל Dolor.pſalmo.xlviij.Ibi dolor ſicut parturientis.Inde uerbum Iſaię.xxiij.Dolebunt cum audierint.

חָלַחַל Doluit.conſternatus et dolore commotus eſt.ut Eſter.iiij. Quod audiens conſternata eſt.geminato ſcilicet uerbo. Inde nomen anguſtia.dolor.Iſaię viceſimoprimo.Et anguſtia poſſedit me.

חָלַל Detraxit.infirmauit.truncauit.interemit . ut Iſaię viceſimotertio. Vt detraheret ſuperbiam omnis glorię.Inde nomen uerbale truncatus.vulneratus.interfectus.ut threnorum ſecundo. Quaſi uulneratus in plateis.& eiuſdem quarto.Melius fuit occiſis gladio.

חִלֵּל Violauit.contaminauit.polluit.prophanauit. ut Threnorũ

ſecundo.Polluit regnum & principes eius.Malachię ſecundo. Violãs pactum patrum noſtrorum.& infra eodem.Contaminauit Iudas ſanctificationem.Inde חֲלִילָה ideſt abſit tanquam pollutũ atq; profanũ.Geñ.xviij.Abſit a te.Significat etiã facere aliquid comune & publicare.ut Deutero.xx.Plantauit uineam et necdũ fecit eã comunẽ .i.publicauit. Inde dicit Leui. xxi.Meretrix.vile ꝓſtibulũ.i. publica.

חָלָה Cecidit. conquieuit. metatus eſt.uenit.moratus eſt.ſecundo Regum tertio.Et ueniat ſuper caput Ioab.& Ieremię.xxx.In capite impiorum conquieſcet.in alio loco traduxit veniet.ut eiuſdem.xxiij.Et tempeſtas erumpẽs ſuper caput impiorum ueniet. & threnorum.iij. Et non cœperunt in ea manus.quod hebrei exponunt.Et non metata ſunt in ea caſtra.uel non quieuerunt ſeu morabantur in ea loca. quia in momento et abſq; mora ſubuerſa eſt Sodoma.ut in eodem uerſu patet.& ſecundum hanc interpretationem exponit Rabi Ionas hunc verſum Eccleſiaſtis quinto.Eſt et alia infirmitas peſſima ſic. Eſt et malum ueniens uel cadens ſcilicet in hominem.

חָלָה Expectauit.ſperauit.Micheę primo.pro eo q̃d nos legimus. Quia infirmata eſt in bonum. Rabi Ioſeph . pater Dauidis kimhi. & multi Iudęorum traduxerunt.Quia expectauit uel ſperauit ad bonũ. & Geneſis octauo. Expectatis autem ultra ſeptem diebus.quod per protheſin iod et apocopen he ſepius inuenitur.

חוֹלֵל Fecit.formauit.creauit.pſalmo.xc.Aut formaretur terra & orbis.Inde nomen uerbale.Deuteronomij.xxxij. Oblitus es domini creatoris tui.et pſalmo.li.Ecce enim iniquitatibus conceptus ſum.pro factus ſeu formatuſſum.

חוֹל Arena.Iob.vi.Quaſi arena maris hęc grauior appareret. &.i. Regum.xiij.Sicut arena quę eſt in litore maris.

חוֹל Profanũ laicũ.i.Regũ.xxi. Non habeo laicos panes ad manũ.

חוֹל Aſſumit mem in principio et quandoq; he in fine.& ſignificat chorum.Exodi.xv.Egreſſęq; ſunt omes mulieres poſt eam cum tym-

panis & choris. & Canticorum ſeptimo. Quid uidebitis in Sulamite niſi choros caſtrorum.quod quidam ab inſtrumento muſico deriuari putant.ut infra.

חוּם Rufum.fuſcum.ut Geneſis triceſimo. Et quodcumq; rufum & maculoſum.de quo plenius infra.

חוּס Miſertus eſt.pepercit. curauit. pro quo Hieronymus doluit interpretatus eſt.Ionę quarto. Tu doles ſuper hederam.quod ſeptuaginta uerterũt ſic. Tu pepercisti ſuper cucurbita.ſed melius ſequitur. Et ego non parcam niniue. & pſalmo .lxxij. Parcet pauperi & inopi. vbi hebręi exponunt ſic.Miſerebitur ſuper pauperem et inopem.

חוּץ Extra.pręter.Geneſis.xix.Eduxerunt eum et poſuerunt extra ciuitatem. & Eccleſiaſtis ſecundo. pro eo quod legimus.Quis ita deuorabit et delitiis affluet ut ego.hebraica ueritas hẽt plus p̃ter me.

חוּץ Platea.Ieremię ſeptimo. Et in plateis Ieruſalem. Inde חִיצוֹן atrium exterius quam nos curiam uocamus. Ezechielis.xliij. Cumq; egredientur atrium exterius.quod aſſumit he in fine.et quandoq; ponitur ſine he.

חוּר Album ſeu candidum.quod Hieronymus traduxit hyacinthinum.Eſter octauo.Fulgebat ueſtibus regiis hyacinthinis uidelicet & aeriis.& eiuſdem primo.Aerij coloris et carbaſini.alio loco tranſtulit farinam,fortaſſe propter eius albedinem.Geneſis.xl. Quod tria caniſtra farinę haberem. quod tamen partim Iudęorum ita tranſferunt. Tria caniſtra alba.hoc eſt ex uirgultis et uiminibus decorticatis et albis facta.de quorum numero eſt Dauid kimhi in libro de radicibus. partim uero putant ea ſic dici a foraminibus.eoquod tales corbes uirgultis contexti ſint foraminoſi.& hos ſequitur Nicolaus de lyra.eo q̃ hor etiam foramen ſignificat.ut patebit.

חוּר Optimus quiſq;.& liberaliſſimus.ſignificãtur enim principes capitanei et magnates hoc nomine.ut Ieremię.xxvij.Et oẽs optimates Iuda et Ieruſalem.qui apud Arabes loben quaſi candidati dicuntur.

חוּר Spelunca.foramen.Canticorũ.v.Dilectus meus miſit manum ſuam per foramẽ.et Nahũ.ij.Et impleuit preda ſpeluncas ſuas.

חָרַשׁ Festinauit. Deutero. xxxij. Et adesse festinant tẽpora. & p̃s. lxx Dñe ad adiuuandũ me festina. & p̃s. cxix. Paratus sum et nõ sum turbatus. quod Hiero. in psalterio de hebraica ueritate melius traduxit. Festinaui et non neglexi. Inde nomẽ uerbale festinantes. pro quo translatio nostra habet accincti. Numeri. xxxij. Nos autem ipsi armati & accincti. et Ecclesiastis. ij. ꝓ eo quod nos legimus. Quis ita deuorabit et deliciis affluet ut ego. hebrei exponũt. quis comedet et quis agilior festinantior aut promptior est plus quam ego.

חָזִיז Apparẽtia macularum in uarietate nubiũ tempore pluuię. quã lxx. ĩterpretati sunt phantasiam. Zacharię. x. Dominus fecit phãtasias & pluuiam hiemalem dabit eis. pro quo translatio nostra legit. Et dñs faciet nubes et pluuiam imbris dabit eis. vbi Hieronymus ait. Nescio quid uolẽtes septuaginta phantasias interpretati sunt. sed Dauid kimhi in comentariis super duodecim causam qua moueri potuerunt assignat, quod a uisione talis dicta est apparitio in nubibus. nam חָזוֹת uisionis uerbũ est. ut infra sequitur, sicut et apud grecos a phanizo. i. appareo uenit deriuatiuũ uerbũ a q̃ phãtasia et phãtasma. i. apparitio.

חָזָה Speculatus est. vidit. contemplatus est. p̃s. lvij. Lętabitur iustus cum uiderit uindictam.

חָזֶה Pectus. ut Exodi. xxix. Sumesq̃ pectusculum de ariete. & pluraliter חֲזוֹת Leuitici. ix. Pectora eorum et armos.

חָזַק Confortauit. consolidauit. fortitudinem addidit. vim intulit. oppressit. p̃s. cxlvij. Quoniam confortauit seras portarum tuarum. & Isaię. liij. Et clauos tuos consolida. et Exodi. xij. vrgebantq̃ Aegyptij populũ. & Geneseos. xli. Nam et illos oppresserat fames. quod hebrei legunt. Et inualuit fames in terra Aegypti. Inde fortis et fortitudo & cętera secundum artem grammaticam.

חֲזִיר Sus. Leuitici. xi. Et sus quę cum vngulam diuidat nõ ruminat.

חָטָא Peccauit. ut Iosuę. vij. Peccauit Israel. Inde monosyllabice peccatũ. threnorũ. i. Peccatũ peccauit Ierusalẽ. ubi caret aleph. sicut alias sę

pe.et recipit terminationes ut in arte.Inde ſignificaꝫ etiam expiatio et ſacrificiū expiationis ſeu purgationis.Numeri.xxxi.Et aliquid in utẽ/ſilia prẽparatum de caprarum pellibus et pilis et ligno expiabitur.

חָטַב Secuit. excidit. ſcidit. cẽdebat. Deuteronomij.xxix.Exceptis lignorum cẽſoribus.

חִטָּה Frumentum.triticum.Iſaię.xxviij.Et ponet triticum per or/dinem.Et Ioelis primo.Vlulauerunt vinitores ſuper frumento:

חָטַם Obſtruxit.occluſit.obturauit.q̃d Hiero.interpretaꝫ frenauit. Iſaię.xlviij.Et laude mea infrenabo te.ſed hebrẽi exponũt hoc de furo re.ira.et magnanimitate.quã flatus narium indicat. ut de equis ſcribit Virgilius.iij.georgicon.Collectũq; premẽs uoluit ſub naribus ignẽ. vno enĩ uocabulo hebrẽi et nares .et furoris fremitũ ſignificari uolũt. ſcilicet אַף ſimiliter aũt et חוֹטֶם nares quoq; et furorẽ ſignificat. vt docet Rabi Dauid kimhi in comẽtariis ſuper Iſaiã et in libro de radi cibus.vnde mgr̃i hebrẽorũ ſic traducũt p̃dictũ uerſiculũ. Et ꝓpt̃ lau/dẽ meã obturabo nares tibi.i.cõtinebo tibi furorẽ meũ ad laudẽ meã.

חָטַף Rapuit cũ uelocitate motus.pſalmo.x. Inſidiaꝫ ut rapiat pau/perem rapere pauperem dum attrahit eum.

חֹטֶר Virga.Iſaię.xi.Egrediet̃ uirga de radice Ieſſę.et Prouer.xiiij. In ore ſtulti uirga ſuperbię.quod Rabi Ionas exponit. propter uerba quę loquitur ſtultus.veniet ſuper eum uirga ſuperba.hoc eſt procera qua dabuntur in eum grandes percuſſiones.

חַיִי Vita.Geñ.xxiij. Vixit aũt Sara.q̃d hebrẽi legũt.Erãt uitę ipſius Sara centũ.xxvij.anni.inde חַי uerbũ ideſt vixit.Geñ.xi. Porro Ar/phachſad uixit triginta quĩq; annos.inde חַי aduerbiũ iurãdi. Nũeri xiiij. Viuo ego et implebit̃ gloria dñi uniuerſa terra.et eodẽ modo.i. Regũ.xxv.viuit dñs et uiuit anima tua.ſignificat etiã uiuus uł uiuẽs.ut Iſaię.xxxviij.viuens uiuens ipſe confitebitur tibi.et p̃s.lv. deſcendant in infernum uiuẽtes.et ut ait Rabi Iuda omnium illorum primitiuum eſt חַיָּה ut Geneſis.xij. Et uiuat anima mea. Inde חַיָּה animans fera.beſtia.animal.Geneſis.xxxvij.Fera peſſima comedit eum.beſtia

deuorauit Ioſeph. vbi hebraica ueritas habet. Beſtia mala comedit eũ rapiens rapuit Ioſeph. & per continuitatẽ lectionis mutat he in thau. Geñ. i. Vt ſint uobis in eſcam et cũctis animãtibus terrę. pro oñi animali terrę. & pluraliť haioth. Ezechielis. i. Et animalia ibãt et reuertebanť. Inde nomẽ propriũ. hauah. q̃d nos dicimus eua ſecundũ grę cos, qui ſuas aſpirationes non pronũciant fortiter. ſic autem diciť eo quod ſit mater omnium uiuentium, ut dicit ſcriptura. in quo uocabulo mutatur iod in vau. ut ſępe alias.

חַיִל Robur. uirtus. fortitudo. exercitus. Ezechielis. xxxvij. Exercitus grandis nimis ualde. et p̃s. xxij. Fiat pax in uirtute tua. et Iſaię. lx. Fortitudo gẽtium ueniet tibi. et Ioelis. ij. Ficus et uinea dederunt uirtutem ſuam. quod ſeptuaginta tranſtulerunt fortitudinem ſuam.

חַיִל Subſtantia. diuitię. mammon. Iſaię. xxx. Portantes ſuper humeros iumentorum diuitias ſuas.

חֵל Reperiť ſine iod quandoq̃. et ſignificat etiã congregationẽ ſiue exercitum. ſicut ſuperius profectum cum iod. ut Abdię ultimo. Et trãſmigratio exercitus huius filiorum Iſrael.

חֵיל Paruus murus. uel antemurale. threnorum ſecundo. Luxitq̃ antemurale, et murus pariter diſſipatus eſt.

חֵין Gratia. oratio. deprecatio. ut Iob. xli. Et ad dep̃candũ cõpoſitis. Rabi Iona ſcripſit hoc uocabulũ inter primitiua. et iterpretatur firmitatem ſeu ualiditatẽ. quaſi diceret dñs ipſi Iob. nõ obmuteſcã mẽdaciis ſuis et uerbis potẽtibus, et ualida compoſitione ſua. ſic enim hebraice legitur. Alij uero grammatici Iudęorum deriuatum putant ab חָנַן vt infra patebit p̃ iterpoſitionẽ iod. ut in aliis pluribus fieri ſolet.

חֵיק Medietas. ſinus. ut Iſaię. lxv. Retribuã in ſinu eorũ. & .iij. Regũ xxij. Fluebat aũt ſanguis plagę in ſinũ currus. q̃d hebręi exponunt. In mediũ ſeu concauitatẽ ſiue profundum currus. cui applaudit tranſlatio chaldaica Ionathę.

חֵיץ Sepes. murulus. paries. ut Ezech. xiij. et ipſe ędificabat parietẽ.

חֵךְ Palatum. guttur. Canticoꝝ. vij. Guttur tuum ſicut uinum opti-

mum.et Oseę.viij.In gutture tuo sit tuba. & threnorum .iiij. Adhesit lingua lactentis ad palatum eius.

חַכָּה Hamus.Isaię.xix.Et lugebunt omnes mittentes in flumen ha mum.et Iob.xl.Leuiathan hamo.

חָכָה Expectauit. ut Isaię.xxx. Beati omnes qui expectant eum.& Habacuk.ij.Si moram fecerit expecta illum.

חָכַל Candidauit.fucauit.colorauit.ornauit.illustrauit.Gen̄.xlix Pulchriores sunt oculi eius uino.i.colore illustriori.et scribit Moyses Nehemanides Gerundensis clarissimus hebrę orū̄ author in penta teucho suo de hac dictione,quod per metathesin primarū̄ literarū̄ & geminato l a uerbo חָלַל oriatur.quod significet rubescere oculos ex potu uini.licet aliter translatum sit Ezechielis .xxiij. Circumliniśti stibio oculos tuos.

חָכַם Sapuit.uel sapiens fuit.ut Prouerbior̄.ix.Si sapiens fueris, ti bimetipsi eris. ꝓ eo quod hebraice legit̄. Si sapias, sapias tibiipsi. Inde sapiens et sapientia.ut in arte grammatica.

חַל Placenta.panis.torta.assumpto he in fine.uel per continuitat̄ lectionis thau pro he.quod Hiero. collyrida interpretat̄.ij.Regū̄.vi. Singulis collyridam panis unā.sunt aut̄ placent̄ lagana collyrid̄ di uers̄ species panum apud hebrę os.ut scribit Rabi Salomon Leuitici vij.Et collyridas olei admixtione consperśas panes q̄c̄ fermentatos.

חָל Assumpto he in principio.cœpit.incepit.ut.i.Regū̄.iij.Incipiā et cōplebo.et paulo superius.Et oculi eius caligauerant. pro q̄ hebrę i legunt cœperunt caligare seu tenebrescere. et Geneśis .iiij. Iśte cœpit inuocare nomen dn̄i.pro quo legūt hebrę i.tunc cœptum est ad uocā dum nom̄ domini.&.i.Regū̄.xxij.Num hodie cœpi pro eo cōsulere dominū̄.Inde nomen uerbale תְּחִלָּה ideśt exordium.principiū. initium.ut Prouerbiorum.ix.Principium sapientię timor domini.

חָלַל Infirmatum eſt.languit.conturbatus.vulneratus.interfectus.occiſus eſt.p̃s.cix.Cor meum conturbatum eſt intra me.quod Hiero. de hebraica ueritate traduxit.Cor meum vulneratū eſt intrinſecus.et Ezechielis.xxi.Vt daretis ſuper colla uulneratorum.& threnorum quarto.Melius fuit occiſis gladio quam interfectis fame.

חָלִיל Inſtrumentum muſicum.quod tranſlatio noſtra tibiā nominat.Iſaię.xxx.Et lętitia cordis ſicut qui pergit cū tibia. inde מְחַלֵּל buccinator ſeu tibicen.ut:iij.Regū primo.Canentiū tibiis et lętantiū.

חַלּוֹן Feneſtra.ut Geñ.xxvi.Proſpiciens Abimelech rex Paleſtinorum per feneſtram.&pluraliter declinat maſculine ac fœminine.Nā in maſculino genere ponitur.iij.Regū.vi.Fecitq; in templo feneſtras obliquas.at uero in fœmīno Ezechielis.quadrageſimo.Et feneſtras obliquas in thalamis.

חֲלָא Rubigo ęris ſecundum tranſlationē.lxx.et noſtram.Sed quidā hebręi putant eſſe ſpumā.Ezech.xxiiij.Olle cuius rubigo in ea eſt.

חָלָב Lac.ut Iſaię.lv.Emite abſq; argento et abſq; ulla commutatione uinum & lac.

חֵלֶב Adeps.ſcribitur quinq; punctis.Leuitici.vij.Qui obtulerit ſanguinem et adipem.&pluraliter maſculine.ut eiuſdem.viij.Poſuit ſuper adipes.Significat aūt omne pingue animalis.quod Onkelus in tranſlatione chaldaica indicat.Geñ.iiij.Abel quoq; obtulit de primogenitis gregis ſui & de adipibus eorum.pro q̃ chaldęus.& de pingue dine eorum.

חֶלְבְּנָה Galbane.aroma.Exodi.xxx.Sume tibi aromata ſtacten & onycham galbanen boni odoris.

חֶלֶד Subſtantia.vita.ut.p̃s.xxxix.Et ſubſtantia mea tanquā nihilū ante te.quod Hieronymus de hebraica ueritate traduxit.Et uita mea quaſi non ſit in conſpectu tuo.Sed hebręi tradunt ſignificari hocuo-

cabulo quandam durationem certi temporis.

חֹלֶד Muſtela.Leuitici.xi.De ijs q̃ mouent̃ in terra muſtela et mus.

חָלָה Languit.ęgrotauit.Iſaię.xxxix.Audierat enim q̃d ęgrotaſſet & conualuiſſet.& Canticoꝝ.ij.Quia amore langueo.Inde nomen geminatũ חֳלִי חֳלָיִם defectio.ęgrotatio. anxietas. Nahum ſecundo. Et defectio in cunctis renibus.

חָלָה Orauit.Exodi.xxxij.Moyſes autem orabat dominũ deũ ſuũ.

חָלִי Monile.et accipit terminationẽ he uel thau. Oſeę.ij.Et ornabatur inaure ſua et monili ſuo.& mutat iod in aleph.ut Canticorum.vij Iuncturę fœminum tuorum ſicut monilia.

חָלַט Vſurpauit. appropriauit. applicauit. rapuit .iij.Regum.xx. Rapuerunt uerbum ex ore eius.

חֵלֶד Pauper.ut p̃s.x.Oculi eius in pauperẽ reſpiciunt. Item in eodem. Tibi derelictus eſt pauper.et ſcribitur in fine per paragogen he. Nam quod pręcedit ſcilicet cadet cum dominatus fuerit pauperum. non uidetur eſſe recta tranſlatio.eſt enim iſtic חֳלָאִים dictio cõpoſita quaſi congregatio dolentium et oppreſſorum.ſecundũ Dauid kimhi in libro de radicibus.

חָלַם Somniauit. Geñ.xli. Vidi ſomnia nec eſt qui ediſſerat.pro q̃ hebręi legunt.Somnians ſomniaui.et interpres non eſt illius.

חָלַם Saginauit.impinguauit.augmentauit. roborauit.cõfirmauit. Iob.xxxix.pro eo quod ibi legimus.Separant̃ filij earũ. hebręi habẽt. Roborantur filij earum.ideſt creſcunt et augentur.

חֶלְמוּת Vitellũ oui.ſcilicet pilula rubea quę in ouo extat.nã albũ id clarũq; quo uitellum circumdatur חֵלֶד nominant.Iob.vi.vbi ne ſcio quonam motus tranſlator noſter ſic uertit.aut poteſt aliquis gu-

ſtare quod guſtatum affert mortem.cum nihil horum in hebrꝛo po/
natur.nec etiam ſequens uerſiculus.ſed loco eius ueritas ſic habet.An
extat ſapor in albo uitelli.quod quidem album excellens medicus Ra
bi Ishac exponit ſputamen craſſum ſeu phlegma oui quod inſulſum
nauſeamus.magiſtri namqꝫ iudꝛorum de ouo ſic dicere conſueuerũt
Extra חֶלְבּוֹן intra חֶלְמוֹן ideſt extra albugo intra uitellũ. vn/
de quidam putant nominari lapidem אַחְלָמָה de quo in litera
aleph.qui lapis eſt tertius tertij uerſus ſiue ordinis rationalis iudicij.
vt Exodi.xxviij.In tertio ligurius achates & amethyſtus.

חַלְמִישׁ Silex.petra.ſaxum forte.durũ. Deuteronomij.viij. Qui
eduxit riuos de petra duriſſima.ubi per endyadis figuram duobus uo
cabulis idem dicitur,quaſi diceret petra ſilex.quod uno uerbo cõple/
ctitur Iſaias ca.l.Ideo poſui faciem meã ut petram duriſſimam.

חַלּוֹן Feneſtra.Ieremiꝫ.xxij.Qui aperit ſibi feneſtras.

חָלַף Prꝛteriuit.tranſiit. mutauit. Canticorũ.vj.Himber abiit et re
ceſſit.& Iob.ix.Pertranſierunt quaſi naues.& p̃s.xc.Mane ſicut herba
tranſeat.mane floreat et tranſeat.inde uerbum tranſitiuum ſecundum
Geñ.xxxij.Ac mutate ueſtimenta ueſtra.& p̃s.cij. Et ſicut opertoriũ
mutabis eos et mutabuntur.Inde ueſtis mutatoria & cꝛtera deriuata
quꝫ alterationem & innouationem ſignificant.

חֵלֶף Pro.ſic dictũ a cõmutatione unius pro altero. Numeri.xviij.
Quia precium eſt pro miniſterio quo ſeruitis. & eſt ſcribendum ſex
punctis ſecundum Iudꝛorum grammaticos.

חָלַל Incidit.percuſſit.perforauit.Iudicum.v.Et tempus ualide per
forans.& Iob.xx.Fugiet arma ferrea & irruet in arcum ꝛreum. pro q̃
veritas habet.Et percutiet eum arcus ꝛreus.

מַחֲלָת Culter.ut Ezrꝛ primo.Cultri vigintinouem.ab incidendo
ſic dicti ut ſupra.

מַחֲלָפוֹת Cincinni ſiue crines. Iudicum decimoſexto. Si ſeptem crines capitis mei cum licio plexueris.

חָלַץ Diuiſit. partitus et diſtinctus eſt. ſeceſſit. ablatus eſt. Oſeę. v. Et non inuenient. ablatus eſt ab eis.

חָלַץ Extraxit. nudauit. ſoluit. oſtendit. Threnorum quarto. Sed & Lamię nudauerunt mammam.

חָלַץ Eruit. tulit. depoſuit. exuit. ut Deuteronomij. xxv. Tollet calciamentum de pede eius. & Leuitici decimoquarto. Iubebit erui lapides in quibus lepra eſt. Inde dictę ſunt ueſtes mutatorię, quę depoſitis & exutis prioribus induũt. ut Zacharię tertio. Et indui te mutatoriis.

חָלַץ Eripuit. liberauit. Prouerbiorum undecimo. Iuſtus de angu-ſtia liberatus eſt. & pſalmo. cviij. Vt liberentur dilecti tui. & pſalmo ſexto. Conuertere domine & eripe animam meam.

חָלַץ Lumbus. Iob triceſimooctauo. Accinge ſicut uir lũbos tuos. & Geneſis triceſimoquinto. Et reges de lumbis tuis egredientur.

חָלַץ Expediuit in armatura. inde armatus. quę ambo uno uerſiculo comprehenduntˇ. Numeri. xxij. Expediti pergite coram dño ad pugnã. & oĩs vir bellator armatus &cˇ. Inde armatura et arma bellica.

חָלַץ Impinguauit. quietauit. quieſcere fecit. incinerauit. ut Iſaiæ lviij. Et oſſa tua liberabit. pro quo ſeptuaginta traduxerunt. Et oſſa tua pingueſcent. ſecũdum quod dicitur Prouerbiorum decimoquinto. Fama bona impinguat oſſa. Scribit autem Rabi Dauid kimhi in libro radicum, ſimiliter et in libro cõmentariorum ſuper Iſaiam. quod magiſtri conſueuerunt hoc uerbum quatuor modis exponere. ſcilicet pro nudare. liberare. quietare. & armare.

חָלַק Diuiſit. diſtribuit. parauit. impertitus eſt. Deuteronomij. iiij. pro eo quod legitur. Quę creauit dominus deus tuus in miniſterium

cunctis gentibus.veritas ſic habet.quę diſtribuit dñs deus. & Onkelus chaldęus interpretatur parauit ſeu deſtinauit. & Ioſue.xviij.Diuidite uobis terram in ſeptem partes.

חֵלֶקָה Pars.portio.ager.hęreditas.Amos.iiij.Pars una compluta eſt et pars altera ſuper quam nõ pluuit aruit.pro quo hebręi quidam ager dicunt. ſed rectius per apocopen ſic diceretur.

חֶלֶק Ager.campus.ut.iiij.Regũ.ix.Ieſabel quoq; comedent canes in agro Iezrael.

חָלַק Mollificauit.leniuit.blanditus et adulatus eſt. dolo ſuaſit. doloſe egit.ut p̃s.xxxvi.Quoniam doloſe egit in conſpectu eius.& p̃s.v. Linguis ſuis doloſe agebant, pro blanditi ſunt. & p̃s.lv.pro eo quod nos legimus.Diuiſi ſunt ab ira vultus eius.veritas habet.Leniuerunt pluſquam butyrum os ſuum.Inde blandicię ac adulationes.p̃s.xij. Labia doloſa.quod Hieronymus in pſalterio de hebraica ueritate uertit labium ſubdolum.ſed uerius dicitur labium blandiciarum.

חֲלַקְלַקָּה Lubricum. leue. p̃s.xxxv. Fiant uię illorum tenebræ & lubricum.

חָלָק Leue et nõ ſcabrum.quod tranſlatio noſtra uertit limpidũ. primo Regum decimoſeptimo.Et elegit ſibi quinq; limpidiſſimos lapides de torrente.dictum a leuitate blandiciarum metaphorice.

חָלַשׁ Imbecillis.debilis.oppreſſus.colliſus.infirmatus.Exodi.xvij. Fugauitq; Ioſue Amalech.pro debilitauit.& Ioelis tertio. Infirmus dicat quia ego fortis ſum.

חָמַם Calefactum eſt.incaluit.ferbuit.Exodi decimoſexto. Cumq; incaluiſſet ſol.& Iſaię quadrageſimoſeptimo.Non ſunt prunę quibus calefiant.Haggęi primo.Operuiſtis uos & non eſtis calefacti. inde putant deriuari חֻמּוֹם rufum & fuſcum.ut Geneſis triceſimo. de quo ſupra diximus.nam ille color denigratione caloris fieri ſolet,ut ſcripſit

Aristoteles in libro de coloribus. cuius sunt uerba hęc grece. Melana pyrothenta, chroma phinicun. idest nigra ignita color rufus. Inde hoc nomine dicitur ęstus. ut Genesis. viij. Frigus & ęstus. scribitur tamen hoc cum holem. sed illud superius cum surek.

חֶמְאָה Butyrum. Isaię. vij. Butyrum et lac comedet. & ab eo quando quę aufertur aleph. ut Iob. xxix. Quando lauabam pedes meos butyro. & pluraliter declinatur sicut alia fœminini generis atq; formę. ut p̃s. lv. pro eo quod nos legimus. Diuisi sunt ab ira uultus eius. veritas habet. Leniuerunt plusquã butyra os suum. scribitur enim per aleph.

חָמַד Concupiuit. desyderauit. Micheę secundo. Et concupierunt agros. & Exodi. xx. Non concupisces domum proximi tui. nec desyderabis uxorem eius. ubi utrumq; significatum legitur. Inde uenit desyderium. Danielis nono. Quia uir desyderiorũ es. & inde deriuationũ varię formę quas legendo consequeris.

חַמָּה Sol. ut Canticorum sexto. Electa ut sol. sic nominatus scilicet propter ęstum.

חַמָּה Aestus. calor. p̃s. xix. Nec est qui se abscondat a calore eius.

חֲמִי Socer. Genesis. xxxviij. Nunciatum est Thamar quod socer illius ascenderet. & paulo post. Misit ad socerum suum. & reperitur generis comunis. Ruth primo. Orpha osculata est socrum suam.

חֵמָה Ira. furor. psalmo. xxxvij. Domine ne in furore tuo arguas me neq; in ira tua corripias me.

חוֹמָה Murus. Cãticorum. viij. Si murus est. & infra. Ego murus.

חֹמֶט Genus animalis immundi. quod translatio nostra lacertam nominat. Leuitici vndecimo. Lacerta & talpa omnia hęc immunda sunt. Dauid kimhi ipsum nominat limacam. cęteri testudinem.

חָמַל Pepercit. gratulatus est. indulsit. misertus est. Ieremiæ decimoquinto. Quis enim miserebitur tui Ierusalem. Malachiæ tertio. Et

parcam eis ſicut parcit uir filio ſuo. vbi alij exponunt. Et gaudebo ſuper eo ſicut gaudet uir ſuper filio ſuo. & Ionathas chaldæus indulſit interpretatur.

חֲמָן Imago. truncus ſacer. ſimulacrum. Leuitici viceſimoſexto. Et ſimulacra ueſtra confringam.

חָמַס Diſſipauit. contempſit. excidit. amouit. rapuit. ſecundum uarias tranſlationes. Nam noſtra tranſlatio habet contempſit. Ezechielis viceſimoſecundo. Sacerdotes eius contempſerunt legem meam. Quod Rabi Ionas exponit exciderunt funditus & extirpauerunt. chaldaica tranſlatio Ionathæ traduxit rapuerunt ſeu raptim amouerunt ſcilicet eoq; non ſtabilierunt neq; confirmarunt legem. & threnorū ſecundo. Et diſſipauit quaſi hortum. quod paſſiue aliter traducitur Ieremię decimotertio. Pollutę ſunt plantę tuę.

חָמָס Iniuria. iniquitas. rapina. ſecundo Regum viceſimoſecundo. De iniquitate liberabis me. quod Ionathas chaldęus traduxit. De manu omnium raptorum. Dauid Kimhi in comentariis ſuper quatuor exponit. De manu hominum rapinę & iniuriarum.

חֲמָס Auis immundę ſpecies veſci prohibitę. quam noſtra tranſlatio noctuam uocat. Sed iuxta thargum Hieroſolymitanū apparet quod eſt genus accipitris ab accipiendo & rapiendo ſic dictum. & ne valde a noſtra tranſlatione diſcedam. ego expono accipitrem nocturnum, quē Plinius libro decimo naturalis hiſtorię cymindin nominat. Cui ſimilem fuiſſe ſomnum poetice fingit Homerus. & eam auem lingua deorum chalcida nominari aſſerit. libro Iliados decimoquarto. Sic me interprete ſcribens. Chalcida quam ſuperi dicunt homineſq; cymindin.

חָמֵץ Fermentauit. ſuffiuit. ut Deuteronomij. xvj. Neq; enim poterat fermentari. et ſupra. Tulit igitur populus conſperſam farinam antequam fermentaretur. Inde nomen ut ſuperius eodem. Quicumq; comederit fermentatum. & omne fermentatum nō comedetis. Significatur etiam eodem nomine ſubacidum ſiue ponticum, quam ſaporis

ſpeciem Ariſtoteles in libro de ſenſu drimea uocat,ſcilicet aliquantulum guſtu aſperum.de quo Numeri.vi.Acetum ex uino et exq̃libet alia potione &c̃.quod ego de uerbo ad uerbum ita tranſferrẽ.Aſperꝫ vini et aſperum ſicerę non bibet.nam quod ſequitur & quicquid vua exprimit̃.non eſt de textu.voluit autem per ſiceram intelligi omnem potum qui nõ eſt uinũ inebriare tamen poteſt.quem Vlpianus citro mũ ſeu ceruiſiam appellauit.quo condiendo utunt̃ lupulo qui cauſam prebet fermentationis et acredinis.vnde quod in p̃s.lxxiij. dicit̃. quia inflammatum eſt cor meum. rectius Hiero. ſic uertiſſet. quia exacerbatum eſt cor meum.quam ut contractum in ſuo pſalterio de hebraica ueritate traduceret.

חֹמֶץ Sapidum. grati ſaporis. pro quo Hiero. poſuit Iſaię.xxx. Commixtum migma comedent. & ſeptuaginta interpretes tranſtulerunt.paleas commixtas ordeo uentilato.ſed Rabi Ionas exponit gratum guſtui delectabile et amœnũ.quomodo ſolet fœnũ eſſe iumẽtis.

חוֹמֵץ Violentus.Iniquus.nocens.p̃s.lxxi.De manu contra legẽ agentis et iniqui.quod Hieronymus in ſuo pſalterio traduxit . De manu iniqui et nocentis.hoc uerbo chaldaica tranſlatio utitur pro eo q̃d nos habemus confundit.Prouerbiorum.xxviij. Qui autem cõmeſſatores paſcit confundit patrẽ ſuum. vnde exponũt illud Amos quarto Et ſacrificate de fermentato laudem.aliter ſcilicet hoc modo. Et ſuffumigate de uiolentia.ſic enim Ionathas chaldaice tranſtulit.laudem,uel ſecundum Aquilam gratiarum actionem.

חוֹמֶץ Acetum.p̃s.lxix.Et in ſiti mea potauerunt me aceto.

חֲמוּץ Tinctus.coloratus.Iſaię.lxiij. Tinctis ueſtibus de bozra.q̃d lxx.interpretes uerterunt.Fuluis ueſtibus de boſor.

חָמַק Vertit.declinauit.Canticorum.v.At ille declinauerat. & Ieremię.xxxi.Vſqꝫquo deliciis diſſolueris filia uaga. ꝓ quo rectius.lxx. Vſqꝫquo conuerteris filia deſpecta.& Canticorum.vij.Iuncturę fœminum tuorum. hoc eſt vertebra coxarum . quę apud grecos Iſchia dicuntur.vnde morbus iſchiaticus quem illiterati ſciaticum uocant.

חֲמַר Vinum merum.pſalmo.lxxv.Calix in manu domini uini me

ri ideſt excellentis.& Deuteronomij.xxxij.Et ſanguinem vuę biberẽt meraciſſimum.& Iſaię.xxvij.In die illa uinea meri.

חֵמָר Cementum ex calce & arena comixtum.& argilla ſeu bythu

men quo aliqua inter ſe lutantur picantur ſeu ferruminantur.Geneſis vndecimo.Habuerunt lateres pro ſaxis,et bithumen pro cemento.ſic Geneſis.xiiij.Puteos multos bithuminis.eſt et lutũ. Exodi.i. Opibus duris luti et lateris.Inde uerbum uenit quod a luti ſimilitudine turba re ſignificat et intumeſcere. p̃s. xlvi. Sonuerunt et turbatę ſunt aquæ eorum.quod Hieronymus de hebraica ueritate traduxit.Sonantibus et intumeſcentibus gurgitibus eius. & duplicatur hoc uerbum more ſermonis hebraici.ut Iob.xvi.Facies mea intumuit a fletu.& threnor .i.Conturbatus eſt uenter meus.ſed rectius.Intumuerũt uiſcera mea:

חֹמֶר Corus.modius.Oſeę tertio.Et coro hordei et dimidio coro

hordei.Ezechielis.xlv. Vt capiat decimã partem cori bathus & deci mam partem cori ephi.

חוֹמֶר Accumulatio.quia intra ſe reſidunt fluctus ut ſolet in pela go contingere.Habacuk tertio.pro eo quod dicitur.In luto aquarum multarum. ſeptuaginta uerterunt. Conturbando aquas multas.Sed magiſtri hebręorum exponunt congregationem ex reſidentia intra ſe fluctuum.ut aſtipuletur id quod pſalmo.xxxiij.legitur. Congregãs quaſi in utre aquas maris.& talem intra ſe incubantem aceruum Iona thas etiam in ſua tranſlatione chaldaica inſinuat.

חֹמֶר Aceruus. agger. Exodi octauo, Congregaueruntq; eas in

immenſos aggeres.

חֲמוֹר Aſinus.a cumulis et ſarcinis ferendis ſic dictus.i. Regũ.xvi.

Tulit itaq; Iſai aſinũ plenũ panibus.ubi in hebraico deeſt plenũ. et di cit aſinũ panũ ſeu ſarcinã panũ.et Iudicũ.xv.In maxilla aſini in mandi bula pulli aſinarũ deleui eos.q̃d hebręorũ magiſtri ſic interpretant.In maxilla aſini accumulantis cumulos ſeu coaceruãtis aceruos in maxil la aſini p̃cuſſi uel ſecũdũ alios libros necaui mille uiros.et hic ſenſus ex chaldaica trãſlatione patet.et.iiij.Regũ.vi.Caput aſini .lxxx. argẽteis. Inde dici putant יַחֲמוֹר bubalum. Deuteronomij .xiiij. Ceruum

& capream & bubalum. Rabi Ionas ſcribit in lingua punica quoddam animal ſic nominari quod maximis capris eſt ſimile. quare noſtrates Iudęi exponunt gempſen.

חֲמֵשׁ Quinq;. & contra morem aliorum nominum terminationes generis tranſformat, in maſculino aſſumẽs in fine he aſpirationẽ. vt Geneſis. xlvij. Extremos quoq; fratrum ſuorum quinq; uiros conſtituit. & in fœminino ſine he. ut primo Regum. xxv. Et quinq; arietes coctos.

חֲמֵשׁ Inguen. ut ſecundo Regum ſecundo. Percuſſit ergo eum Abner auerſa haſta in inguine. & ut Lyra ſcripſit, eſt locus corporis humani poſt quintam coſtam, ubi uitalia membra latent. cuius expoſitionis author fuit ante Lyram Rabi Iohanan hebręus. qui dicit eum eſſe locum in hominis corpore ubi pendent iecur et fel. & ad humani pectoris ſimilitudinem arma bellica ſunt fabricata cum coſtis et iuncturis ferreis protegentia uirum uſq; poſt inguina. quę quidem arma greci thoracas & armatos thorectas appellant. pari modo hebręi armatos uocant חֲמֻשִׁים Exodi. xiij. Et armati aſcenderunt filij Iſrael de terra Aegypti.

חֲמֵשׁ Quintam partem impoſuit. quaſi loquimur decimauit. ſic diceremus quintauit. Geneſis. xli. Et quintam partem fructuum congreget in horrea. quod de uerbo ad uerbum liceat nobis ſic dicere. Et quintauit terrã Aegypti in abũdãtia annor; fertilitatis. reliqua uerba nõ ſunt de textu ueritatis hebraicę. pars aũt quinta dicit חֲמִשִׁית Numeri quinto. Quintamq; deſuper ei in quem peccauerit.

חֲמֵת Lagena. hydria. uter. Geneſis. xxi. Cumq; conſumpta eſſet aqua in utre. Itẽ ſuperius. Tollẽs panẽ et utrẽ aquę. ſic quidã exponũt verſum Habacuk. ij. Vę qui potum dat amico ſuo mittẽs fel ſuũ & inebriãs. aliter et hoc mõ. vę qui potũ dat amico eius admouens lagenã tuã ut inebrieť. vbi dictio p̃ſens uarias int̃pretibus ſuffecit trãſlatiões. Nam Symmachus traduxit thymon ideſt animũ ſiue furorẽ a nomĩe

hama de quo ſuperius tractauimus. iuxta q̃d et illud Deuteronomĳ xxxĳ. Fel draconũ uinum eorꝝ. Hieronymus in cõmentariis Oſeę traduxit. Furor draconum uinum eorꝝ. quod alĳ putãt rectius. poculum draconum uina eorum. Theodotion uerbum Habacuk ſuperius uertit diffuſionẽ. quinta editio ſubuerſionẽ irę. Aquila emiſſionem furoris. alia editio turbinẽ. alia amentiã turbidam. Sed doctiſſimus Rabi Abraham Ezraides exponit de eo qui calicem leuat, et proximũ ſuũ inebriat uino de uaſe tuo. iuxta uocabulum quod eodẽ modo legitur Oſeę. vĳ. Cœperunt principes furere a uino. quod ipſe et Dauid kimhi enunciãt utrem ſeu lagenam de uino ideſt plenã uino. & pater eius Ioſeph kimhi hunc uerſiculum intelligit de prelatis, qui cũ ſunt ſobrĳ dicuntur principes. poſt uero quam cœperunt repleri de lagena plena uino, dicuntur deluſores. ſunt etiam multi hebręorum qui dictum vocabulum pro ira & furore traducunt inſtar uerſiculi Iob. xxi. & de furore omnipotentis bibet.

חָנַן Gratificauit et per gratiã donauit. miſertus eſt. Exodi. xxxiĳ. Et miſerebor cui uoluero. rectius. miſerebor cui miſerebor. & ponit per apocopam ultimę literę nun. ſed integre legitur. Geñ. xxxiĳ. Quos donauit deus ſeruo tuo. & pſalmo. cxix. Et de lege tua miſerere mei. pro quo Hieronymus in ſuo pſalterio ſic. Et legem tuam dona mihi. Item Iudicum. xxi. Miſeremini eorum.

חֵן Gratia. Exodi duodecimo. Dominus autem dedit gratiam populo. quod in Iob per epentheſin iod reperitur. ſicut et in aliis quoq; dictionibus frequenter accidit. Inde uenit.

חֲנִינָה Miſericordia. gratia. pietas. & neſcio quare tranſlatio noſtra legit requiem. Ieremię. xvi. Seruietis ibi dĳs alienis die ac nocte qui non dabunt uobis requiem. vult enim propheta dicere. qui non preſtabunt uobis miſericordiam. ſic enim chaldaica tranſlatio uertit rahanim ideſt clementiam. Inde multa deriuata deprecatiua ut.

תְּחִנָּה Clementia. gratia. miſericordia. Ioſuę. xi. Et non mererent vllam clementiam. quidam interpretantur etiam precem. iĳ. Regum viĳ. Reſpice ad orationem ſerui tui et ad preces eius. et quod ſequit.

תַּחֲנוּן Deprecatio.obſecratio.oratio.ſupplicatio.Prouerbiorum xviij.Cum obſecrationibus loquitur pauper.ſic ſingulariter in maſculino.ut p̃s.cxxx.In uocem deprecationis meę.ſed pluraliter tam in maſculino.ut Zacharię.xij.Spiritū gratię et precū.quã etiã in fœminino vt p̃s.lxxxvi.Et intende uoci deprecationis meę.Inde ueniunt diuerſę formę uerborū deriuatiuorū,quas legendo bibliam experieris. ut eſt illud Deutero.iij.Precatuſq; ſum dominū,ideſt pecij donū gratuitū.

תֹּהוּ Fruſtra.gratis.ſuperuacue.p̃s.xxxv.Quoniã gratis abſconderunt mihi interitū laquei ſui.ſuperuacue exprobrauerunt animã meã per paragogen ab hen quod ex gratia & ſine premio ſit.

חָנָה Caſtrametatus eſt. ſuperauit. expugnauit. prę ualuit.manſit. habitauit.ut Iſaię.xxix. Vę ariel ariel ciuitas quam expugnauit Dauid, quod Ionathas chaldęus ſic interpretat̃.Heu altare altare filiorę ciuitatis quam ſuperauit uel in qua prę ualuit Dauid.Symmachus caſtrū, et Theodotion circūuallatio uerterunt. Refert Hieronymus quendam eruditiſſimū hebrę orū ut ipſe ait,habitaculum expoſuiſſe. quilibet in ſenſu ſuo abundat.nam idẽ uerbum Zacharię.ix.aliter tranſferunt.,p eo enim quod nos legimus.Et circūdabo domum meã ex ijs qui militant mihi.tranſlatio.lxx.ſic habet.Et ponã in domo mea el euationem. Inde deriuat̃ מַחֲנֶה ideſt circumuallatio.turma.caſtramãſio.et eſt generis comunis tã in ſingulari quã in plurali. Geñ.xxxij. Alia turma quę reliqua eſt ſaluabit̃.Ecce in ſingulari maſculino.Item in eodem.Si venerit Eſau ad turmã unã.Ecce in ſingulari fœminino . Itẽ in plurali maſculino Geñ.eodem. Et appellauit nomen loci illius mahanaim.i. caſtra.Itẽ in plurali fœminino in eodem loco.Diuiſit populū qui ſecū erat &c̃.in duas turmas.eſt et alia eius uocabuli forma quę legitur.iiij Regū.vi.In loco illo et illo ponamus inſidias.rectius de uerbo ad uerbum ſic.In loco ignoto et abſcõdito manſiones meę. Inde legit̃ Iudicū xix.חֲנוֹת ideſt manſiones ſeu habitacula ad pernoctandum.

חֲנִית Lancea.haſta.i.Regū.xxvi.Ecce haſta regis.et.ij.Regū.xxiij. Ipſe eſt qui leuauit haſtam ſuam.& in plurali eſt tam maſculini quam fœminini generis.

חָנַט Gemmauit seu fructuum grossos arbor quelibet produxit.ut Canticorum.ij. Ficus protulit grossos suos.& in arabico nominant triticum hintin a germinando.quod hebraice hitkon dicunt.

חָנַט Condiuit aromatibus. quod nostri dicunt balsamauit.ut in corporibus mortuorum fieri solet longo tempore sine putredine duraturis.Genesis.l. Vt aromatibus condirent patrem suum .& sequit. quibus iussa explentibus.quod uerius ita transferetur. Et condierunt aromatibus medici Israelem.

חֲנָמַל Pruina.ut ps.lxxviij.Et moros eorum in pruina. quod Hieronymus frigus uertit.sed hebrei dicunt quod sit species grandinis.

חָנַךְ Imbuit.initiauit.domesticauit.et a primis rudimētis exercuit. Prouerbiorū.xxij.pro eo quod legit.prouerbium est.adolescēs iuxta viam suam.hebrei habent.Exercere puero. uel imbuere adolescētem iuxta uiam suam.idest prima debent esse puerorū exercicia secundum indolem eorū scilicet parum et adhuc parū.secundū quod teneritudo eorū ferre potest.Inde dicunt vernę et domestici alicuius חֲנִיכִים idest asueti et legibus domus imbuti.ut Geñ.xiiij. Numerauit expeditos vernaculos suos.

חָנַךְ Initiauit.dedicauit.sacrauit. Deuteronomij.xx.Quis est homo qui ędificat domū & nō dedicauit eā . Rabi Ionas ducit huius uerbi significatum ex superiori.Inde nomen dedicatio. ut in titulo psalmi xxx.Psalmus cantici in dedicatione domus Dauid.

חָנֵף Hypocrisauit.seduxit.preuaricatus est.accepit personam. polluit.sic enim translatio nostra legit Ieremię.xxiij .Propheta namq; & sacerdos polluti sunt.vbi translatio chaldaica Ionethę habet. fecerunt furtum legis eorū.idest uerba legis tenentes abutūtur mēte legis quę propria dei est.& aliud simulant aliud agunt.vnde nomen חָנֵף trā slatio nostra hypocritam uertit Isaię.ix. Quia omnis hypocrita est & nequam.In sequenti capitulo eiusdem transfert fallax. Ad gentē falla

cem mittam eum.hoc est vitiosam.sic Rabi Salomon exponit id quod legimus Numeri.xxxv.Ne polluatis terram habitationis uestrę.idest ne uitietis terram.cui alludit translatio nostra si bene emendetur Isaię xxiiij.Et terra infecta est ab habitatoribus suis.idest secundum Dauid kimhi in comentariis.quasi uideatur maligna et deserta nullū proferens fructum.Omnia huius uocabuli deriuata significant maliciam et dolum acceptionemq; personarum.

חָנַק Strangulauit.necuit.laqueo suffocauit. Nahum.ij. Et necauit leęnis suis. itē.ij.Regum.xvij.Et dispositā domo sua suspēdio interiit. & Iob.vij.Quamobrem elegit suspendium anima mea.

חֶסֶד Beneficium.gratia uel graciositas.lxx.eleos interpretati sunt. vnde nostra translatio ubiq; habet misericordia.p̄s .lxxxix.Misericordias domini ineternum cantabo.Quoniā dixi eternū misericordia ędificabitur.p quo nos legimus. quoniam dixisti ineternū misericordia ędificabitur in cęlis.& Ionę.ij.Misericordiam suam derelinquūt.idest beneficia ingrati non recordantur.

חָסִיד Virtuosus.sacer.qui est in statu gratię sanctus,benefitia dei consecutus.p̄s.xviij.Cum sancto sanctus eris.

חֶסֶר Vitiosum.sacrum idest execrabile.ut est apud Virgiliū. auri sacra fames nepharium.damnabile.Leuitici.xx.Nephariam rem operati sunt.occidentur.

חֲסִידָה Ciconia.nostra translatio porphyrionem traduxit. Leuitici.xi.Onocrotalū et porphyrionem.auis est immūda et edi ꝓhibita.

חָסָה Texit.protexit.sperauit.tutatus est.Sophonię.iij.Et sperabūt in nomine domini.sic etiam chaldaica translatio habet.Prouerbiorū xiiij.Sperat autem iustus in morte sua.& psalmo.lxi.Protegar in uelamento alarum tuarum. & psalmo .xxxvi. In tegmine alarum tuarum sperabūt, alias tutabuntur . & Deuteronomij.xxxij.Vbi sunt dij eorꝝ in quibus habebant fiduciam.quod alij traducunt.vbi sunt dij eorum robur in quo tutati sunt.

חָסַל Perdidit. deuaſtauit. abſumpſit. deuorauit. Deutero. xxviij. Quia locuſtę deuorabunt omnia. rectius ſic. quia deuorabit ipſum locuſta. Inde חָסִיל ideſt rubigo. Ioelis. i. Reſiduum bruchi comedet rubigo. ſed aliter uertit tranſlatio noſtra Iſaię. xxxiij. Sicut colligitur bruchus. & aliter. lxx. interp̃tes ſic. quomō ſi quis cōgreget locuſtas.

חָסַם Os occluſit. Deuteronomij. xxv. Non ligabis os bouis. Inde nomen cuiuſdā clauſtri quo iumentis ora claudunt. dict̃ū מַחְסוֹם quod tranſlatio noſtra appellauit cuſtodiam. ut p̃s. xxxix. Poſui ori meo cuſtodiam.

חָסַן Potens. fortis. Amos. ij. Et fortis ipſe q̃ſi quercus inde חוֹסֶן theſaurus. diuitię. potētia. Iſaię. xxxiij. Diuitię ſalutis ſapiētia et ſciētia.

חָסַפַס Iuncto mem in principio. minutum album gregatim ſparſum. quod Hieronymus traduxit quaſi pilo contuſum. Exodi. xvi. Apparuit in ſolitudine minutum et quaſi pilo contuſum.

חָסַר Defecit. defuit. diminutum eſt. iij. Regū. xvij. Nec lecythus olei minuetur. & infra. Et lecythus olei non eſt imminutus. ideſt non defecit. & Geneſis. xviij. Quod ſi minus quīquaginta iuſtis quinq; fuerint. quod uerius ſic traducitur. Si forte deficiāt quinquaginta iuſtorū quinq;. et Eccleſiaſtis. i. Et ſtultorū infinitus eſt numerus. quod ſic coēs ętate noſtra theologi hactenus allegauerunt. ſed nuſq; hęc ſententia reperitur. eſt enim recitatus textus ita de uerbo ad uerbum in linguā latinam traducendus. Et defectus non poterit reparari. conſyderabis aliquādo circa hoc uocabulum defectus noſtros in ſcriptura ſacra, ut hyperbolice loquar, infinitos defectus. de quibus utinam nobis deus miſericors largiatur tempus copioſius diſſerendi.

חָפַת Defendit. occultauit. protexit. velauit. Deute. xxxiij. quaſi in thalamo tota die morabit̃. q̃d hebraica ueritas et Onkelus chaldaice de uerbo ad uerbū ſic traducūt. Erit ꝓtector ꝓ eo tota die. inde חוֹף .i. ſtatio nauiū. qa occultat et defendit naues a uētis. ut dicūt hebręorū grāmatici Geñ. xlix. Zabulō in litore maris hītabit et ī ſtatiōe nauiū.

חָפַח Occultauit. cooperuit. velauit. Iere. xiij. operuerūt capita ſua.

חָפַז Precipitauit.festinauit.ij.Regũ.iiij.Cũq; festinaret ut fugeret. & p̃s.cxvi.Ego dixi in excessu meo.quod Hiero. traduxit in stupore meo.sed uerius in festinatione uel precipitatione mea.Inde nomẽ uerbale חפזון .i.festinatio.quod cũ prępositione aduerbialiter transfertur.Exodi.xij. Et comedetis festinanter. rectius cum festinatione. passiuum eius legit̃.i.Regũ.xxiij.pro eo quod nostra translatio habet. Porro Dauid desperabat se posse euadere.veritas hebraica de uerbo ad uerbũ sic legit.Et fuit Dauid festinatus ad eundũ a facie Saul. & p̃s. ciiij. A uoce tonitrui tui formidabunt.idest cum pauore mouebunt̃.

חָפָן Interior pars manus. quę vola dicitur Ecclesiastis.iiij.Melior est pugillus cũ requie quã plena utraq; manus cũ labore et afflictiõe.

חָפֵץ Placuit.voluptatem.uoluntatẽ.complacentiã. dilectionẽ habuit.Geñ.xxxiiij.Amabat enim puellam ualde.quod secundũ hebraicam ueritatẽ de uerbo ad uerbum sic transferendum esset. Quia complacentiam habuit in filia Iacob. & Canticoꝝ.viij. Donec ipsa uelit.i. voluntatem habuerit.ut p̃s.cxlvij.Non in fortitudine equi uoluntatẽ habebit.Inde nomen uoluntas.beneplacitũ.p̃s.i. Sed in lege domini voluntas eius.

חָפַר Fodit.Genesis.xxi.Quoniam ego fodi puteum istum.

חָפַר Explorauit.et a fodiendis rimis rimatus est.cõsiderauit.Iosuę .ij.De filiis Israel ut explorarent terram.Item paulo post. Et omnem terram considerare uenerunt.

חֲפוֹר Talpa a fodiendo dicta.Isaię.ij.Talpas & uespertiliones.alij dicunt esse speciem auis.

חָפַר Confusus est.erubuit.Isaię.xxiiij.Et erubescet luna et confundetur sol.& Micheę.iij. Et confundentur qui uident uisiones & confundentur diuini.

חָפַשׂ Inuestigauit. scrutatus est. Prouerbioꝝ.xx.Quę inuestigat oĩa secreta uentris.& in Abdię principio ponit̃ passiue.quomõ scrutati sunt Esau.& p̃s.lxxvij. Et scopebã spiritũ meũ.q̊d hebraice legit̃ in tertia ꝑsona trãsitiui secũdi.Et factus est inuestigare spiritus meus q̃si

licere t dicere. ſcrutificauit ſpiritus meus. eius et nomen et uerbum habēt p̄s. lxiiij. Scrutati ſunt iniquitates. defecerunt ſcrutantes ſcrutinio. ſcribitur autem nomen cum zeri et ſęgol.

חָפַשׁ Mutauit habitum. iij. Regum. xxij. Porro rex Iſrael mutauit habitum ſuum & ingreſſus eſt bellum.

חָפְשׁ Manumiſit. liberauit. Iob. iij. Et ſeruus liber a domino ſuo. vbi paragogice adiicitur iod. nam ſine eo legitur Leuitici. xix. Nec libertate donata. Item eodem. Quia non fuit libera ideſt liberta.

חֵצִי Sagitta. iaculum. Ieremię. ix. Sagitta vulnerans lingua eorū. per apocopen literę geminatę. & p̄s. cxxvij. Sicut ſagittę in manu potentis. Inde nomē baliſtariorum ſeu phalangę armatorum et curruū. Iudicum quinto. Vbi colliſi ſunt currus.

חֲצִי Dimidiauit. Iob. xxi. Et ſi numerus menſium eius dimidietur.

חֲצָץ Scrupulus. calculus. lapillus in formam arenę diminutus & contuſus. et ſic a calculo metaphorice numerū traduxit in p̄ſens noſter threnor. iij. Confregit ad numerū dentes meos. q̄d hebręi legūt. Cōtudit in modū arenę dentes meos. alij confregit ſilice dentes meos. Sic Prouer. xx. Implebit os eius calculo. ſignificat etiā lapidē fulgureū. ꝓ q̄ Hiero. ſagittas q̄q; trāſtulit. p̄s. lxxvij. Etenim ſagittę tuę tranſeūt.

חָצַב Excidit. dolauit. incidit. effodit. fabrefecit. Oſeę. vi. Propter hoc dolaui in prophetis. & Deute. vi. Ciſternas quas nō fodiſti. Inde nomen p̄s. xxix. Vox dñi intercidentis flammā ignis. ꝓ q̄ Hiero. Vox dñi diuidens flammā ignis. & Iſaię. v. Et torcular extinxit in ea.

חָצָה Separauit. partitus eſt. diuiſit. dimidiauit. Numeri. xxxi. Ex media parte filiorū Iſrael quā ſepauerat. Inde mſta deriuata ſcd'm artē.

חֵצֶן Gremiū. ſinus. alij vlnas exponūt ſeu brachia. ſicut nos legīus Iſaię. xlix. Et afferēt filios ſuos in ulnis. q̄d. lxx. traduxerūt in ſinu.

חָצַר Clanxit. ſcilicet geminato zade. i. Paralippo. xv. Sacerdotes clangebant tubis. Inde חֲצֹצְרָה ideſt taratantara tuba claſſica. Oſeę. v. Clangite buccina in gabaa tuba in rama.

חָצֵר Villa. atrium. Ezechielis. x. Et atrium repletum eſt ſplēdore.

glorię domini.et eſt generis comunis tã in ſingulari quã in plurali.& Leuitici.xxv.Si aũt in uilla fuerit domus quę muros non habet.

חָצִיר Herba.fœnum.Iſaię.xxxvij.Et herba tectorum quę exaruit. & eiuſdem.xl.Omnis caro fœnum.et eiuſdem .xv. Quia aruit herba.

חָצִיר Porrum.Numeri.xi.Porricę et cœpe & allia.

חָקַק Decreuit.prȩcepit.ſtatuit.tulit leges.Iſaię.x. Ve qui condunt leges iniquas.& Prouer.viij.Et legum conditores iuſta decernũt. Inuenitur et per defectum alterius kuf. Prouerbiorꝝ.viij. Quãdo certa lege et giro uallabat abyſſos.Itẽ quãdo appẽdebat fundamẽta terrę.

Inde nomẽ מְחֹקֵק ideſt legiſlator.prȩceptor.et maxime in ſacris canonibus.q̃d noſtra tranſlatio dux tranſtulit. Geñ .xlix. Nõ auferet ſceptrũ de Iuda et dux de fœmore eius.et alibi prĩceps . Iudicũ.v.Cor meũ diligit principes Iſrael.Illic enim legitur ſine mem. reperitur iod abundans in fine.Iſaię.xxij.memoriale diligenter in petra.

חֹק Prȩceptum.ſtatutum.congruentia . legitimũ.conſuetum.Geñ. xlvij.Quibus et ſtatuta cibaria ex horreis publicis prȩbebãtur.& accipit in fine he,ſitcę fœminini generis. ut Numeri.ix. Prȩceptum idem erit apud uos tam aduenę quam indigenę.

חִיקֵק Cogitabundus.conatus.pro quo tranſlatio noſtra habet magnanimus.Iudicũ.v.Magnanimorum reperta eſt contentio.

חָקַק Inſcripſit.depinxit.inſculpſit.Ezechielis.xxiij.Cumcę uidiſſet viros depictos in pariete.

חָקַר Probauit. expertus eſt. perquiſiuit.inueſtigauit.explorauit. Deuteronomij.xiij.Quȩre ſollicite et diligenter.& p̃s. cxxxix. Proba me deus et ſcito cor meum.& eodem paulo ſuperius. Domine ꝓbaſti me et cognouiſti.pro quo Hieronymus tranſtulit.Domine inueſtigaſti me.Inde uerbum tranſitiuum ſecundum Eccleſiaſtis.xij. Enarrauit quę fecerat et inueſtigauit.Inde nomen Iudicum.v. Magnanimorum reperta eſt contentio. pro quo Ionathas chaldęus rectius ſollicitatio ſeu cogitatio cordis traduxit.

חָרַר Aeſtuauit.ſuccenſuit.aruit.Iob.xxx.Et oſſa mea aruerũt pręcaumate.per apocopẽ res literę et aſſumptionem he. et.ij. Regũ.xxij. Quoniã iratus eſt ei.ſic etiam Ionathas chaldaice traduxit. et Geñ.iiij. Quare iratus es.Paſſiuum eius legit̃ p̃s.cij.Et oſſa mea ſicut cremium aruerunt ideſt uſtulata ſunt.& perdit in fine he.ſic Ieremię.vi.Defecit ſufflatorium in igne ideſt combuſtum ſeu uſtulatum eſt. Inde.

חֲרֵרָה uel חָרָר Siccum uel ſiccitas.Ieremię.xvij.Sed habitabit in ſiccitate in deſerto.et nota q̃d reperit̃ qñq; prima duplicata.ut Deutero.xxviij.Ardore et ęſtu.eſt autem חַרְחֻר morbus ardens.

חָרַב Exiccatum eſt.Geñ.viij. Viditq; quod exiccata eſſet ſuperficies terrę.q̃d tranſtulit Hieronymus vacuefactus.Iob.xiij. Et fluuius vacuefactus areſcat.Inde uerbũ graue, quod noſtra trãſlatio exponit ad deſertum deducere. Nahũ.i.Et oĩa flumina ad deſertum deducẽs. Inde nomen חֲרָבָה ſiccum.Exodi.xiiij. Et uertit mare in ſiccum. vnde eſt illud adiectiuũ Prouer.xvij.Melior eſt buccella ſicca. & Leuitici.vij.Siue oleo conſperſa ſiue arida fuerit. & aliud nomẽ חֹרֶב ſiccitas.Iudicũ.vi.Et in oĩ terra ſiccitas.et Iſaię.xxv.Quaſi calore ſub nube torrẽte.&p̃r declinat̃ in genere fœminino. ut Iſaię .xlviij. Non ſitierũt in deſerto.pro nõ ſitierũt in aridis ſeu ſiccitatibus. quo motus Hiero. in ſuo pſalterio de hebraica ueritate p̃s.xxxij. ꝓ eo q̃d nos legimus.Dum configitur ſpina.rectius ſic tranſtulit.Cũ exarſerit ęſtas.

חֹרֶב Aeſtus.ut Deute.xxviij.Ardore et ęſtu. et ſcribit̃ ſex p̃ctis.

חֶרֶב Culter.gladius.et eſt genus ad oĩa ferramẽta acuta quibus ſcindimus.Ezechielis.v.Sume tibi gladium acutum radentem pilos. & Iudicum.vij.Gladius domini et Gedeonis. Scribit̃ et ipſum q̃q; ſex punctis.Item Exodi.xx.Si enim leuaueris cultrũ tuũ ſup̃ eo polluet̃.

חָרַב Deuaſtatũ et deſolatũ eſt.Ieremię.ij.Et portę eius deſolamini vehemẽter.et Oſeę.xiij.Et deſolabit fontẽ eius.rectius.Et ſiccari faciet fontẽ eius.et uerbũ tranſitiuũ Sophonię.iij.Deſertas feci uias eorũ.

חָרֵב Coruus.ſecundum.lxx. et noſtrã tranſlationem Sophonię.ij.

Coruus in ſuperliminari.ſed non ita hebrei.

חַרְגֹּל Species uolatilis quatuor habēs pedes,cuius ſuffragines retro ſunt longiores.q̄d animal tranſlatio noſtra nominat ophimachū. Leuitici.xi.Et attacus atq; ophimachus.alij dicunt eſſe genus locuſte.

חָרַג Cinxit.ligauit.contraxit.conſtrinxit.ij.Regū.xxij.Et contraheñ in anguſtiis ſuis.quod per metatheſin literarum חָגַר legitur. p̄s.xviij.Et claudicauerunt a ſemitis ſuis.de quo ſupra locuti ſumus.

חָרַד Perterritus eſt.pauit.ſtupuit.uel horruit potius.Iſaie.xxix.Et ſtupebunt et timebūt a facie cōmotionis manus dñi.et.i.Regum.xiij. Et omnis populus perterritus eſt qui ſequebatur eum.&.iij.Regū.i. Territi ſunt ergo et ſurrexerunt.

חָרַר Curauit.laborauit.ſedule miniſtrauit.iiij.Regū.iiij.Ecce ſedule in omnibus miniſtraſti nobis.quod hebrei et Ionathas chaldeus ſic vertunt.Ecce procuraſti nobis omnem procurationem iſtam.vbi & nomen uerbale quoq; inuenitur additione he in fine.

חָרַד Mouit ſe pre terrore ſubito.quod Hieronymus traduxit formidauit.&in alio loco auolauit. Oſee.xi. Et formidabunt filij maris. Item paulo inferius.Et auolabunt quaſi auis ex egypto.

erudiui.Inde מוּסָר eruditio. diſciplina.ut hęc ābo patēt Prouer.i.
Ad ſciendū ſapientiā et diſciplinā, ad ſuſcipiendum eruditionem do-
ctrinę.Inde pro caſtigatione et correptione ſumitur. ut Ieremię.xxxi.
Caſtigaſti me domine et eruditus ſum.
יָעַד Conuenit.cōſtituit.pactus.teſtificatus et pollicitus eſt. ꝓmiſit.
deſpōdit.Exodi.xxi.Si aūt filio ſuo deſponderit eā.et paulo ſuperius.
quā nō deſpōſauit.ꝓ q̄ nos legimus.cui nō tradita fuerit.et eius paſſi
uū ponit Exodi.xxv.ubi nos habemus.Inde prēcipiā et loquar ad te.
ibi hebręi legunt.Et teſtificabor tibi illic et loquar tecum.Inde per de
riuationem.pacta.conſtituta.fœdera. ſolennia.

יעח Purgauit.depurauit.tranſlatio noſtra interpretatur ſubuertit. Iſaię.xxviij.Et ſubuertet grando ſpem mendacij.quod hebręi ita expo nunt.Et purgabit. remouebit. auferet. grādo ideſt inimicus ꝓtectio/nem mendacij.Inde יעים ideſt ſcobę quibus domus mundant̄ et im mundicię auferunt̄,quę fiunt quandoq; ex alis aucarū pennatis.q̄nq; ex porcinis ſetis in unum faſciculū uinctis.tranſlatio noſtra quā legi/mus uertit tridentes ſeu vncinos.Numeri.iiij.Omnia vaſa quibus in miniſterio eius utūtur.i. ignium receptacula. Fuſcinulas ac tridentes vncinos & batilia.

יעו Barbarus.obtuſus.robuſtus.brutus.quaſi per metatheſin עוי vbi abūdat iod.ideſt robur.fortitudo.Iſaię.xij. Quia fortitudo et laus mea dominus.vnde robuſtos homines et corpulentos dixerūt barba ros et imprudētes.iuxta comune prouerbiū. Raro breues humiles, longos raro ſapientes.Inde בוער imprudens.barbarus.Iſaię.xxxiij. Populum imprudentē non uidebis. ideſt ineloquētem et barbarum. quod facili tranſitu ipſius nun in lamed et econuerſo dicimus in eodē ſignificato לועו p̄s.cxiiij.In exitu Iſrael de ęgypto domus Iacob de populo barbaro.

יעט Inuoluit.induit.ut p̄s.ciij. Amictus lumine ſicut ueſtimento.i. Induens lucem quaſi ueſtimentum.ſic enim rectius vertit. & Iſaię.lix. opertus ē q̄ſi pallio zeli.ego legerē.operuit uel induit q̄ſi palliū zelū.

יעל Iuuit.profuit.Habacuk.ij.Quid ꝓdeſt ſculptile quia ſculpſit id fictor ſuus.et Iſaię.xxx.qui eis ꝓdeſſe nō potuit,nō fuerūt in auxiliū.

יען Eoquod.ꝓpterea.ꝓpter q̄d.pro eo. vice. ut Leuiti.xxvi.Eoq̄d abiecerint iudicia mea.ubi textus hebraicus propter uehementiam co minationum bis idem uocabulum poſuit.quaſi diceret vice et inuicē eius quod abiecerint iudicia mea.

יענה et יען Struthio in fœminino.Leuitici.xi.Struthionem & noctuam et larum.Iſaię.xiij.Et habitabunt ibi ſtruthiones. in maſculi/no genere threnorum.iiij.Quaſi ſtruthiones in deſerto.

יָעַת Defecit.laſſatus.defeſſus.fatigatus eſt.Habacuk.ij.Et gentes in vacuum deficient.pro defecerunt.& Iſaię.xl. Et non deficient neq; laborabunt.Item qui dat laſſo uirtutem.Item in eodem. Deficiēt pueri et laborabunt.Inde nomen adiectiuū feſſus.ij.Regū.xvi. Vinū aūt ut bibat ſi quis defecerit in uia.quod de uerbo ad uerbū ſic legit. Et uinū ut bibat feſſus in deſerto.Inde putant dictum Danielis.ix.Ecce uir Gabriel quem uideram in uiſione a principio cito uolans tetigit me. ubi quidam magiſtri מוּעָף בִּיעָף iuxta noſtram tranſlationem uerterunt.volās uolatu.quaſi diceret.cito uolans.non ab hoc noſtro preſente vocabulo.ſed ab עוּף ideſt uolauit. de quo inferius in ſua lra. in qua opinione eſt Rabi Dauid kimhi in libro radicum ſic exponens hunc locum.Gabriel quem uidi in uiſione initio quū erat uolans deſuper,tunc uidi quod fuit appropinquās ad me.Sed Rabi Leui ben gerſom,qui teſte Paulo Burgenſe in ſcrutinio Magiſter Leo de Banolis vulgo nominatus eſt.in ſuis cōmentariis ſuper eundem prophetam interpretat memorata Danielis uerba iuxta deriuationem expreſſe a preſenti uocabulo ſic.Gabriel quem uideram ab initio fatigatus fatigatione applicuit ad me.quod ſi utroſq; ſequamur dicendū eſſet. Gabriel vel fatigatus uolando uel uolans cum fatigatione tetigit me.

תּוֹעֲפָה Robur.fortitudo. Numeri.xxiij.Cuius fortitudo ſimilis eſt rhinocerotis ſeu vnicornis.

יָעַץ Decreuit. cogitauit . conſultatione concluſit.ſtatuit.Iſaię.xxiij. Quis cogitauit ſup tyrum.et infra.Dominus exercituū cogitauit hoc. & eiuſdem.xiiij.Dominus exercituū decreuit.& ante.hoc conſiliū q̄d cogitaui ſuper omnem terram.Inde conſiliarius. qui in conſilio habet decretum et authoritatē interponere, ſicut erant Romanorę bini conſules.Iſaię.ix.Admirabilis conſiliarius deus fortis. qui in iure dicitur ſilentiarius cui ſumma ſecreta credunt.vnde vetuſtiſſimi hebręorum ſapientes uetabant ne legis arcana traderent niſi לְיוֹעֵץ חָכָם .i. conſiliario ſapienti.Inde conſilium.ps.i.Beatus vir qui non abiit in cō ſilio impiorum.per apheresin iod.

יַעַר Sylua.Deuteronomij.xix.In ſyluam ad ligna cędenda.& Can-

ticorum.ij.Sicut malus inter lingna ſyluę.&pluraliter declinatur etiã in fœminino genere.

יַעַר Fauus.Canticorum.v. Comedi fauum meum cum melle meo.

יָפֶה Pulchrefieri uel pulchreſcere ſignificat.ut Canticoꝝ.vij. Quã pulchri ſunt greſſus tui.ubi ſi latinitas patereť legi oportuit.quantum pulchruerunt uiciſſitudines tuę.Item in eodẽ.quam pulchra es et decora.eius paſſiuum ponit Ezechielis.xxxi. Erat pulcherrimus in magnitudine ſua.pro pulcher factus eſt uel fuit. Inuenitur hoc uerbum geminatum propter excellẽtiam pulchritudinis ſignificandã. p̃s. xlv. Specioſus forma prę filiis hominum.pro pulcherpulcher fuiſti. & inuenit per apocopẽ.Ezechielis.xxviij.Sup pulchritudinẽ ſapiẽtię tuę.

יָפַח Apud ſe meditatus eſt.et intra ſe diſpoſuit.uel ſecũ conſtituit atq; ordinauit.nam uarias inuenio tranſlationes.Hieronymus in Habacuk ca.ij.apparuit inquit.ſic enim legimus.Et apparebit iu finem et non mentieť.vbi.lxx.uerterunt.Et orietur in fine.multi traducunt. Et loquetur ad finem. Sic enim exponit ipſum doctiſſimus grãmaticus Rabi Dauid kimhi in cõmentariis ſuper duodecim.& idẽ in libro radicũ inſinuat hoc uerbũ ſignificare aliquid intra ſe meditari, et muſſitando ſeu murmurando ſecum parare atq; diſponere. cui aſſentitur tranſlatio chaldaica Ionethę.vnde id quod legimus. p̃s.xij. Fiducialiť agam in eo.Item quod traduxerunt Prouerbioꝝ.xiiij. Profert mendacium doloſus teſtis.vbiq; ab hebręis exponiť.loquitur uel dixit.

יָפַע Illuſtrauit.clarificauit.depurauit.Indeĩ fine addito he uel thau. illuſtratio.apparitio.decor.puritas.Ezechielis.xxviij.Et polluent decorem tuũ.& Deuteronomij.xxxiij.poniť uerbũ deriuatũ. Apparuit de monte pharan.q̃d Onkelus chaldaice exponit.Apparuit in maieſtate ſuper monte pharan.quod alio in loco noſtra tranſlatio neſcio quare traduxit adiuuit.Iob.x.Et conſilium impiorum adiuues. quod hebręi illuſtras dicunt.

יֹפִי Prępoſito mem et holem.portentum alicuius futuri ſignũ q̃d prodigium dicimus.p̃s.lxxi.Tanquã prodigium factuſſum multis.& Deutero.vi.Fecitq; ſigna et prodigia magna.in maſculino genere.

יָצָא Exiuit.egreſſus eſt.Habacuk.iij. Egredietur diabolus.et paulo inferius.Egreſſus es in ſalutem populi tui.& ſępe inueniť per defectū aleph.ut Iob.i.Nudus egreſſus ſum de utero.Item inueniť per apheresin iod.Iſaię.xxx.Egredere dices ei.Inueniť et hoc modo geminatū pro germine quod oritur et egrediť.ut eiuſdem.xxxiiij.Orbis et oīe germen eius.Significat etiam hoc more filios et nepotes. eiuſdē.xxij. vbi nos legimus.vaſorū diuerſa genera. ibi chaldaica trāſlatio habet. Filios et filiorum filios.pro quo Symmachus et Aquila traduxerunt. Nepotes et commixtos.ſicut idem Iſaias ca.xlviij.ſcripſit.Stirps uteri tui ut lapilli eius.pro quo Ionathas chaldęus exponit.Filij tui et filij filiorum tuorum.& צֹאִים ſunt ueſtimenta quę exuunť ut ſordida. Zacharię.iij.Et Ieſus erat īdutus ueſtibus ſordidis.vnde educere hoc verbum ſignificat et extrahere.quod fit primę ſyllabę addita vau ſra cum aſpiratione more coniugationis uerborum grauiū. Geneſis.xv. Eduxit eum foras.& Exodi.xx.Qui eduxi te de terra Aegypti.

יָצַב Statuit.a ſiſtendo. Deuteronomij.xxxij. Conſtituit terminos populorum.& uerbum deriuatum.p̄s.ij.Aſtiterunt reges terrę.Inde ſtatua . monumentum. titulus.Geñ.xxxv.Ille uero erexit titulum lapideum.pro quo hebręi legūt.Et ſtatuit Iacob ſtatuam in loco.& paulo inferius.Erexitq; Iacob titulum ſuper ſepulchrum eius,hic eſt titulus monumenti Rahel.quod ſic hebręi legunt.Et ſtatuit Iacob ſtatuā ſup̄ ſepulchrum eius,ipſa eſt ſtatua ſepulturę Rahel uſq; hodie.

יָצַג Locauit.poſuit.ſtatuit.Geneſis.xxx.Poſuitq; eas in canalibus. putāt autem hoc uerbum grammatici quidam e numero eorum eſſe quę a nun litera ducunt initium.

יָצַע Expandit.ſtrauit.extendit.expoſuit.Iſaię.lvij. Et ſaccum et cinerem ſternere.& Iob.xvij.Et in tenebris ſtraui lectulum meum.

יָצַק Fudit.Leuitici ſecundo.Fundetq; ſuper eam oleum.Item conſtituit.fixit.firmauit.pſalmo.xli.Verbum iniquum conſtituerunt aduerſum me.Sed rectius Hieronymus in pſalterio ſuo de hebraica ue-

ritate.verbū impietatis infundebāt ſibi.Omnes aūt eiuſcemodi locos Rabi Iuda quaſi eiuſdē aut ſimilis eſſe ſignificationis autumat ſi intelligentia recte ad penetrationem infuſionis et firmitudinē referatur.

יָצַר Finxit.formauit.creauit.orſus eſt.Geñ.ij.In quo poſuit hominem quem formauerat.& p̄s.xxxiij.Qui finxit ſingillatim corda eorꝝ. & Iſaię.xliij.Creās te Iacob et formās te Iſrael.Inde figulus.p̄s.ij.tanq̄ vas figuli.et figmentum.p̄s.ciij.Ipſe cognouit figmentum noſtrum.

יֵצֶר Cogitatio uel potius deſyderium atq̄ cupiditas.Geñ.vi.Et cūcta cogitatio cordis intenta eſſet ad malū.et dicit̄ de bono et de malo.

יָצַר Artauit.coanguſtauit.Prouer.iiij.Nō artabunt̄ greſſus tui.

יָצַר Trepidauit.anxius fuit.et anguſtatus.Geñ.xxxij.Timuit Iacob valde et perterritus fuit.et.i.Regū.xxx.Et contriſtatus eſt Dauid valde.habet aūt ſignificationem tribulationis et anguſtię. q̄d nomē inde deriuatum oſtendit p̄s.cxviij.De tribulatione inuocaui dominum.

יָצַת Accendit.combuſſit.Iſaię.xxxiij.Spinę congregatę igni comburentur.&.iiij.Regum.xxij.Et ſuccendetur indignatio mea.

יֶקֶב Torcular.Oſeę.ix.Area et torcular non paſcet eos.

יָקַד Vſſit.accendit.exarſit.Deuteronomij.xxxij.Et ardebit uſq̄ ad inferni nouiſſima. & uide diligenter Iſaię decimo. vbi nos legimus. Succenſa ardebit quaſi combuſtio ignis.Inde nomina uerbalia. ut Leuitici ſexto. p eo quod nos legimus.Cremabitur in altari tota nocte. rectius hebrꝛi ſic.pro exuſtione ſuper altari. & pſalmo.ciij. Sicut cremium aruerunt.ideſt ſicut exuſtum.

יְקַח Auſcultauit. obediuit. vnde eſt nomen illud uerbale de quo tot & tanti doctores & Iudęi & Chriſtiani tam uaria ſcribunt, quod ponitur in prophetia Iacob.Geneſis quadrageſimonono. Et ipſe erit

expectatio gentium ideſt יקהת alij namq; interpretantur expectatio.ut nos legimus.alij aggregatio.ut Lyra noſter poſt Rabi Salomonem qui eodē modo exponit. alij ut talmutiſtę quidā ſic uertunt. & ei erit deuaſtatio ſeu confractio gentium. alij a ferro obtuſo ſimili ſcilicet uocabulo dicunt q; ille obtundet ſeu hebetabit gentes. Sed dimiſſis opinionibus.nos ſequimur nobiliſſimos hebręorum grammaticos dicentes,auſcultationem & obedientiā hoc uocabulo ſignificari. & hoc cernitur quicquid dicant alij chaldaica tranſlatio Onkeli ſentire cum uerſiculum prędictum ſic tranſſert.Et ei auſcultabunt populi. ad quod pro ſimili allegant uerſiculum Salomonis. Prouerbiorum triceſimo.Et qui deſpicit partum matris.vbi idem uocabulum ponit. quem & Rabi Salomon Gallus & Rabi Moyſes Gerundenſis in ſuo pentateucho.& Rabi Dauid kimhi in libro de radicibus unanimiter exponunt de auditu & auſcultatione ſic.Oculum qui ſubſannat ſeu irridet patrem & qui deſpicit auſcultando matrem.quanquam nōnulli rugas tranſferant,ſcilicet qui deſpicit rugas matris.quos & Lyra probat.de hoc latius Gerundenſis ſcripſit in loco prędallegato.

יקע Affixit.ſuſpēdit in patibulo.Numeri viceſimoquinto. Et ſuſpē de eos contra ſolē in patibulis.Inde illud videt aliquibus eſſe deriuatum quod ſcribitur Geneſis triceſimoſecūdo.Tetigit neruum fœmoris eius.quod de uerbo ad uerbum ſic legatur.Tetigit manu neruum eius & affixa eſt manus neruo Iacob.

יקף Circumdedit.obſedit.pſalmo decimoſeptimo.Inimici mei animam meam circumdederunt.& pſalmo viceſimoſecundo.Conſilium malignantium obſedit me.

יקץ Euigilauit.experrectus eſt.Geneſis nono.Euigilās autem Noe exuino.Habacuk ſecundo. Et ſuſcitabuntur lacerantes te.

יקר Fuit in precio. precioſum & magnipenſum eſt.pſalmo triceſimoſexto. pro eo quod nos legimus. Quemadmodum multiplicaſti miſericordiam tuam deus .Septuaginta tranſtulerunt os eplinthynas .i. ut multiplicaſti hoc eſt quantum auxiſti.ſenſum e ſenſu uerten

tes.nam hebraica ueritas ſic habet.Quam magnipenſa eſt miſericordia tua.Quod Rabi Iudas putauit uerbum eſſe.quia forte inueniebat ipſum in ſuis libris per cuph et patha ſcriptum, quemadmodum inuenitur p̄s.cxvi.Precioſa in cōſpectu domini mors ſanctorum eius. pro magnipenſa eſt.Cęteri uero grammatici iudicant ipſum eſſe nomen. eo quod in libris noſtris cōmuniter habemus per cuph et camez ſcriptum.ſicut primo Regum tertio.Et ſermo domini erat precioſus.hoc eſt honorabilis.Inde honorificentia ſeu magnidecentia et magnitudo ęſtimationis hoc nomīe intelligitur.Eſter primo. Ac magnitudinem atq; iactantiam potentię ſuę.

יָקַשׁ Irretiuit. laqueauit.retia poſuit.pedicas ſtatuit. aucupatus eſt. cœpit.pſalmo.cxli.cuſtodi me de laqueo quem ſtatuerunt mihi .hoc eſt.quem more uenatorum poſuerunt mihi. cuius paſſiuum ponitur Deuteronomij.xij. ꝓ eo quod legimus.Caue ne imiteris eas.rectius vertitur.Caue tibi ne capiaris ſeu illiciaris poſt eos. Rabi Salomō gallus exponit.ne rapiaris poſt eos.ab alio uerbo primitiuo. Sed Onkelus chaldęus interpretatur.ne ſcandalizeris poſt eos.ſecundum huius verbi ſignificationem quod illicere et irretire ſignificat.Inde tales aucupes et uenatores qui retia et pedicas ſeu offendicula atq; decipulas ponunt dicti ſunt יוֹקְשִׁים ut pſalmo.cxxiiij. Anima noſtra ſicut auis uel paſſer erepta eſt de laqueo uenantium ſiue uenatorum ſeu aucupum . et tranſfert vau in ultimā et ſignificat idē.Prouer.vi.Et quaſi auis de inſidiis aucupis.Inde מוֹקֵשׁ illex.decipula.uenatorę fouea. ſchādalum.ruina.offendiculum.et omne id quo incaute impingimus ad enormem leſionem.aut ad cuius pręſentiā nutamus. vnde noſtra trāſlatio ruinā uertit.Iſaię.viij.Et in laqueū et in ruinā hītātibus Irſm.

יָרֵא Timuit.Exodi.ij. Timuit Moyſes et dixit.et eiuſdē.i.Et quia timuerunt obſtetrices deū. &pl̄r in prima perſona futuri tēporis.Ioſuę ix.Timuimus igit̄ ualde.Inde nomē מוֹרָא timor uel terror. Geñ. ix.Et terror ueſter ac tremor ſit ſup cuncta animalia. Inuenit̄ tamē in eiuſmodi uocabl̄o ultimū aleph mutari in he.Itē paſſiue per nun.timēdus.terribilis.reuerendus.Geñ.xxviij.Quā t̄ribilis eſt locus iſte.Inde

illud p̃s.cxxx.Quia apud te propiciatio eſt et propter legem tuam. ꝓ quo Hieronymus in ſuo de hebraica ueritate pſalterio.apud te propiciatio eſt quia terribilis es.Diſcordia aũt tranſlationũ in eo loco accidit propter hoc uerbum תּוֹרָא q̃d ſi ſine pũctis ſcriptũ aſpiciatur. legi poteſt thora quod ſignificat legem.Si autẽ pũctetur ut debet ſcilicet per hirek camez et zere,ſignificat hoc noſtrum uerbum timearis. vt ſit lectio.Quia apud te propiciatio eſt ut timearis . potuerũt igitur lxx. interpretes in eo uerbo negligentes fuiſſe,ut trãſferrent thora uocabulum hebraicum in linguam grecã nomon.circa quod ſcriptores amanuenſes ultra peccauerunt reponentes loco nomon.i. legem hãc dictionem onoma.i. nomen.iam enim grece paſſim legitur.propter nomen tuum ſuſtinui te dñe.In quo duplex amborum error hic oſtẽſus deprehenditur. veritas autem ſic habet. quia tecum propiciatio ut timearis. ſic legunt hebrei oẽs.teſtatur hoc poſt ſuũ Rabi Salomonẽ Lyra noſter et Paulus burgenſis.aſtipulatur quoq; tranſlatio Hieronymi ſupradicta. ſic exponunt ſcribentes et commentatores eius loci Ioſeph kimhi et Abraham aben ezra et Salomon Gallus.

נוֹרָא Longinquum.Iſaię.xxi.vbi nos habemus de terra horribili. Iudęorum magiſtri legunt de terra longinqua ſcilicet Medoręm & Perſarum.ſecundum mentem Rabi Ionę.quia ſolent homines peregrina et longinqua timere cum neſciant eorum mores et conſuetudinem quare alia tranſlatio habet de terra hoſtili. quicquid enim inde ſolet deriuari.terrorem.trepidationem. timorem et horrorem ſignificat.

יָרַד Deſcendit.Exodi.xix.Eoquod deſcendiſſet dominus ſuper eũ. Inuenitur et quãdoq; per apheręſin iod.ut Iudicum.xix.pro eo quod legimus.& dies mutabatur in noctem.hebraica ueritas habet. Et dies deſcenderat ualde. quod Rabi Dauid in cõmentariis ſuper quatuor exponit.deſcenderat uerſus ueſperam.Inde uerbum tranſitiuũ ſecundum.quod noſtri deducere uel humiliare tranſferunt.threnorum.ij. Deduc quaſi torrẽtem lachrymas.i.fac deſcẽdere. Inde putant quidã deriuari מוֹרָד prominẽs.dependens.quaſi declinãs.iij.Regũ.vij. Quaſi lora ex ęre dependentia.q̃d exponunt extentũ uel expanſum.

יָרָה Miſit.proiecit.Exodi.xv.Currus Pharaonis et exercitum eius

proiecit in mare.et Ioſue.xvij. Vt coram dño deo ueſtro mittã uobis hic ſortem.reperitur quandoq; ultimũ he in aleph conuerſum. ut.ij. Paralip.xxvi. Vt mitterent ſagittas et ſaxa grandia.quandoq; utrũq; aufert apocope.ut Nũeri.xxi.ubi nos habemus. Iugũ ipſorꝝ diſperiit ab eſebon.ibi legunt docti hebrꝛeorꝝ.proiiciemus eos.et eum locũ ſic exponunt teſte Rabi Dauid kimhi in libro de radicibus. Proiiciemus eos et pugnabimus cũ eis quouſq; pereat Heſebon.ſed eam dictionẽ Rabi Salomon gallus deducit a nir hoc eſt dominiũ.& exponit ſic regimen et iugum q̃d habebant Moabitꝛ in Heſebon peribit inde uſq; ad dibon.hunc imitatur Lyra noſter. Accedit huc indubitatũ exemplum.ij.Regũ.xi.Ex muro tela mittant̃.Inde uerbũ graue addito vau primę ſyllabę.ut eodem Regum libro.ij.ca.xi. Et direxerunt iacula ſagittarij.ubi tam uerbum quam nomen inuenies inde deriuatum.

הוֹרָה Docuit.iiij.Regũ.xij.Quibus docuit eum Ioiada ſacerdos. Prouerbiorꝝ.iiij.Et docebat me atq; dicebat mihi.Inde nomen uerbale Prouerbiorꝝ.v.Nec audiui uocẽ docentiũ me ſiue doctorꝝ meorũ.

תּוֹרָה Inde nomen ſubſtantiuum legis doctrinę atq; inſtitutionis quod per continuitatem lectionis mutat ultimum he in thau. ut p̃s.i. Et in lege eius meditabitur.

יוֹרֶה Pluuia matutina.Deuterono.xi. Dabit pluuiam terrę ueſtrę temporaneã.vnde multa quę nos pro doctoribus magiſtris ſeu prꝛceptoribus traduximus.hebrꝛi ad himbrẽ et pluuiam referunt.

יָרֵחַ Luna.p̃s.ciiij.Fecit lunam in tempora.et quia menſe quolibet luna renouat̃. iccirco uocabulũ hoc etiam mẽſem ſignificat.Iob.xxix. Quis mihi tribuat ut ſim iuxta mẽſes priſtinos.ſed quia ſꝛpe multũq; renouatur in annos,quamuis una et eadem ſit atq; maneat una. tamẽ contra normam aliorum planetarum.declinatur pluraliter et more germanorũ in genere maſculino. ut Deuteronomij triceſimotertio. De pomis fructuum ſolis ac lunæ . pro quo hebraice lunarum legit̃.

יָרַט Seduxit.declinauit a bono.peruertit. aberrauit. Numeri.xxij. quia puerſa ẽ uia tua mihiq; cõtraria.et ita exponit rabi Dauid.ſed ra

bi Salomõ expõit ſcilicet placuit.ut ſit ſenſus.qñ placuit uia cõtra me.

יָרֵךְ Coxa.fœmur.Geñ.xxxij.tetigit neruũ femoris eius.et ifra.qui emarcuit in femore Iacob.et eiuſdem.xxiiij. Pone manum tuã ſubter fœmur meum.&pluraliter ſecũdum terminationem maſculinã.Exodi.xxviij. A renibus uſq; ad fœmora.

יָרֵךְ Pes candelabri uel haſtile unde procedunt calami cãdelarum. Exodi.xxv.Haſtile eius et calamos.

יָרֵךְ et יַרְכָּה Plaga.latus. regio. Leuitici.i. Ad latus altaris q̃d reſpicit ad aq̃lonẽ.ubi ponit ĩ maſculino.accipit aũt literã t̃minalẽ fœmĩni generis in eodẽ ſignificato.ut Geñ.xlix.ptingẽs uſq; ad Sidonẽ. ubi hebraica ☞itas ſic hẽt.et plaga latus ſeu regio eius uſq; ad Sidonẽ.

יָרַע Exaſperauit.malignatus eſt.callide egit et odioſe.Deutero.xv. Nec ages callide quippiã in eius neceſſitatibus ſubleuãdis.Iſaię.xv.Super hoc expediti Moab ululabũt,aĩa eius ululabit ſibi. ubi damorẽ & eiulationẽ doloris ĩminẽtis hõini ſignificat ſub duabus orthographię formis,et cũ iod et ſine iod.ſic enĩ Ionathas chaldaice trãſtulit. armigerĩ moab ululãt.pro anima ſua eiulãtes ſiue clamãtes. ſignificamus igit hoc uerbo aliquid fracto conſternato ſubtriſti et amaricato animo inuitum et ſuſpirantem agere.

יְרִיעָה Velũ.cortina.ſagũ.et q̃a eiuſcemodi cortinę ſolebãt q̃nq; expellibus fieri.iccirco nr̃a tranſlatio ſępe ,p cortina ſeu uelamine tra duxit pelles.ut p̃s.ciij.Extendẽs cęlum ſicut pellẽ.ubi rectius diceret. Expandẽs cęlũ ſicut uelũ.et ſimilit Canti.i.Sicut pelles Salomonis.i.ſicut cortinę lecti eius.alit enĩ et uerius hẽt nr̃a trãſlatio.Exodi.xxvi.Facies et ſaga cilicina undecim.ubi ueritas hebraica ſic legit.Et facies cortinas ſiue ſaga caprarum ideſt de capris ad tentorium ſuper tabernaculum.undecim ſagis facies ea.

יָרַק Spuit.Numeri.xij.Si pater eius ſpuiſſet in faciem eius.ſimiliter Deuteronomĩj.xxv.Spuetq; in faciem eius.

יָרָק Olus.uiridis herba aut pululãs quippiã.Geñ.ix.quaſi olera uirẽtia tradidi uobis oĩa.et.iiij.Regũ.xix.Et uirẽs herba tectorũ.ſimilit Deute.xi. legĩus.ubi iacto ſemĩe in hortorũ morẽ aq̃ dicũt irrigę.hebraica aũt ☞itas ſic.q̃d ſemĩabis ſemẽ tuũ et rigabis uiciſſitudĩe tua ſi-

cut hortum oleris. Inde nomẽ adiectiuũ viridis uel uirens. Iob. xxxix. Et uirentia quęq; perquirit.

יְרַקְרַק Sanioſum. flauum. ſubalbidum. Leuitici. xiij. Si alba uel rufa macula fuerit infecta. Quia uero illa flauedo aliquantulum ad auri colorẽ tendit. Inde uolunt deriuari aurugĩnem frugum uitiũ יֵרָקוֹן Haggei ſecundo. Vento vrente et aurugine. ſimiliter Amos quarto. Percuſſi uos in uento urente et aurugine.

יָרַשׁ Poſſedit. hęreditauit. aut ſucceſſione acquiſiuit. Ieremię. xlix. Nunquid non filij ſunt Iſraeli an hęres non eſt ei? Cur igit hęreditate poſſedit Melchom Gad. & paulo poſt ſequit. Et poſſidebit Iſrael poſſeſſores ſuos. & i. Paralippomenon. xxviij. Vt poſſideatis terram bonam. Numeri. xiij. Aſcendamus et poſſideamus terrã. quãdoq; uero inuenit per defectum iod in principio kataphęreſin. iij. Regũ. xxi. Surge poſſide vineam Naboth. Inde nomẽ uerbale hęreditas. p̃s. lxi. Dediſti hęreditatẽ timẽtibus nomẽ tuũ. inde uerbũ graue q̃d ſignificat expellere. delere. cõſumere. deuaſtare. Deute. iiij. vt deleret nationes. Iob. xiij. Et cõſumere uis me peccatis adoleſcẽtię meę. et Numeri. xiiij. Feriã igit eũ peſtilẽtia et cõſumã eũ. inde nomẽ poſſeſſor q̃ poſſidet. Abdię in fine. Et poſſedebit domus Iacob eos q̃ ſe poſſiderãt. i. poſſeſſores eorẽ. alias hęreditãtes ſiue hęredes. q̃d Hiero. ĩ libro explanationũ ſup Abdiã indicat his uerbis. Et poſſidebit domus ſupplantatoris Iacob eos qui ſe hęreditate poſſederant. Significat etiã alio modo depauperare. i. Regũ. ij. Dñs pauperẽ facit et ditat. & Prouer. xxx. Aut egeſtate cõpulſus furer. ꝑ eo q̃d legi debeat. Ne depauperer et furer. Inde pauper et paupertas abſq; iod in principio. p̃s. lxxxij. Et humilẽ & pauperem iuſtificate.

יָשִׁישׁ Antiquus homo multorẽ dierẽ. Iob. xv. Et ſenes et antiq̃ ſunt in nobis. q̃d in ſingulari nũero hebraice illic ponit. ſignificat aũt hoc uocabulũ vetus pluſquã ſenex et minus quã priſcũ quaſi longęuum. Et poteſt oriri a uerbo יָשַׁן quod ſignificat eſt. p̃s. vij. Si eſt iniquitas in manibus meis. ceu quod diu eſt & longe durat.

יָשַׁב Sedit.reſidentiam habuit. hoc eſt habitauit. Geneſis decimo tertio. Abram ſedit ſeu habitauit in terra Chanaan. & pſalmo primo. Et in cathedra deriſorum non ſedit. Inuenitur quãdoq; per aphęreſin iod aut metatheſin. inde tranſitiua ſecundo et uerba grauia. p̃s. cxiij. Qui habitare facit ſterilem in domo. Ruth. ij. Et nec ad momentum quidem domum reuerſa eſt. pro domi reſedit. alij ſic. Illa quę habitat domũ mediocrem ſiue paruam. eadem enim dictio ſimiliter interpretatur habitatio Ieremię. ix. Habitatio tua in medio doli. quaſi dicat cõuerſatio. Sępe autem confunditur preſens uocabulum cum שׁוּב q̃d inferius ponetur ideſt uertit. Ieremię. xxxij. Et reducam eos ad locum iſtum et habitare eos faciam confidenter.

יֶשׁ Eſt. quod per apocopen inuenitur יֵשׁ quarto Regum decimo. Nunquid eſt cor tuum rectum. et reſpondit eſt. inde תּוּשִׁיָּה quod tã uarie inuenio tranſlatũ ſicut cętera q̃q;, ut ſępe mihiipſi perſuaſum habeã multos interpretes ęque atq; noſipſos potuiſſe errare. noſtra enim tranſlatio legit ęquitas Prouerbiorum. viij. Meum eſt conſilium et ęquitas. alio in loco ſalus. ut eiuſdem libri ca. ij. Cuſtodiet rectorum ſalutem. item alio in loco iuſticia. ut Iſaię. xxviij. Et magnificaret iuſticiam. quod ſeptuaginta interpretes uerterũt conſolationẽ. Sed ego proprie uocabulum hoc dicerem ſignificare energiam ſeu efficaciam qua quis molitur opus ſuum ad rei exiſtẽtiam. quod mihi tranſlatio noſtra uidetur circumloquendo inſinuare Iob quinto. cum ait. Ne poſſint implere manus eorum quod cœperant. pro eo quod hebraice legitur. Et non facient manus eorum efficaciam. quod Ionethas chaldaice uertit ſapientiam in Iſaia ca. xxviij. quaſi deliberationẽ animi. Sic intelligit Rabi Dauid kimhi in commentariis ſuper duodecim illud Michęe ſexto. Et ſalus erit omnibus timentibus nomẽ eius. quaſi clamaret propheta in ciuitate. quis eſt uir ſapientię in eis hic ſolum timebit in corde ſuo nomen tuum. ita enim hebraice legitur. Et ſapientię uel deliberationis. hoc eſt. vir ſapientię uel deliberati animi timebit nomen tuum.

יֶשַׁח Humiliatio. recuruitas. declinatio. Michęe ſexto. Et humiliatio tua in medio tui. inde uerbum deriuatur humiliare ac recuruare

ut Isaię secundo. Et incuruauit se homo & humiliatus est uir. & infra. Et humiliabitur altitudo uirorum. Sunt autē multi qui hoc putant a fouea humi esse ortum. quę hoc nomine שַׁחַת dicitur. ut psalmo lxxxxiiij. Donec fodiatur peccatori fouea.

יָשַׁט Extendit. emisit. porrexit. Ester quarto. Nisi forte rex aureā virgam ad eum tetanderit. & eiusdem quinto. Et extendit contra eam virgam auream.

יָשַׁם Deculteſcit. ac incultum uastatum atq; desertum est. Genesis xlvij. Ne pereūte cultore redigatur terra in solitudinem. pro quo lra hebraica sic habet. Et non moriamur et terra non sordescat seu uastet. Rabi Salomon exponit non sit deserta. Onkelus chaldaice. non squaleſcat. Inde nomē Genesis. xxxij. In loco horroris et uastę solitudinis. & p̄s. cvij. Errauerunt in solitudine in deserta uia.

יָשַׁן Dormiuit. Geñ. xli. Rursum dormiuit et uidit alterū somnium. & psalmo tertio. Ego dormiui et soporatus sum. & Canticorū. v. Ego dormio et cor meum uigilat. Inde nomen uerbale per aphęresin iod. sopor. somnus. dormitio. p̄s. cxxvij. Cum dederit dilectis suis somnū. quod rectius Hieronymus traduxit. Sic dabit diligentibus se somnū. Et ponitur hic aleph in fine pro he litera. quæ per continuitatem lectionis in thau mutatur. p̄s. cxxxij. Si dedero somnum oculis meis.

יָשָׁן Vetus uel uetustum. vt Leuitici. xxv. Et comedetis ueteres fruges. & infra. Donec noua nascant edetis uetera. Inde uerbū senescere. inueterascere. durare in longū. Deutero. iiij. pro eo quod translatio nostra legit. Et morati fueritis in terra. hebraica ueritas habet in genere passiuo. Et inueterati fueritis in terra. ꝑ quo Onkelus chaldaice sic. Et antiqui facti fueritis in terra.

יֶשַׁע Salus. ut Habacuk. iij. Egressus es in salutē ppli tui. et in eodē loco. In salutē cū christo tuo. et int̄ponit vau cū lra finali he. p̄s. cxvij. Et factus est mihi in salutē. Reperit et in eodē significato cata ꝑthesin thau. p̄s. cxliij. Qui das salutē regibus. Inde ℣bū graue. i. Regū. xxv. et saluauit manū tuā tibi. et p̄s. xx. Nūc cognoui qm̄ saluificauit ul' saluū

fecit dominus christum suum. vnde in ps. xviij. legitur. O domine salua obsecro. O domine prospera obsecro. Quod hebraice sic habetur הוֹשִׁיעָה נָּא hoschiana. cuius loco in sacrificiis nostris ꝓnunciamus osanna. propter imperitiã linguę sanctę. Inde saluator. Iudicũ tertio. Postea clamauerunt ad dominum. qui suscitauit eis saluatorẽ. & Nehemię. ix. Dedisti eis saluatores. in numero plurali. & quamuis ab hoc deriuet nostri saluatoris sacratissimũ nomen propriũ, tamẽ cũ tot assumat literarum administrationes, merito non grammaticis sed cõtemplantissimis uiris iudicandũ relinquã. de quo multa in capnione nostro disseruimus. At uero poterit idem nomen a uerbo substantiuo יֵשׁ ortum esse. eoquod Christus Iesus dixerit. Antequã Abraham fieret ego sum.

יָשְׁפֵה Iaspis. Exo. xxviij. In quarto chrysolithus onychinus berillus. vbi pro berillo quidam uerterunt iaspidẽ, vox enim consonat. sed nostrę lectioni astipulat chaldaica translatio. nam pro iasep, tã Onkelus quam Ionathas ambo chaldęi burla traduxerunt, quod nostri berillũ putant. Sic in omni lingua tantus est error in uocabulis rerũ, ut in eis exquirendis plurimi ętate mea diligẽtissimi exquisitores pene frustra mihi laborasse uideantur. cum quęlibet natio rebus suis nouo sęculo noua imponat nomina. & res etiam simul cum suis nominibus quotidie mutent. iuxta Horatium in arte. Ita uerborum uetus interit ętas. Et multa renascentur quę iam cecidere cadentcꝫ. Quod nisi accideret iam totus Plinius ad vnguem intelligeretur. Sed et interpretes. lxx. & Aquila & Symmachus. et Theodotion. in hoc nomine discrepant. teste Hieronymo in Ezechiele.

יָשָׁר Placuit. rectũ fuit. i. Regum. xviij. Placuit sermo in oculis Dauid. inde nomen יָשָׁר rectum. Iudicum ultimo. Vnusquisqꝫ quod sibi rectum uidebat hoc faciebat. & cataprothesin mem Canticorum primo. Recti diligunt te.

יָתֵד Clauus. Iudicum. iiij. Tulit itacꝫ Iael uxor Haber clauum. declinatur in fœminino genere Exodi. xxvij. Tam paxillos eius quã atrij.

pro quo hebraice ſic.Et omnes clauos eius et oēs clauos atrĩ ęneos.

יָתֹם Pupillus.p̄s.cxlvi.Pupillum et uiduam ſuſcipiet.et threnorꝝ.v. Pupilli facti ſumus abſq; patre.hoc ita exponitur.Etiam ſi parētes noſtri uiuāt,nihilominus facti ſumus ſicut orphani et pupilli.& accipiūt hebręi hanc expoſitionem ex ſequētibus ubi mox ſequitur.& matres noſtrę quaſi uiduę.non uere,ſed quaſi.

יָתַר Excelluit. abundauit. ſupereſt.exuperauit.Prouerbiorum.ĩj. Et ſimplices permanebunt in ea.,p quo hebręi legunt.& probi ſupererūt in ea.& eiuſdem.xĩj.pro eo quod nos habemus. Qui negligit damnum propter amicum iuſtus eſt.hebraica ueritas legit ſic.exuperat plus quam proximus ſuus iuſtus.i. excellentior et magis laudatus eſt iuſtus quam quiſquam alter.& poſſet quęri.Cur ergo non omnes ſequuntur uiam iuſti.reſpondet ſapiens id quod ſequitur. Quia iter impiorum ſeducit eos.Semper autem et ſuperius.et plus et magis ſignificat.vt Geneſis.xlix.Principiū doloris mei prior in donis.maior in imperio.hebraice ſic legitur.Principiū uirtutis meę ſuperior offertorio ſuperior fortitudine. q̄d Onkelus chaldaice ſenſum e ſenſu non verbum e uerbo exponit. Tibi inquit debebantur tres prę rogatiuæ primogenitura ſacerdotium et regnum. Inde יוֹתֵר Inde יִתְרוֹן Superfluitas.nimietas.et abundantia.uel plus.amplius.magis. Eccleſiaſtis.iĩj.Quid habet amplius homo de labore ſuo.& eiuſdē.xĩj.His amplius fili mi ne requiras.Inde uerbum graue.Effuſus ſicut aqua nō creſces ideſt non amplificaberis.& multa alia diuerſarum formarum deriuata.vt Leuitici.ĩj.Quod autem reliquum fuerit.i. quod ſupeſt.

כְּבָה ברך אתה יולך העולם

s ic.Exodi.xij.Sic autem comedetis illum.

כָּאַב Doluit. Iob.xiiij.Attamen caro eius dum uiuet dolebit.Inde nomen dolens.p̄s.lxix.Ego sum pauper et dolens. &plr Geñ .xxxiiij. pro eo quod hebręi legunt.cum essent dolētes.trāslatio nostra habet periphrasticos quādo grauissimus vulnerū dolor est.et in alia forma deriuatiuoꝝ threnorum.i.Si est dolor sicut dolor meus. similiter p̄s. xxxviij.Et dolor meus in conspectu meo semper.

כָּאָה Debilitas. tristicia.mœror.Ezechielis.xiij.ꝓ eo ꝙ mœrore fecistis cor iusti mēdaciter.et ī significato pene par est superiori. vnde sequit̄ pręcedens uocabulum.Quē ego non contristaui. et in passiuo Danielis.xi.Et uenient super eam trieres romanę et percutiet̄ pro debilitabitur.iuxta sensum Rabi Leui Ben gersom.

כֹּכַב Stella.Nūeri.xxiiij.oriet̄ stella ex Iacob.etplr Geñ.i.et stellas.

כָּבַד Grauescebat uel graue fuit.Geñ.xviij.& peccatū eorū aggrauatum est nimis.et Exodi.xvij.Manus aūt Moysi erāt graues. et Geñ xliij.Fames omnē terrā uehementer premebat,pro quo hebraica ueritas sic. Et fames grauescebat in terra.Inde ꝓ multiplicato ditato accumulato et ualido.inuenit̄ Geñ.xij.pręualuerat enim fames in terra. et eiusdē.xiij.Erat Abram diues ualde idest onustus. et significat magnum.latū.eminens.ut Isaię.xxxij.Et vmbra petrę prominentis. Inde hoc uocabulum significat pręeminentiā honorē et gloriā. p̄s.l. Sacrificium laudis honorificabit me.Isaię.xl.Et reuelabitur gloria domini. & Leuitici.x.Et in conspectu omnis populi glorificabor. Nomē eius reperit̄ in masculino et fœminino.p̄s.xlv.Omnis gloria filię regis.

כָּבֵד Iecur.Prouerbioꝝ.vij.Donec transfigat sagitta iecur eius.

כָּבָה Extinxit.ij.Paralippomenon.xxix.Et extinxerunt lucernas.et Canticorum.viij.Aquę multę non potuerunt extinguere charitatē.

כֶּבֶל Detentio.compes.vinculum.clausura.p̄s.cv. Humiliauerunt in compedibus pedes eius.

בַּבּוֹל Tenax.adhęſiuum.lutoſum.clauſiuum.ut.iij.Regū.ix. Et ap

pellauit eas terram Cabul ideſt ſterilem et incultā quaſi clauſam, qua neq; tranſeant neq; morent populi. Magiſter Nahaman filius Ishac exponit a profunditate arenę qua pedes ambulantiū comprehendan tur et figantur. quem allegat Rabi Dauid kimhi in cōmentariis regū. & Rabi Salomon teſte Lyra terram ſic nominatam a tenendis et uin ciendis pedibus opinatur.

בָּבַס Lauit.merſit.tinxit.Geñ.xlix. Lauit in vino ſtolam ſuam. Sic

Numeri.viij. Et lauerint ueſtimenta ſua. & p̄s.li. Amplius laua me ab iniquitate mea & a peccato meo munda me. Inde fullo Iſaię.vij. In uia agri fullonis.

בַּבַּע Galerus.galea.Iſaię.lix. Et galea ſalutis in capite eius. & primo

Regum.xvij. Et poſuit galeam ęream ſuper caput eius. & declinatur in maſculino genere Ieremię.xlvi. Et ſtate in galeis.

בַּבִּר Multiplex. fortis.magnus.Iob.viij. Et ſpiritus multiplex ſer/

mones oris tui. inde deriuatur uerbum graue. ut Iob.xxxv. Et abſq; ſcientia uerba multiplicat. quaſi magnificat.

בַּבִּיר Pellis.i.Regum.xix. Et pellem piloſam caprarum poſuit ad

caput eius.

מַבְּבָר Stragula. uel ueſtis denſa uel tegimen lectulorum. & fit

ex pilis caprarum in modum pellium. vnde nomen cœpit. iij. Regum viij. Et tulit ſtragulum et infudit aquam.

בַּבָּרָה Cribrum. Amos.ix. Sicut concutitur triticum in cribro.

בִּבְרַת Iuger. ſtadium. miliare. ſpacium. Geñ.xxxv. Venit uero

tempore ad terram quę ducit ephratam. quod hebraica ueritas legit. Erat adhuc ſtadium terrę eundi ad Ephratam. quod Rabi Salomon exponit ſuperiori dictione quę multitudinem et magnitudinē ſignat. quaſi diceret, multiplex ſpacium terrę fuerat ad Ephratam.

בְּבָר Iam.nunc. Eccleſiaſtis.iij. Quod factum eſt ipſum permanet.

quod rectius hebraica ueritas ſic legit. Id quod fuit iā eſt. et ſequitur

Quę futura ſunt iam fuerũt.quod hebraice ſingulari numero ꝓfert.

כָּבַשׁ Subegit.ſubiecit.in ditionem redegit.Zacharię.ix. Et ſubiicient lapidibus fundę.quod ſecundum Rabi Iona intelligendũ eſt.Et ſubiicient inimicos ſuos per lapides fundę.quaſi diceret. fundibularij capient inimicos eorum.et ſignificatio huius uerbi et ſuorum deriuatorũ ẽ ponere ſubter pedes iuxta mentẽ Dauid kimhi in cõmentariis ſuper.xij.vnde legitur Micheę ultimo.Deponet iniquitates noſtras. & .ij.Regũ.viij.De uniuerſis gentibus quas ſubegerat.

כֶּבֶשׁ Primus aſcenſus pedalis.uel initium graduum latiori ſpacio. vel ſcabellum.ij.Paralippomenon.ix.Sex quoq; gradus quibus aſcẽdebatur ad ſolium et ſcabellum aureum.et ſcribitur ſex punctis.

כִּבְשָׁן Fornax.caminus.Exodi.ix. Tollite plenas manus cineris de camino.& Geneſis.xix.Quaſi fumum fornacis.

כֶּבֶשׂ Agnus.Iſaię.xi.Et habitabit lupus cum agno.& Numeri.vij. Agnum unum anniculum in holocauſtum.et mouetur de maſculino in fœmininum iunctis terminationibus.

כַּרְכֹּם Lapis prcioſus.quem aliqui unionẽ ſeu margaritã dicũt. et album eſſe aſſerũt.alij cryſtallum.alij ut ſapiens Abraham ſubatrã ſeu fuſcam gemmã eſſe aiunt.quam noſtra tranſlatio iaſpidem uocat. Iſaię.liij.Et ponam iaſpidem propugnacula tua.uide Hieronymum in eius loci commento.

כַּרְכֹּר Tęda ſcintilla.Iob.xli.Sicut tędę ignis accenſę.ſignificat etiam vrceum ſeu ollam.ut in eodem loco. Sicut ollę ſuccenſę atq; feruẽtis. Inde per apocopen cad ideſt hydria uel urceus. Gene.xxiiij. Habens hydriam in ſcapula ſua.&.iij.Regum.xvij.Hydria farinę nõ deficiet. & Eccleſiaſtis.xij. Et conteratur hydria ſuper fontem.

כַּדּוּר Globus.pila.vertebrũ ſeu uertibulũ.Iſaię.xxij. Quaſi pilam mittet te in terrã. vbi deficit dictio ſiſitudinis q̃ſi ad uitandã cacophoniã ne gemineť lra caph.et habeť Iob.xv.Sicut regẽ qui parať ad p̃liũ. ꝓ q̃ dicũt alij ad globũ ſcilicet in exercitu.ſic exponit hunc locũ Rabi Sadia inſtar rotę q̃ ſe uertit circũquaq;,ita globus militũ in p̃lio circũdat regem.ſicut uidemus in torneamẽtis.quaſi dicat tribulationes &

anguſtię circumdabunt et circumgirabunt eum perpetuo, ſicut ſolet ſphęra perpeti motu circumagi.

בָּחָה Obfuſcatus eſt. caligauit. Deute. xxxiiij. Nō caligauit oculus eius. Inde nomē obſcurus. caliginoſus. Leuitici. xiij. Et cicatrix ſubob ſcura. et. i. Regū. iij. Et oculi eius caligauerāt nec poterat uidere. pro in firmabant caligādo. et Nahū ultio. Nō eſt obſcura cōtritio tua. ambo per punctū zere. ſic Iſaię. xlij. Et linū fumigans nō extinguet. q̄d ſcd̄m Hiero. in cōmentariis alij obſcurę et tenebroſū trāſtulerūt et rectius.

בָּחַן Preſedit. prefectus eſt. ſacerdotio functus eſt. uel ſacerdos ordi natus ē. Nūeri. iij. Fūctiq; ſunt ſacerdotio Eleazar et Ithamar. et pau lo ſuperius. Cōſecrati manibus ut ſacerdotio fungerent̄. Inde בָּחַן

p̄latus. caput plebis ſiue plebanus. prędes. magiſtratus. ſacerdos. Iere mię ultio. Saraiā ſacerdotē primū et Sophoniā ſacerdotē ſcd̄m. Exo di. iij. Moyſes aūt paſcebat oues Iethro ſoceri ſui ſacerdotis Madiā. & eiuſdē. ij. Erāt aūt ſacerdoti Madiā ſeptē filię. q̄d Onkelus chaldaice in terpretat̄ per hoc uocabulū raba. i. mgr̄o uel prędidi ſeu p̄lato Madiā erant ſeptē filię. comunit̄ aūt dicit̄ de eo qui ſacris prędeſt et deo mini ſtrat. ut Geñ. xiij. Erat autem ſacerdos dei altiſſimi.

hic. כֹּה Sic. Numeri. vi. Sic benedicetis filiis Iſrael. & ubicumq; in pro phetis legimus. Hęc dicit domīus per hoc uocabulum, ſemper hebręi exponunt. Sic dicit dominus. quod et chaldęi ſic interpretantur. Inue nitur et caph geminatum in eadem ſignificatione. ut Exodi. xxix. pro eo quod nos legimus. Omnia quę prędepi tibi facies ſuper Aaron & filiis eius. Illic hebraica ueritas habet. Et facies Aaron et filiis eius ſic iuxta omnia quę prędepi tibi. & magiſtri hebręorum in ſuis libris cō muniter utuntur hoc uocabulo per caph geminato detracta ultima he litera ſic כַּכַּר ut Raban Iohannan filius Zachęi auditor prędepto rum Hillel & Semei. cum dixit. Si feciſti quę ſunt legis tuę diligenter noli bonū tibiipſi aſcribere. ad ſic enim formatus es. ubi ponit̄ לְכַכַּר

Significat autem ſupraſcriptum uocabulum coh etiam locum ad quē ſcilicet huc uel illuc. ut Geneſis. xxij. Ego & puer illuc uſq; properan

tes.ſignificat etiam tempus ad quod ſcilicet ad prę̃ſens. ut Exodi.vij. Et uſq; ad prę̃ſens audire noluiſti.& rabi Ionas putat ab hoc uocabulo compoſita inueniri אֵיכָה et אֵיכָכָה de quibus in aleph fecimus mentionem.

בָּהּ Incendit. combuſſit.Iſaię.xliij.Cum ambulaueris in igne non combureris.

בֹּהַ Virtus. robur. firmitas. potentia ſeu poteſtas.fortitudo.Iob xxx.Quin uirtus manuū mihi erat pro nihilo.& Geñ.xlix. Tu fortitudo mea et principium doloris mei.& p̃s.xxij. Aruit tãquam teſta uirtus mea.et inuenitur poſitum ꝑ operatione et labore. ꝑ quo noſtra tranſlatio fructū legit.Iob.xxxi.Si fructus eius comedi abſq; pecunia. Item alia ſignificatione ſumitur hoc uocabulum ꝑ animali immundo in lege ꝓhibito.quod uarie uarij tranſferunt.eſt enim limaca ſeu panthera.chamęleon ſiue ſtellio.Leuitici.xi. Chamęleon et ſtellio. quod vocabulum non ſolum interp̃tes diuerſis modis tranſferunt, uerum etiam ip̃i quoq; magiſtri et p̃ceptores hebręorum uarie exponūt.q̃d teſtatur rabi Dauid kimhi in libro de radicibus.

בּוֹל Valuit comp̃hendere. potuit capere uel continere.uel potuit ferre.tertio Regum.vij. Duo milia batos capiebat. & tertio Regum viij. Quoniam altare ęreum quod erat coram domino minus erat &. capere non poterat holocauſtum. ꝑ quo hebraica litera ſic. Quia altare ęreum illud ante dominum paruum ultra quam q̃ poſſet capere holocauſtum.ſic per finalem terminationē iod.ij. Paralip.iiij. Capiebatq; tria milia metretas.Solet aūt hoc uerbū geminari. ut.ij. Parali. vi.Si cęlū et cęli cęlorū nō te capiunt.Inde nomen p̃poſita litera mem. vt Malachię.iij.Et quis poterit cogitare diem aduētus eius. ꝑ quo ſeptuaginta.Et quis ſuſtinebit.et melius ſequit̃.Et qs ferre poterit. Item Prouer.xvij. Spiritus uiri ſuſtētat imbecillitatē ſuā. deinde ſignificat etiam hoc uocabulū paſcere.cibare.alere.ut Geñ.xlv. Ibiq; te paſcam ideſt ſuſtētabo.&.iij.Regum.xvij. Et pauit eos pane et aqua. ſignificat etiam depromere et diſpenſare ſeu diſponere.ut p̃s.cxij.Diſponet ſermones ſuos in iudicio.ſed Hiero.rectius.Diſpenſabit uerba ſua.

בָּנָה Parauit. formauit. Iob.xxxi. Et formauit me in vulua unus.rectius hebraice ſic.Et parauit nos. et in paſſiuo Oſeę.vi. Quaſi dilucu

lum pręparatus est egressus eius. & Deuteronomij.xvij. ꝓ eo quod nos legimus.& uerũ esse repereris.hebraica ueritas habet sic. & ecce veritas parata uerbũ.sic etiam Onkelus chaldęus legit .Inde legimus secundum septuaginta psalmo quinto. Quoniam non est in ore eorum ueritas. quod alij dicunt possibilitas uel facultas.Inde uerbum graue Genesis quadragesimotertio.Illi uero parabant munera.& eodem loco paulo ante ubi nos legimus.Et instrue cõuiuium, ibi hebraica ueritas habet & para. ex quo inuenitur uerbum impersonale per vau & patha.Isaię decimosexto.et pręparabitur in misericordia soliũ. Aliud uerbum ultima litera nun geminata,quod nostri dirigere transtulerunt.ut psalmo nonogesimo.Et opera manuum nostrarum dirige super nos & opus manuum nostrarum dirige. quod alio in loco firmare uertit.ut Exodi decimoquinto. Sanctuarium domine firmauerũt manus tuę.& Ezechielis quarto.Et obfirmabis faciem tuam ad eam.Inde uenit כֵּן rectum & bonum & uerum.quarto Regum septimo.Non recte facimus.&pluraliter Geñ.xlij. pro eo q̊d trãslatio nostra habet.Pacifici uenimus.hebraica ueritas legit. Veridici aut recti seu boni sumus nos.sic rabi Salomõ exponit in suis cõmentariis.& allegat ad hoc Nũeri.xxvij.ubi nos legimus.Iustã rem postulant filię Salphahad.ibi textus hebraicus sic habet. verꝝ rectũ seu bonum filię Zalaphad dicunt.significat etiã hoc uocabulum quandã similitudinẽ sic uel ita uel taliter . Exodi.vij. Fecerũtq; similiter malefici. & paulo ante.Fecerunt q; Moyses & Aaron sicut pręceperat dñs. & Geñ.i. Et factũ est ita. & accipit prępositionem ut si diceremus. ad sic. in sic. pro sic.primum exponit nostra translatio ꝓpterea.sophonię.ij. Propterea uiuo ego dicit dominus exercituum. secundum exponit tunc. Ester.iiij.Et tunc ingrediar ad regem.sunt etiã qui interpretant̃. & in ueritate ingrediar ad regẽ.tertiũ exponit ideo.ut p̃s.i. Ideo nõ resurgent ĩpij.et a super iori uerbo deriuat̃ מַכּוֹן.i.habitatio.sedes.basis. locus.Exodi.xv.Firmissimo habitaculo tuo q̊d opatus es dñe.recipit qñq; he aspirationẽ in fine מַכּוֹנָה Zacharię.v.in fine capituli.ꝓ q̊ Ionethas chaldaice traduxit uicẽ uel sortẽ. sic in simplici primitiuo inuenimus.Geñ.xl.Et restituet te in gradum pristinum.i. in uicem et sortẽ seu statũ tuũ.q̊d etiã in fine recipit aspirationem he literę. ut p̃s. lxxx.ubi nos legimus.Et ꝑfice eam quã plantauit.ibi hebraica ueritas habet.Et sedem uel habitationem quam plantauit dextera tua. Quod

Dauid kimhi in libro de radicibus exponit de terra Israel.

בִּיוֹן Idolum.quod multi putãt esse Saturni.eoquod ipse Saturnus in lingua arabica et persarum ita nominetur.Amos quinto.Et imaginem idolorum uestrorum.

בּוֹס Sciphus.calix. poculum.Genesis.xl. Calicemq; Pharaonis in manu mea.

בּוּס Genus uolucris ululantis.quam Rabi Salomon pellicanũ.alij nominant nycticoracem.ut p̃s.cij.Similis factus sum pellicano solitudinis sicut nycticorax in domicilio.In alio loco reperimus translatum bubonem.Leuitici.xi.Inter aues ad edendũ uetitas. Sed quia hebręis ignota est auis.iccirco uarie transferunt.

בּוֹר Focus.fornax.Deuteronomij.iiij. Vos autem tulit dominus et eduxit de fornace ferrea Aegypti.est autem instrumentum kalimicũ seu aurifabrorum in quo probant aurum et argentum.

בּוֹר Mensura frumenti.chorus.sextarius.tertio Regũ quinto. Viginti milia choros tritici in cibum domui eius.

מְבוֹרָה Colonia.incolatus.habitatio.secundũ rabi kihi in cõmẽtariis.et Ionathan chaldęum.quamuis nostra trãslatio radicem interpretatur.Ezechielis.xvi.Radix tua et generatio tua de terra Canaan. idest colonia tua.et scribitur per holem.

בּוּשׁ Proprium nomen filij Cham.vnde dicta est ęthiopia Geñ.ij. Circuit omnem terram ęthiopię.inde deriuãtur ęthiopes.ut Ieremiæ xxxviij. Abedmęlech ęthiops uir eunuchus.per iod in fine.cui sępe aliud iod adiungitur in deriuatiuis. ut Amos nono. Nunquid non ut filij æthiopum uos estis mihi. Quod exponit rabi kimhi secundum uersiculum Ieremię.xiij. Si mutare potest ęthiops pellem suam. quasi diceret.sicut ille pellem ita uos uitia uestra mutare non uultis. hoc modo dictus est Saul ęthiops.p̃s.vij.Super uerba ęthiopis filij Iemini. quia non potuit Saul mutare cor eius odiendo Dauid regem. quamuis dixisset.i.regum.xxvi.reuertere fili mi Dauid nequaquam enim ultra tibi malefaciam.Scribit autem Dauid kimhi in libro de radicibus q̃ æthiopes et Madianitę & Ismaelitę idem sint. Vnde quod scribitur Numeri.xij.Propter uxorem eius ęthiopissam.id intelligit

uxore madianitide ſic cõcordat Geñ.xxxvij.de Ioſeph ubi dicit uẽdi derũt eũ Iſmaelitis.et ſequit.Madianitę uẽdiderũt Ioſeph in ęgypto.

בָּזַב Defecit.mẽtitus eſt.p̃s.cxvi.Oĩs homo mendax. et in paſſiuo. Prouer.xxx.Et arguat te inueniariſcę mẽdax.q̃d hebraice dicit.et mẽtiaris paſſiue uel mendaciũ patiaris.verbũ graue Iob.xxvij.Quis me poteſt arguere eſſe mentitũ.et Nũeri.xxiij.Nõ eſt deus quaſi homo ut mẽtiat.inde nomẽ uerbale Prouer.xxx.vanitatẽ et ỹba mẽdacij.et Ezech.xiij.q̃ſi p̃ totũ.et ĩ eodẽ.mentiẽtes ppl'o meo credẽti mẽdaciis.

בָּזַר prępoſitiõe aleph crudelis.immitis. immiſericors. truculẽtus. Iob.xli.Nõ quaſi crudelis ſuſcitabo eũ. et eiuſdẽ.xxx.mutatus es mihi in crudelem.& Ieremię.vi.Crudelis eſt et nõ miſerebitur.& eiuſdem .l. Crudeles ſunt et immiſericordes.

בָּחַד Occultauit.abſcõdit.p̃s.cxxxix.Nõ eſt occultatũ os meũ a te. et Iob.xv.Sapiẽtes confitent̃ et nõ abſcondũt a patribus eorum.

בָּחַר Extirpauit. eruit.deleuit.Iob.iiij.Et quando recti deleti ſunt.

בָּחַל Illuſtrauit ſeu colorauit. trãſlatio noſtra habet circumliniuit ſtibio.Ezechielis.xxiij.Circumliniſti ſtibio oculos tuos.

בָּחַשׁ Mentitus eſt. negauit.Leuitici.vi.Negauerit proximo ſuo depoſitum.vnde quod noſtra tranſlatio habet p̃s.xviij.Filij alieni mẽtiti ſunt mihi.multi exponunt.Filij alieni negauerũt mihi. & Geneſis xviij.Negauit Sara.et Habacuk.iij.Mentietur opus oliuę.

בָּחַשׁ Macreſcit.extenuatũ eſt.imminutum eſt.p̃s.cix.Et caro mea mutata eſt propter oleum. quod rectius legeretur minuta eſt ideſt macruit ab oleo.

בִּי Quoniam.quia.quoniamquidem.Exodi.xxiij.Quia nõ dimittet cum peccaueris.ſignificat et quod.ut ibi.quodſi audieris uocem eius. & facile aſſumit ſibi אִם et ſignificat aduerſatiuũ.ſed.at. uerũtamen. p̃s.i.Sed ſicut puluis quem proiicit uẽtus.de hac particula late ſcripſit Rabi Iona,quod quiſcę crebra lectione biblię ipſemet experietur,

בִּיר Pernicies. afflictio. interfectio. Iob viceſimoprimo. Videbũt

oculi eius interfectionem ſuam.

בִּירוֹן Clypeus.ſic enim tranſlatio noſtra expoſuit.i. Regum.xvij.

Et clypeus ęreus tegebat humeros eius. alij exponunt collarium. ſed melius intelligitur ſcutum.ut Ieremię.l. Arcum et ſcutū apprehendēt. alio autem in loco ſignificat lanceam uel haſtā. ut Ioſue.viij. quanquā noſtra tranſlatio teneat leua clypeum qui in manu tua eſt contra urbem Hai,tamen eo loci uertunt magiſtri hebręorum.extende lanceā. ſicut et Ionethas chaldaice tranſtulit.exalta haſtam.

בִּיל Parcus.auarus.addita in fine iod litera. quamuis tranſlationes noſtrę aliter exponāt.Iſaię.xxxij.Neqꝫ fraudulētus appellabit maior. et infra.Fraudulenti uaſa peſſima.primum per hirek,ſecundū p zere.

בִּים Pliades.iuncta in fine he aſpiratione.Iob.xxxviij. Nunquid cō iungere ualebis micantes ſtellas pliadas.& ſcribit Rabi Iona quod ſit congregatio ſtellarum quę uocatur apud Arabes althoraie. et ſapiēs Rabi Abraham abenezra dixit qꝫ chimah ſint ſeptē ſtellę in fine ſigni arietis,& non longe ab ijs ſit lucidiſſima quędam ſtella oculus tauri dicta.hęcille.quamuis noſtra tranſlatio uariet alio in loco. nam Iob.ix. interpretatur oriona et hyadas.

בִּיס Loculus.marſupium.ut Prouerbiorum.i.Marſupium ſit unū omnium noſtrum.

בִּית Saxum.rupes.petra.Ieremię.iiij.Et aſcenderunt rupes.

בִּיר Conca.labium.caſtellum.in quo continetur aqua. Exodi.xxx. Facies et labium ęneum cum baſi ſua.Item.ij.Paralippomenon.iiij.Fecit quoqꝫ concas decem.ſignificat etiā clibanū uel focum uel caminū. Zacharię.xij.Sicut caminum ignis in lignis.quod Rabi Dauid kimhi in cōmētariis ſuper duodecim exponit de carbone inter ligna in foco ignis.et Leuitici.xi.legimus.Siue clibani ſiue chytropodes deſtruēt. Signant autem chytropodes gręce ſuſtentacula ollarum ad ignem in foco.eſt enī hic locus in foco ubi duo ſuſtentacula titionū ponuntur. & iccirco in plurali numero ſcribitur.

בִּכֵּר Torta ſeu maſſa rotūda.ut Exodi.xxix.Tortāqꝫ panis unius.

כוכבים

hinc eſt quod etiam ſphęricitatē et circuitū ſignificat.ut Genē.xiij. Vidit omnem circum circa regionē Iordanis. ad cuius ſimilitudinē ſignificat quoqꝫ ſtateram ſeu pondus utputa talentum. vt Exodi.xxv. Habebit talentū auri puriſſimi. &.ij. Paralippo.xxxvi. Et condemnauit terram cētum talentis auri et talentis argēti. In numero aūt ſingulari et plurali inuenitur.iiij.Regum.v.Da ei talentū argenti.& infra.Melius eſt ut accipias duo talenta.

כְּלָל Conſummatū.uniuerſale.integrum.perfectū.ſpecies.corona.

threnorꝫ.ij.Hęccine eſt urbs quā dicunt perfecti decoris.& Ezechiel xvi.Quia perfecta erat in decore meo.et eiuſdē.xxviij. Perfectus decore.et.i.Regū.vij.holocauſtū integrū domino.et in alia forma Eſter viij.Intellexit enim a rege ſibi paratum malū.& Ieremię.ij. pro eo ꝙd tranſlatio noſtra uertit.Et charitatem deſponſationis tuę. legi debet. amore ſpeciei tuę.

כֹּל Omne totum. p̄s.i. Et omnia quęcumqꝫ faciet proſperabuntur. ſecundum.lxx.interpretes.ſed Hieronymus rectius in ſuo pſalterio. Et omne quod fecerit proſperabitur.

לוּל Cochlea.hoc eſt aſcenſus graduum columnam amplexantium in morem cochleę.iij.Regum ſexto. Et per cochleam aſcendebant in medium cenaculi.

לוֹאוֹת Feneſtellę. noſtra tranſlatio habet anſulę.Exodi.xxvi. Quĩquagenas anſulas cortina habebit in utraq; parte. & addit aleph per epentheſin.

לוּלֵי Si non.niſi.Iſaię.i.Niſi dominus exercituum reliquiſſet nobis ſemen.Inuenitur et per aleph in fine loco iod.Geñ.xlij. Si non interceſſiſſet dilatio.quidam arbitranť duas eſſe dictiones.lu.i.ſi.et le.i.nõ.

לוּן Moratus eſt. pernoctatus eſt.manſit per noctem. quieuit.Geñ. xxxij.Ipſe uero mãſit nocte illa in caſtris.& Numeri.xxij. Manete hic nocte.& Iob.xli.In collo eius morabitur fortitudo.& p̃s.xlix. vbi nos legimus ſcilicet in medio eius pſalmi.Et homo cũ in honore eſſet non intellexit.rectius Hieronymus traduxit.Et homo in honore nõ commorabitur.& p̃s.xxv.Anima eius in bonis demorabitur. Inde nomẽ pernoctator.Nehemię ultimo.Quare manetis ex aduerſo muri.& in alia forma.p̃s.xci. In protectione dei cęli cõmorabitur. Inde nomen manſio.pernoctatio.diuerſorium.per prępoſitionẽ literę mem.Geñ. xlij.Cum ueniſſemus ad diuerſorium.

לוּן Murmurauit. Numeri.xiij. Vſq; quo multitudo hęc peſſima murmurat contra me.& infra.A uiginti annis et ſupra qui murmuraſtis cõtra me &c̃.& Exodi.xv.Et murmurauit populus contra Moyſen.Inde nomen eiuſdem.xvi.Audiui enim murmur ueſtrum contra dominum.& ſcribitur hoc ipſum uerbum ſępe per dagges ad differentiam ſuperioris.

לוּעַ Deglutiuit.ingurgitauit.abſorpſit.ut in Abdia.Et bibent et abſorbebunt.q̃ſi בָּלַע ſic enim Rabi Dauid kimhi exponit in commẽ

tariis ſuper duodecim.ſic Iob.xxxix.Lambunt ſanguinem. per prępo ſitionē ain literę q̄ qñq̄ etiā inuenit in eius uerbi medio cōgeminari.

לוץ Nugatus eſt. illuſit. deriſit.Prouerbiorꝝ.ix.Si autem illuſeris, ſolus portabis.nam dictio malū ut aliqui habēt non eſt de textu.Inde deriſor.nugator.illuſor.ut in eodem.Qui erudit deriſorē.et p̄s.i.pro eo quod nos legimus.Et in cathedra peſtilentię.rectius Hieronymus de hebraica ueritate traduxit.In cathedra deriſorꝝ. & geminato zade reperitur Oſeę.vij.Extendit manum ſuam cum illuſoribus.et Prouerbiorꝝ.iij.Ipſe deducet deluſores.ſecundo ſignificat etiam mediare uerbis et ordinare ſermonibus negocium aliquod ut faciunt Proſonetę. Prouerbiorꝝ.xix.Teſtis iniquus deridet iudiciū.pro diſponit.mediat vel ordinat ſuo ſermone iudicium. Inde proſoneta uel mediator ſeu diuerſarꝝ partium interpres.et expoſitor qui uerba hinc et inde transportat meliz nominatur.ut Geñ.xlij.eo q̄ per interpretem loquereť ad eos ubi ſcribit rabi Salomō q̄ is eo nomine uocabatur qui ſciebat et hebraicam et ęgyptiacam linguam.et talis erat tunc Manaſſes.hæc ille.Inde expoſitio. interpretatio. tranſlatio. Prouerbiorum primo. Animaduertet parabolam et interpretationem.

לוש Subegit maſſam farinę aqua imbibitam more piſtorum.i.Regum.xxvij.Tollenſq̄ farinam miſcuit eam.et Geñ.xviij.Tria ſata ſimilę commiſce.

לֵז Ille uel iſte.Zacharię.ij.Loquere ad puerum iſtum dicens. Iudicum.vi.Pone ſupra petram illam.et aſſumit he aſpirationem in fine. Geñ.xxiiij.Quis eſt iſte homo qui uenit per agrum.accipit etiam paragogen vau literę in fine pro זאת

לוּז Peruertit.Prouerbiorꝝ.iiij.Et detrahentia labia ſint procul a te.pro eo quod legendū eſſet.Et peruerſitatem labiorꝝ ,ppelle abs te.

לחי Gena.mādibula.maxilla.Micheę.v.In uirga p̄cutient maxillam iudicis Iſrael.Iudicum.xv.Inuentamq̄ maxillam ideſt mandibulā aſini.& threnorum primo.Lachrymę eius in maxillis eius.& Canticorum primo.Pulchrę ſunt genę tuę.

לָחַךְ Lambit.linxit.mordicus carpſit.roſit.Nũeri.xxij. Ita delebit hic populus omnes qui in noſtris finibus cõmorant quomodo ſolet bos herbas uſq; ad radices carpere.ubi pręſens uerbum tranſtulit delere atq; uſq; ad radices carpere.quod uerbum e uerbo ſic ſonat.nũc abrodent turba omnes circum nos ſicut abrodit bos gramen campi. & p̃s.lxxij.Inimici eius terram lingent.

לָחַם Comedit. Prouerbiorum. xxiij. Ne comedas cum homine inuido.ubi textus habet.ne comedas panem oculi nequam. ſed nomẽ huius uerbi ſcilicet lehem non tantum panem ſignificat uerum etiam generaliter omnem ineſcationem.ut.i.Regum.xiiij.Quando Saul interdixerat Lehem.quod noſtra tranſlatio quamuis minus bene panẽ interpretatur.tũc p̃uaricatus eſt Ionathas qui intinxit in fauũ mellis. ſic Nehemię.ix.Panẽ quoq; de cęlo dediſti eis.et conſtat q; eſt man. vnde patet quomodo exponendum ſit illud pſalmi.lxxviij.Panem angelorum mãducauit homo.ideſt eſcam.Prouerbiorum.xxiij.Quãdo ſederis ut comedas cum principe.et non ſolum panem ſed et carnes ſignificat.Sophonię.i.Et corpora eorũ ſicut ſtercora. quod uerius.lxx. interpretes tranſtulerunt ita.Et carnes eorum ſicut ſtercus boum. Exponũt quoq; uerſiculum Iob.xx.Pluet ſuper illum bellum ſuum.hoc modo. pluet ſuper illum in carne ſua.Item ſignificat oblationẽ.ut Leuitici.xxi. Veſcetur tamen panibus qui offerũtur in ſanctuario. quod hebręi et chaldęi interpretantur ſic.Oblationem dei ſui de ſanctis ſanctorum et de ſanctis comedet.quod Onkelus tranſtulit corban ideſt oblatio.ſic generaliter omne quo ueſcimur ſignificat idem uocabulũ. Leuitici.xxij.Aletur cibis patris ſui.& eſt genus ad omne nutrimentum.ut ſcribit rabi Ioſeph kimhi in Ieremiã ſuper illud eiuſdem.xi.ca. Mittamus lignum in panem eius.

מִלְחָמָה Bellũ. eo q; ſit comeſtio & ahſumptio gladij ex utraq; parte pugnantium.Exodi.xvij.Et bellum dei erit contra Amalech.& eiuſdem.xv.Dominus uir pugnator pro uir pugnę. ideſt ſecundum Rabi Salomonẽ author pugnę.uel ut Onkelus chaldęus ſentit. Adonai dominus ſeu magiſter uictorię pręlij.Inde uerbum quod ſequit.

לָחַם Pugnauit.pſalmo.xxxv.Expugna impugnantes me. & nomi

naliter siue participialiter.psalmo.lvi.Tota die impugnans tribulauit me.&pluraliter in eodem loco.multi bellantes aduersum me.& assumit nun literam in principio.et idem quoq; significat Iudicum.xi.Pugnabant filij Ammon contra Israel quibus acriter instantibus.

לָחַץ Afflixit. oppressit.Iudicum.iiij.Et per.xx.annos uehemẽter oppresserat eos.Exodi.xxij. Neq; affliges eum.

לָחַשׁ Susurrauit.p̃s.xli.Aduersum me susurrabant omnes inimici mei.sic Hieronymus in suo psalterio de hebraica ueritate uerbum e verbo.Simul aduersum me murmurabant omnes odientes me. & ex tali susurro et murmure nominati sunt incantatores.p̃s.lviij. Quę nõ audit uocem incantantium.Hieronymus interpretatur uocem murmurantium.unde Nehemię.iij.sellum dictus est filius Halohas idest cuiusdam sapientis philosophi incantatoris et exorcistę qui sciuit arcanas imprecationes et orationes ocultas. Vnde etiam tales orationes secretę nominant lahas.Isaię.xxvi. In tribulatiõe murmuris doctrina tua eis. idest in tribulatione conuertunt sead secretam orationem.

לְחָשִׁים Inaures ornamentorum genus unum ex mundo muliebri quod ponitur Isaię.iij.Inaures et annulos. dictum a carminibus quæ solent aures afficere.

לְטָאָה Animal de immundis et prohibitis.quod a quibusdã dicit stellio.ab aliis lacerta.ab aliis limaca.Leuiti.xi.Stellio lacerta et talpa. rabi Salomon dicit quod sit lacerta.et in hoc concordant Neoterici.

לָטַשׁ Poliuit.purgauit metallum.exacuit.i. Regũ.xiij. Vt acueret unusquisq; uomerem suum.Inde nostra translatio malleatorem nominauit.Geñ.iiij.Zilla quoq; genuit Thubalcain qui fuit malleator.

לַיִל Nox.Isaię.xvi.Pone quasi noctem umbram tuam.& in fine accipit he aspiratiõe Ester sexto. Noctem illam duxit rex insomnem. & pluraliter declinatur in fœminino genere. ut Canticorum tertio. In lectulo meo per noctes quęsiui.

לִילִית Dęmoniũ sylueſtre habitãs ĩ desertis locis.& a Symmacho

transfertur lamia.ab aliis furia.Isaię.xxxiiij.Ibi cubauit lamia. super q̄ scripsit rabi Dauid kimhi q̄ sit animal ululans in deserto et p̄sertim de nocte.unde ei nomen est inditum.uel est auis quę de nocte uolat.

לִישׁ Leo magnus. Isaię.xxx. Leęna et leo ex eis uipera. & ab aliis vertitur catulus leonum.

לָבַר Cœpit.ij.Regū.v. Cœpit aūt Dauid arcē sion.et Habacuk.i. Et capiet eam.& Isaię.xxiiij. Tenebit laqueo.rectius sic. capiet a laq̄o.

לְמֹג Prępositio aleph.lignū quoddā precioſum significat.q̄d qñq̄ reperitur almog quandoq̄ algom.ut.ij. Paralippomenō .ix.Aurum de ophir et ligna thina.

לָמַד Exercitauit .docuit. p̄s.cxix.Doce me iustificationes tuas.& Deute.xi.Docete filios uestros.Ecclesiastis.xij.Docuit ppl̄m. Deute. iiij.Scitis q̄d docuerim uos. et in eodē.quę ego doceo te.Inde doctus passiuū.quod nostra translatio uertit discipulus.Isaię.vij. Signa legē in discipulis meis quę et thalmid uocatur.i. Paralip.xxv. Tam maior quam minor doctus pariter et indoctus. sed uerius sic. Pręceptor & discipulus.Inde doctrina thalmud.

מַלְמָד Virga longa bubulci quę in summitate eius gerit aculeū infixum quo punguntur boues ut recta incedant.fortassis a superiori verbo deriuatum.quod ponit Iudicum.iij.sed translatio nostra uertit vomerem.qui percussit de philistim sescentos uiros uomere. ubi legi deberet.Stimulo bouis.teste Nicolao de lyra.

לָעַב Subsannauit.irrisit.ij.Paralippomenon.xxxvi. At illi subsannabant nuncios dei.

לָעַג Subsannauit.derisit.Isaię.xxxvij.Despexit et subsannauit te uirgo filia sion.& p̄s.ij.Et dñs subsannabit eos.Inde nomē.p̄s.xliij. Subsannationē et derisum ijs q̄ sunt in circuitu nr̄o. Inde uenit balbutire

et blesum esse. Isaię. xxxij. & lingua balborꝝ uelocit̃ loquet̃. catameta-thesin ut infra ĩ litera ain ante lamed. et Isaię. xxviij. secundũ. lxx. interpretes propter irrisionem labiorum. quod nostra translatio legit sic. In loquela enim labij. quasi diceret. In balbutiẽte labio et subsannãte. vt secundo Paralippomenõ. xxx. Illis irridentibus et subsannantibus.

לֹעֵז Barbarus. et dicitur secundum Iudęos sic omnis qui non lingua sancta idest lingua hebraica loquitur. psalmo centesimodecimoquarto. De populo barbaro. super quo scribit rabi Salomon quod facilis est cõmutatõ de lamed in nun & econuerso. dicitur aũt homo grossus robustus et imprudens noez. ut supra in iod litera patuit.

לָעַט Fudit. Genesis vicesimoquinto. Da mihi de coctione hac rufa quia opido lassus sum. quod rabi Salomon exponit ita scilicet. Et dixit Esau ad Iacob aperiam os meum & tu funde obsecro hunc cibum in illud. rabi Dauid kimhi ĩterpretatur. Fac me comedere obsecro. Nrã translatio sensum e sensu uertit.

לַעֲז Apposito he aspiratione psile in fine significat absinthium. Iere mię nono. Ecce ego cibabo populum istum absinthio. & Threnorum tertio. Inebriauit me absinthio. item in eodem. Absinthij et fellis.

לַפִּד Lampas. Isaię sexagesimosecundo. Vt lampas accendatur. alij dicunt esse tedam aut titionem accensum aut quamlibet eiusmodi inustionem. sicut Onkelus chaldaice traduxit Exodi. xx. Cũctus autẽ populus uidebat uoces et lampades.

לָפַת Complexus uel amplexatus est. comprehendit. Iudicum decimosexto. Et apprehendens ambas columnas. rabi Dauid kimhi hoc verbum exponit in commentariis super quatuor pro inclinauit deflexit et euertit. & in passiuo ponitur Ruth tertio. Expauit homo et conturbatus est. pro quo legunt hebręi. Expauit et inclinatus est. alij legunt et amplexatus est passiue.

לְצַר Prępoſito mem litera ſignificat prępoſitum domus.magiſtrū curię.cellarium quem priſci latinorum nominabant promum et condum.Danielis primo.Et dixit Daniel ad Malaſſar.

לָקַק Lambit.linxit.tertio Regum viceſimoprimo.In loco hoc in quo linxerunt canes ſanguinem Naboth lambent ꝙcꝫ ſanguinē tuū.

לָקַח Sumpſit. accepit.tulit. Geneſis viceſimo.Propter mulierem quam tuliſti.& eiuſdem viceſimoſeptimo.Primogenita mea ante tulit et nunc ſecundo ſurripuit benedictionem meam. Inuenitur etiam per defectum primę literę.Geneſis viceſimoſecūdo. Tolle filium tuū. & eiuſdem decimoquinto.Sume inquit mihi uaccam triennem. alias eſt uerbum perfectum trium literarum.ut Geneſis quinto.Quia tulit eum deus.licet in cōiugando per ethan perdat lamed principale, pro quo ipſum quf aſſumit punctum dagges.ut in arte grammatica prędicit. Inde nomina et participia Geneſis.ij.Quoniā de uiro ſumpta eſt.

מִלְקָחַיִם Forceps. Iſaię ſexto. Quem forcipe tulerat de altari.& ſcribitur pluraliter quia ex duobus conſtat.accipitur et pro emuncto riis lucernarum.Exodi viceſimoquinto.Emunctoria quoꝙ.

מַלְקוֹחַ Pręda prędertim in pecudibus et iumentis.Numeri.xxxi. Prędam & uniuerſa quę cœperant ex hominibus quam iumētis.tria enim illic ponuntur uocabula prędam ſignificantia.primū captiuitatē hominum. ſecundum abactionem iumentorū.tertiū prędā utenſiliū.

מַלְקֹחַ Faux.pſalmo .xij.Lingua mea adhęſit faucibus meis.

מִקְחָה Merx. uenūdatio.uenale. Nehemię decimo. Qui important uenalia et omnia ad uſum.

מִקַּח Cupido.auaricia ſecundo Paralip.xix.Nec cupido munerꝫ.

לֶקַח Doctrina. prędceptum. lex.Iſaię.xxix.Et muſſitatores diſcent legem.pro quo.lxx.ĩterpretati ſunt obedientiā. & Ionathas chaldęus p̄ceptū ſeu doctrinā.ſic Deu.xxxij.Cōcreſcat ut pluuia doctrina mea.

לֶקַח Collegit. Exodi. xvi. In die autem sexta collegerunt cibos duplices. & plures eius uerbi figuras in eodem capitulo inuenies.

יַלְקוּט Pera pastoralis. uel saccus quo res colliguntur. primo Regum. xvij. Et misit eos in peram pastoralem.

לֶקֶשׁ Pluuia secūda uel imber serotinus. ut Amos. vij. In principio germinantium serotini imbris. & ecce serotinus post tonsionē regis. & accipit in principio mem literam. Deuteronomij. xi. Dabit pluuiā terrę uestrę temporaneam et serotinam.

לָשַׁד Subactum et quasi panificatum si licet ita loqui. Numeri. xi. Saporis quasi panis oleati. sed magistri hebręorum exponunt idem vocabulum pro humido atq; recenti.

לִשְׁכָּה Taberna. ccenaculū. triclinium. i. Regū. ix. Introduxit eos in triclinium. & Nehemię. x. Ad gazophylacium domus dei nostri.

לֶשֶׁם Lapis precios⁹. qui ponit in tertio uersu rationalis iudicij. eum nostra translatio liguriū appellat. Exodi. xxviij. In tertio ligurius achates et amethystus. alij scribunt esse topazion. chaldęi eum lapidē cancere uocant. quem alij lydium nominant.

לָשׁוֹן Lingua. p̄s. xij. Et linguā magniloquā. significat etiā loquelā. Geñ. x. Vnusquisq; secundū linguam suam. significat etiam radiū seu baculum geometrę uel lineam agrimensorū. uel etiam lapidem terminalem qui limitaris dicitur. q̄ sit ad similitudinem linguę. Iosue. xv. A lingua eius quę respicit meridiem. item a lingua maris. et apud mgr̄os hebręorum significat expositionem. sicut apud grę cos glossemata. & apud nos glossæ generis fœminini pluraliter Zacharię. viij. Ex omnibus linguis gentium.

לְתַת Prępositio mem et addito he in fine significat uestem seu uestimentum. quarto Regum decimo. Dixitq; ijs qui prę erāt super uestes. Scribit autem rabi Dauid kimhi in libro de radicibus q̄d scriniū

ueſtiarium quo ueſtes reconduntur ſignificet. quod mihi plus placet.

לֶתֶךְ Dimidia menſura. ut Oſeę tertio. Et dimidio coro ordei.

לֶתַע Prępoſito mem et aſpiratione in fine addita ſignificat maxillam ſeu molam dentium. ut pſalmo quinquageſimooctauo. Molas leonum confringet dominus.

מְאֹד

Imis. ualde. Genesis primo. Et erant ualde bona. & psalmo cxix. Non me derelinquas usqꝫquaqꝫ. quod rectius Hieromus sic. Ne derelinquas me usqꝫ nimis. & Genesis decimo quinto. Merces tua multa nimis. & Iosue primo. Esto robustus ualde. hoc est ualide. unde ꝓ ualiditate. fortitudine. et robore. atqꝫ potestate. facultate. substantia accipitur. Deuteronomij sexto. Et ex tota fortitudine tua. quod exponunt magistri hebręorum. Multum et cum omnibus uiribus.

מְאָה Centum. secundo Paralippomenon tricesimosexto. Et condemnauit terram centum talentis argenti. Inde mutatione he finalis in thau significatur aduerbium numeri centies. Ecclesiastis octauo. Peccator ex eo quod centies facit malum. glosa hebraica idest centum diebus uel centum annis.

מְאֻם Ne quicquam. uel parum. et uix aliquid. uel quantulumcũqꝫ. Numeri. xxij. Nunquid loqui potero aliquid nisi quod deus posuerit in ore meo. Deuteronomij. xiij. Et non adhęrebit de illo anathemate quicquam in manu tua. accipit enim sępe he aspirationem in fine. sed et sine illa inuenitur. ut Iob. xxxi. Et si in manibus meis adhęsit macula. quod aliqui putant intęrpretandum esse quantulumcumqꝫ. sed illud monosyllabum est, hoc autem dissyllabum. ut infra patebit.

מֵאֵן Renuit. noluit. Numeri. xxij. Noluit Balaam uenire nobiscũ. Inde nomen nolens. Exodi decimo. Sin autem resistis et non uis dimittere eum. quę quidem perifrasis hebraice sic legitur. Quoniam si nolens tu dimittere populum meum. & subintelligitur uerbum substantiuum crebro more hebręorum.

מָאַס Reprobauit. spreuit. despexit. odiuit. reiecit. abhorruit. p̃s. liij Quoniã deus spreuit eos. et Isaię. xxx. ꝓ eo q̊d reprobastis uerbũ. & Oseę. iiij. Quia tu scientiam repulisti repellam te. idest spreuisti.

מָאַר Pupugit uel punxit. Leuitici. xiij. Infecta lepra reputabit̃. pro quo hebręi legunt. pungẽs lepra est. teste rabi Salomone. uel secundũ Nicolaum de lyra corrosiua. capit̃ etiã pro defectuoso et execrabili.

מֶגֶד Delicatum.dulce.ſecundum rabi Salomonẽ Deutero.xxxiij.

In benedictione Ioſeph ubi hęc dictio ſępe ponitur et ꝑ pomis ac frugibus ſecundum noſtram tranſlationem uulgariam interpretatur. ſic enim legimus de pomis cęli.item de pomis fructuũ ſolis et de pomis collium ęternorum et de frugibus terrę.pro quo ubicꝫ legunt hebręi de dulcedine ſeu de delicatis ſiue deliciis.et Canticorum.iiij. Cum pomorum fructibus.quod rectius hebręi ſic.Cum fructibus dulcibus ac delicatis.quod chaldęi magdenin appellant.unde ſeruat eandẽ literã nun in fœminino plurali.ut Geñ.xxiiij.Fratribus quoꝫ eius et matri dona obtulit.ꝑ quo hebręi ſic.Delicata obtulit.ideſt fructus de terra Iſrael dulces.ſic enim rabi Salomõ fœmininũ per maſculinũ exponit.

מַגָּל Falx.Ioelis ultimo.Mittite falcem quoniam maturauit meſſis. & Ieremię.l.Et tenentem falcem in tempore meſſis.

מָגַן Clauſit.protexit.Geñ.xiiij.Quo protegẽte hoſtes in manibus tuis ſunt.hebręi ſic.Qui clauſit hoſtes tuos in manibus tuis.alij ſic.qui ligauit aut corripuit.cui uidetur tranſlatio chaldaica conſentire. Inde protectio uel ſcutum.ut eiuſdem decimoquinto.Ego protector tuus. & Deuteronomij.xxxiij.Scutum auxilij tui.et Prouerbiorum.iiij.Corona inclyta proteget te.& Oſeę.xi.Protegam te Iſrael.

מָגַר Detraxit.deiecit.colliſit.pſalmo octogeſimonono. Et ſedem eius in terra colliſiſti.quod Hieronymus de hebraica ueritate ſic uertit.Et thronum eius in terra detraxiſti.

מַד Veſtis ſeu tunica linea quã nos camiſiam dicimus.Leuitici.vi. Veſtietur tunica ſacerdos. & ꝑs.cix. Et induit maledictionẽ ſicut ueſtimentum.&pluraliter declinatur tam maſculine quam fœminine.

מִדָּה Menſus eſt. Iſaiæ.xl.Quis menſus eſt pugillo aquas. & Numeri.xxxv.Quæ a muris ciuitatũ forinſecus.ubi conciſus eſt uerborꝫ textus.ſic enim hebraica litera ſonat.Et mẽſurabitis extra ciuitatẽ angulum orientalem duo milia cubitorum. & Oſeę.i.Sicut arena maris

quę ſine menſura eſt.pro quo hebręi ſic.Quę non menſurabitur.

מִדָּה Modus et menſura.Zacharię ſecundo.Et ecce funiculus mẽ-

ſurę.quod ſeptuaginta uerterunt geometrę. Inde dicitur de homini-
bus procerę ſtaturę.Numeri.xiij.Populus quem aſpeximus procerę
ſtaturę eſt.pro quo ueritas habet. Et omnis populus quem uidimus
in ea homines menſurarum ſunt ſupple magnarum.ſic de rebus inani
matis.ut Ieremię.xxij.ędificabo mihi domum latam. pro quo ueritas
habet.ędificabo mihi domum menſurarum ſupple magnarum. trans
ferunt etiam ſpacium.ut cernere liceat omnem dimenſionem hoc uo
cabulo nominari.Ioſue.iij.Spacium cubitorum duum milium.

מְדִינָה Prouincia. urbs. ſemita recta. contentio.Eſter primo. Super

centum uigintiſeptem prouincias.& Iudicum.v.ubi nos legimus.& ſe
detis ſupra in iudicio.hebręi exponunt. Et ſedetis ſupra locum ſic no-
minatũ.aiunt enim proprium eſſe nomẽ loci uel ſemitę aut uię. ſimile
in Ioſue libro legitur.reliqua uide in daleth litera.

מַדּוּעַ Cur.an.quare.quid.Geñ.xxvi. Quid ueniſtis ad me homi-

nem quem odiſtis.& Iſaię.v.an ꝙ expectaui ut faceret uuas. Numeri
xvi.Cur eleuamini ſuper populum domini. multi putant dictionem
eſſe compoſitam.

מַה Quid.Eſter.v. Quid petis ut detur tibi et pro qua repoſtulas.

Exodi.iij.Quod eſt nomen eius quid dicam. & ſignificat quando. ut
p̃s.lxxix.Vſqꝫ quo domine iraſceris in finem.& cum lamed in princi-
pio ſignificat propter.ut Exodi.v.ubi nos habemus.quare miſiſti me.
legunt hebręi.propter quid miſiſti me.& accipit etiam ſchin in princi
pio.ut Canticorum.i.Ne uagari incipiam poſt greges ſodalium.loco
propter quid.ſignificat etiam quam uel quantum.ut p̃s.xxxi. Quam
magna multitudo dulcedinis tuę.& p̃s.cxxxiij. Ecce quam bonum &
quã iocũdũ.de hoc uide q̃d latius ſcripſit doctiſſ. magiſter Paulus epi
ſcopus burgenſis in additione.ij.ca.xxxviij. Iſaię prophetę.et pręponi
tur ei caph.et tunc ſignificat quãtitatem.ut Geñ.xlvij. Quot ſunt dies
annorum uite tuę.ſignificat etiam quotiens.Iob.xxi. Quotiens lucer-
na impiorum extinguetur.

מָהַמָּה Neglexit. posthabuit. tardauit. distulit. ꝑs.cxix.Paratus sum et non sum turbatus.quod rectius in suo psalterio Hieronymus Festinaui et non neglexi.& Isaię.xxix.Obstupescite et admiramini sci licet ꝓ tarditate stuporē traduxit.& Genesis.xliij.Si nō intercessissēt dilatio.rectius sic.nisi tardauissemus.

מָהַל Permiscuit.Isaię.i.Vinum tuum mixtum est aqua.

מָהַר Festinauit.accelerauit.Geñ.xviij. Qui festinauit et coxit illū. & ꝑs.xvi.Postea accelerauerunt. eius passiuum Habacuk.i. Gentem amaram et uelocem.& Isaię.viij. Velociter spolia.cito prędare. & ꝑs. xlv.Calamus scribę uelociter scribentis. quę nominaliter proferunt. Sed aduerbia fiunt per paragogē he finalis.ut Isaię.v. Et ecce festinus velociter ueniet.

מֹהַר Dos et donatio.paraferna.Geñ.xxxiiij.Augete dotem et mu nera postulate.& Exodi.xxij.Dotabit eam.item. Iuxta modum dotis quam uirgines accipere consueuerunt.

נָמָהַר Stultus.quasi qui omnia prȩcipitat. Isaię.xxxij. Et cor stul torum intelliget scientiam.

מוּג Defluxit. tabuit. liquuit. commotum est. Amos ultimo. Qui tāgit terram et tabescit.sic paulo inferius pro eo quod nos habemus. Et omēs colles culti erunt.hebrȩi interpretant liquescent seu defluēt, scilicet abundantia lactis.sicut Ioel loquitur ca.iij. Colles fluent lacte.

מוֹחַ Medulla.Iob.xxi.Et medullis ossa illius irrigantur. & ꝑs.lxvi. Holocausta medullata offeram tibi.

מוֹט Commotus est.lapsus.nutans.cadens.Prouerbiorum.xxv.Iu stus cadens coram impio.& Leuitici.xxv. ubi legimus. Si attenuatus fuerit frater tuus et infirmus manu.hebrȩi habent sic. Et cum depau peratus fuerit frat tuus et ceciderit nutauerit seu deflexa fuerit manus eius tecum.& Deutero.xxxij. Vt labatur pes eorum.& ꝑs.xciij. Si di cebam motus est pes meus.& ꝑs.lxvi.Et non dedit in commotionem pedes meos.et ꝑs.cxl.Cadent super eos carbones.

מוט Palus.pertica.uectis.haſta.uel baculus quo res ſuſpenſę uehũ tur baiulantur aut loco mouentur.Numeri.xiij. Quem portauerunt in uecte duo uiri.et Numeri.iiij.Et inducent uectes.

מוֹטָה Iugum iumentorum. tranſlatio noſtra habet cathenam.Ie remię.xxviij.Et tulit Ananias propheta cathenam de collo Ieremiæ prophetę et confregit illud. quod relatiuum hebręorum magiſtri ut congrua ſit locutio ad iugum referunt.nã et motah apud eos eſt gene ris fœminini. & ſecundum idoneos eorum authores ſignificat phalan gam lignum longum quod tranſfigit iugum quo boues ſubdunt. q̃d quia eſt aliquando biſurcatum.ideo a.lxx.interpretatur furca in loco Ieremię ubi ſupra.

מוך Depauperatus.oppreſſus et attenuatus eſt.Leuitici.xxv. Si at tenuatus fuerit frater tuus.item ſi paupertate compulſus.cęterum prę ceptor meus dixit hoc nomine bombicem ſignificari.

מול Concidit.circumcidit. Deuteronomij.xxx. Circumcidet dñs deus tuus cor tuum.& Deutero.x.Circumcidite igit̃ pręputiũ cordis veſtri.Inde ſecundũ grammaticã deriuata et inflexa ſicut eſt uerbum graue quod per iod loco vau ſcribit̃.ut p̃s.cxviij.ubi nos legimus. Et in nomine domini quia ultus ſum in eos.hebrei habent.quia excidam abſcindam concidam eos. & p paragogen duplicat̃ lamed.ut p̃s.xc. Veſpere decidat et areſcat.pro excidet̃.Hiero.uertit conteretur.ſic in alia forma.

מול Contra.exaduerſum.ante.pro.Exodi.xviij.p eo quod noſtra tranſlatio habet.Eſto tu populo in his quę ad deũ pertinẽt. hebraica ueritas legit.Eſto tu populo ante deum uel coram ſeu exaduerſum.& Deutero.i.Contra mare rubrum.ſignificat etiam quandoq; ſitum lo ci.ut.ij.Regum.v.Et uenies ad eos ex aduerſo piroꝛ.& Numeri.viij. Contra eam partem quam candelabrum reſpicit. ſcribit̃ etiam aliq̃ per aleph poſt vau in eadem ſignificatione loci quaſi eregione. ut Ne hemię .xij. Et chorus ſecundus gratias referentium ibat ex aduerſo ideſt eregione.

מום Sordes.macula. Leuitici.xxi. Qui habuerit maculã de ſemine Aaron.& Deuteronomij.xxxij. Et non filij eius in ſordibus.Inuenit̃

secundum aliquos hebręorũ grãmaticos quandoq; cataparemptosin per insertionem aleph literę nihilominus monosyllabũ. ut Iob.xxxi. Si in manibus meis adhęsit macula.quod aliqui transferunt quantulumcumq; uel ne minimum quidem.ut superius inuenitur.

מוּן Prępposito thau et accepta terminatione fœminina significat similitudinem.imaginem.effigiem rerum tam corporalium quam incorporalium.Exodi.xx.Neq; omnem similitudinẽ quę est in cęlo desup et quę in terra deorsum.

מוֹץ Palea seu illud minimum quod est in spicis.ut sunt quisquilię. vnde a nostris sępe puluis transfert. ut Oseę.xiij. Sicut puluis turbine raptus. & p̃s.i. Sicut puluis quem proiicit uentus.& Sophonię.ij. Quasi puluerem transeuntem diem.translatio etiam nostra fauillam uertit.Iob.xxi.Et sicut fauilla quam turbo dispergit.

מוֹר Myrrha.Canticorũ.i.Fasciculus myrrhę dilectus meus mihi.

מוּשׁ Desiit.recessit.fecit recedere idest mouit.abstulit.Zachariæ iij.Et auferam iniquitatẽ terrę illius.pro quo.lxx.contrectabo transtulerunt.& Nũeri.xiiij.Non recesserũt de castris.& Exodi.xiij.Nunq̃ defuit columna.est autem quandoq; actiuũ quandoq; neutrum sane illud quod habetur p̃s.cxv.Manus habent et non palpabunt.a sequẽti quodam primitiuo deducitur.

מוֹת Mortuus est catasyncopen.i.Regum.xvij. Videntes autem philistim ꝙ mortuus esset.& Geñ.xxv.Mortuus est in senectute bona.& Ezechielis.xxviij. Et morieris in interitu occisorum. quod.lxx. sic.Et morieris morte vulneratorum.ubi prępponitur mem cataprothesin.et id quod sequitur uerterũt.lxx.melius quam nos.Mortibus incircumcisorũ morieris.& ponitur hoc uerbis Isaię.vi. In anno quo mortuus est rex Ozias.& Genesis quadragesimoseptimo. Cur ergo morimur.Inde transitiuum graue secundo Regum primo. Ego interfeci Christum domini.et Ieremię vicesimo . Quia non me interfecit a vulua idest mortificauit.

מָזַג Miscuit.pincernauit.in pocula fudit. Canticorum septimo. Nunquam indigens poculis.

מַזָּה Aduſtio famis.ſecundum alios phreneſis. ſecundum alios tuberculus uel apoſtema. Deuteronomij.xxxij. Conſumentur fame & deuorabunt eos aues.

מְזַח Obfirmatio.obligatio.zona.cingulum.Iſaię.xxiij.Non eſt cingulum ultra tibi.& p̄s.cix.Et zona qua ſemper prę cingitur.

מְזֵר Prępoſito mem ut mamſer ſecundum rabi Iona.et ſignificat ſpurium. Deuteronomij .xxiij. Non ingredietur mamſer hoc eſt de ſcorto natus eccleſiam.quod aliqui latini errantes per n pronunciant. quidam autem deriuant ipſum a zar. de quo ſupra. dicentes duo m per protheſin addita.

מַזָּרָה Lucifer uel ſydus aliud,ſic dict̄ Iob.xxxviij.Nunquid producis luciferum in tempore ſuo.et dicitur quaſi mazala cōmutatione lamed in res.

מָחָה Abſtulit.deleuit.Numeri.v.Et delebit ea aquis amariſſimis. & p̄s.li.Et omnes iniquitates meas dele.et Exodi.xvij. Delens delebo memoriam Amalek ſub cęlo.et in paſſiuo.ut p̄s.lxix. Deleantur de libro uiuentium.& Iſaię.xxv. Et auferet dominus deus lachrymam.& Iſaię.xliiij.Deleui ut nubem iniquitates tuas.

מָחָה Vergebat. peruenit. porrectum eſt. Numeri .xxxiiij. Inde peruenient contra orientem ad mare cenereth.

מָחָה Plauſit.percuſſit.& ponitur aleph loco he.ut Iſaię.lv. Oīa ligna regiōis plaudēt manu.et Ezech.xxv. Pro eo q̄d plauſiſti manu.

מַחִי Aries. onager. balliſta. tormentum quo muri percutiuntur. mole iacta ſaxorum.q̄d uocabulū rabi Iudas et rabi Ionas a ſuperiori uerbo deducūt.Ezech.xxvi.Et arietes temperabit in muros tuos.

מָחַץ Perfodit.uulnerauit.confregit. p̄s.cx.Cōfregit in die irę ſuę reges.q̄d Hiero.in pſalterio de hebraica ueritate interpretaī p̄cuſſit. ſic Deute.xxxij.Percutiā et ſanabo.aliī p̄s.lxviij. Verūtamen deus cō fringet capita inimicorū ſuorū.ſed illud q̄d in eodē pſalmo ſequitur ut intinguaī pes tuus in ſanguine nō eſt de hoc ſignificato.quia per meta theſin ponitur a hamuz.de quo ſupra.

מָחַק Abſcidit.abſtulit.dempſit.amouit.depoſuit.Iudicū.v.Quæ/
rens in capite uulneri locum.quod hebraica ueritas ſic legit.Amouit
vel dempſit caput eius et perfodit ſcilicet hyſteron proteron.

מָחָר Cras.ut Exodi.ix.Cras faciet dominus uerbum iſtud.et acci/
pit articulum loco prępoſitionis.ut Iudicum.vij.Sanctificamini in cra
ſtinum.ſignificat etiam tempus longe futurum.ut Exodi.xiij. Cumq;
interrogauerit filius tuus cras ideſt olim. recipit in fine thau.ut Nu/
meri.xxxiij.Altera die phaſe ideſt de craſtino paſchę.

מְחִיר Commutatio quod alij precium traduxere. Deuterono/
mij.xxiij.Nec precium canis in domo domini. et quarto Regum.xxi.
Argenti precium quantum digna eſt.

מָטַט Nutauit. lapſus eſt. motus eſt. p̄s.xvij. Vt non moueantur
veſtigia mea.Hieronymus ſic.ne labantur. et in aliquibus codicibus
inuenitur per dagges ſcriptū quod notat ab hoc uerbo per apocopē
eſſe dictum.in quibuſdam autem reperitur ſine dagges puncto.et tūc
volunt a mot deduci.de quo ſupra ſcripſimus.

מִטָּה Lectus.Geñ.xlviij.Sedit n lectulo.& Canticor.iij.En lectu
lum Salomonis.&pluraliter Eſter.i.Lectuli quoq; aurei et argentei.

מַטֶּה Baculus.uirga.tribus.familia.Exodi.iiij. Virgam quoq; hāc
ſume in manu tua in qua facturus es ſigna.etpluraliter eiuſdem ſepti/
mo. Sed deuorauit uirga Aaron uirgas eorum. et Numeri triceſimo
ſexto per totum.de tribu in tribum.et ut hęreditas permaneat in fami
liis.& Iſaię.x.Et baculus ipſe eſt.

מַטְמוֹן Baculus. noſtra tranſlatio uertit fiſtulam. Iob.xl.Oſſa eius
velut fiſtulę ęris.quod hebręi legunt uelut baculus ferreus.

מָטָר Pluuia.Deuteronomij.xxxij.Concreſcat ut pluuia doctrina
mea.et iungit ſecum aliud uocabulum eiuſdem ſignificationis Zacha
rię.x.Dominus faciet niuem et pluuiam imbris. etpluraliter declinaī
in fœmīno. ut Iob. xxxvij. Et hyemis pluuiis et imbri fortitudīs.Inde

verbum actiuum et passiuum Amos.iiij.Et pluui super unam ciuitatē et super alteram ciuitatem non pluui.pars una compluta est.

מִי Quis uel quid.Deuteronomij.xx.Quis est homo. & quęrit substantiam quandoq; propriam quandoq; appellatiuā solius hominis. vnde Manoah quęrens nomen proprium substantię angeli secum loquentis dixit Iudicum.xiij.Quis est nomen tuum.sic enim hebraice legitur.quod nos grāmatice uertimus.quod est nomē tuum. &.i.Regū xxv.Quis est Dauid et quis est filius Isai.de quo rabi Moyses gerundensis Geñ.xxi. Quis dixit ad Abraham.pro quo nos legimus. Quis auditurus crederet Abraham.et in cōmuni locutione cum sequit relatiuum significatis.ea.uel id. sicut cum dicit rabi Moyses ęgyptius in prohemio libri q inscribit.dux neutrorum uel monstrator oberrantium uidelicet.ego autem adiuro in eo qui est benedictus omnē eum qui legerit.i.כל מי שיקרא quandoq; non sequit relatiuum,et tunc significat aliquem.ut Iob.v.Et ad aliquem sanctorum conuertere.

מֵי Aquę.ut Iosue.iiij.Defecerunt aquę iordanis. ubi etiam eam dictionem geminatam inuenies.sic et maim.

מִין Species.forma.genus.conditio.Geñ.i.Faciens fructū iuxta genus suum.& p̄s.ultimo.ubi nos legimus.Laudate eum in chordis. hebręi habent.laudate eum in multiplici conditione seu multipharia.

מֵיץ Expressor.emunctor.prouocator.emulsor. Prouerbior.xxx. Qui autem fortiter premit ubera ad eliciendum lac exprimit butyrū. & qui uehemēter emungit elicit sanguinem.et qui prouocat iras producit discordias.vbi ter ponitur miz. pręceptor meus Iacobus Ioans exposuit sucum expressum.quasi diceret. Quia sucus expressus lactis producit butyrum et sucus expressus naris producit sanguinem.& sucus expressus irarū ꝓducit rixam.unde מָצַץ suxit. et מִצִּצָה humor emulsus seu expressus.

מִיק Interiit. dissolutum est. euanuit. psalmo septuagesimotertio. Cogitauerunt et locuti sunt nequiciam. Hieronymus irriserunt. sed

hebręi.euaneſcent ſeu diſſoluentur et loquentur in malum.ſic pſalmo xxxviij.Putruerunt et corruptę ſunt cicatrices meę.hebręi ſic. Putrue runt euanuerunt.

מִיר Mutauit. Ieremię ſecundo.Si mutauit gens deos ſuos &c̃.po/pulus uero meus mutauit gloriam ſuam in idolum. & Leuitici viceſi/moſeptimo. Sanctum erit et mutari non poteſt. et nomen thmura ideſt permutatio.ut eodem quo ſupra loco.

מִבֵּר Depauperauit.depreſſit.humiliauit.pſalmo centeſimoſexto. Ethumi lati ſunt in iniquitatibus ſuis.Inde nomẽ.ut Leuitici.xxvij.Si pauper fuerit.& Eccleſiaſtis decimo. In pigriciis humiliabitur conti/gnatio.& Leuitici.xxv. Si attenuatus fuerit frater tuus. Itẽ percuſſio ſiue plaga quod a Nacha oriri uidetur.Iſaię primo. Vulnus et liuor & plaga tumens.ut infra patebit in nun litera.

מֵבֵר Emit. ut Leuitici.xxv. Quod reliquum eſt reddet emptori. Inde precium.et eius uocabuli diuerſas formas inuenies in allegato ca pitulo.paſſiuũ eius ponitur Iſaię.l. Ecce enim in iniquitatibus ueſtris venditi eſtis.Inde emptor et uenalia.Nehemię.xiij. Et manſerunt ne/gociatores et uendentes uniuerſa uenalia foris.

מִבְרַח Habitatio.ut Geneſis.xlix.Symeon et leui fratres uaſa ini quitatis bellantia.quod Onkelus chaldaice ſic.Symeon et leui fratres uiri fortes in terra habitationis eorum operantur fortitudinem.

מִלֵּל Loquutus eſt.dixit.quo ſępe thargum chaldaicum utitur.& hebraice Geneſis.xxi.Quis auditurus crederet Abraham. ubi noſtra tranſlatio ſenſum non uerba traduxit. nam hebraice ſic. Quis? dixit Abraham.ideſt ſecundum rabi Salomonem.Quis eſt ille quantus & quam magnus qui et ſpem affert et complet ſperatum. de quo rabi Moyſes gerundenſis ſcribit cp hęc dictio מי ſecundũ ſubiectã ſentẽ/tiam ſignificet laudẽ uel uituperiũ.hic aũt laudẽ,alibi uero ignominiã. vt quis eſt Abimelech.&.i.Regum.xxv. Quis eſt Dauid et quis eſt fi lius Ieſſę.chaldaica aũt trãſlatõ quã in p̃dicto Geñ.uerſiculo aliquãtu lum hęc noſtra imitatur exponit tali modo. Quis faceret credere qui diceret ad Abraham confirmabitur cp lactabit filios Sara. quaſi dice/ret ſecundum gerundenſem.Omnis qui audiet irridebit me quia nõ

eſt aliquis homo cui haberetur tanta fides etiam coram Abraham ſi adnunciaret ſibi hoc miraculum.ſimiliter p̄s.cvi. Quis loquet̄ potentias domini.Inde nomen מִלָּה ideſt dictio.ſermo. uocabulum.p̄s. cxxxix.Et non eſt ſermo in lingua mea.pluraliter declinat̄ etiam termi natione maſculina quandoq; per n.ut Iob.xviij. Vſq; ad quem finem verba iactabis.quandoq; per m.ut eiuſdē.xvi.Conſolarer et ego uos ſermonibus.grām̄atici hebr̄eorum ponunt hanc eſſe unam partium orationis quam nos partem indeclinabilem uel conſignificatiuam dicimus.ut apparebit in arte noſtra grammatica.

מְלִילָה Spicę tenerę,uel earum ſpicarum manipulus.Deuteronomij.xxiij.Franges ſpicas et manu conteres.

מָלֵא Plenum fecit. repleuit. impleuit. Exodi.xl.Et gloria domini impleuit tabernaculum. et inuenit̄ quandoq; abſq; aleph.ſed etiam inuenio q̄nq; vau loco aleph.Ezechielis xli.Ad menſuram calami ſex cubitorū ſpacio . p quo rectius plenū uel impletū calami.ubi quidā hebraici codices tam impreſſi quā ſcripti tenent aleph. ſed illa magna et caſtigatiſſima uolumina tenent vau cum holem loco aleph.

מִלּוֹא Mello nomē ppriū loci uacui in ciuitate Hieroſolymitana ppe murum qui nondum erat exædificatus. quem ædificiis repleuit Salomon.iij. Regum.ix. Tunc ędificauit mello. et a ſuperiori uerbo uidetur trahere originem.

מָלַח Saliuit.uel ſale condiuit.Leuitici.ij.Quicquid obtuleris ſacrificio ſale condias.Inde ſal ut eodem loco.

מָלַח Deuaſtauit.detriuit.corrupit.paſſiue legitur Iſaię.li.quia cęli ſicut fumus liqueſcent.& p̄s.cvij. Terram fructiferā in ſalſuginē. pro quo hebr̄ei legunt terram fructiferam ad deuaſtationem.

מַלּוּחַ Herba quędam.Iob.xxx.Et mandebant herbas.hebr̄ei ſic. Et uellebant ſeu uellicabant ſponte naſcentes herbas atq; contemptibiles.Dauid kimhi ſcribit urticam eo nomine uocari.

מַמְלָה Minutim ſparſum. diſcuſſum. in morem pigmentariorũ multos acuarios pulueres tritos cõmiſcentium. quod legitur Exodi triceſimo. Mixtum diligenter. thargum chaldaicum Onkeli exponit cõfuſum. rabi Salomõ ait minutĩ intritũ pulchre pulchre illud cũ illo.

מַלָּח Gubernator remorum. nauta. remex. Ezechielis viceſimoſeptimo. Omnes naues maris et nautę earum. ſeptuaginta uerterunt remiges. a ſuperiori uocabulo ſecundum rabi Salomonem dictum eo ꝙ cõmiſcent remis aquas atq; cõtundũt. ſic Ionę. i. & timuerũt nautę.

מָלֵט Seruauit. liberauit. ſaluauit. Geneſis decimonono. Salua animam tuam. item nec poſſum in monte ſaluari. Item et infra. Parua & ſaluabor in ea. Item feſtina et ſaluare ibi. ſignificat etiam euaſit. Iob primo. Et euaſi ego ſolus.

מָלַךְ Regnauit. quarto Regum octauo. Et octo annis regnauit in Ieruſalem. et Ieremię. xxxiij. Et regnabit rex. uide ibi nomẽ et uerbũ. Inde regnum et alia eiuſmodi. primo Regum. xxiiij. Et nũc ſcio ꝙ certiſſime regnaturus ſis et habiturus in manu tua regnum Iſrael. nomẽ cataprotheſin mem literę. et uerbum per epentheſin vau. reperitur et quandoq; ſcriptum per aleph in medio. quare caueas ne tunc credas angelum ſignificari. qui per aleph ſcribitur. ſecundo Regum. xi. Quo tempore ſolẽt reges ad bella procedere. eſt enim quoddam ſingulare in biblia ſicut illic inſinuat adnotatio hebraica.

מָלַךְ Cõſtituit. cõſuluit. cogitauit. Nehe. v. Cogitauitq; cor meũ.

מֹלֶךְ Dęmon. moloch. idolum. dominus figurę cęli qui plures habet dignitates apud aſtrologos. Hieronymus putat eſſe luciferum in commẽtariis Amos ca. v. Et portaſtis tabernaculum moloch ueſtro. Sed rabi Moyſes gerundenſis Leuitici. xx. Si quis dederit de ſemine ſuo idolo moloch. dicit ꝙ non ſit proprium nomen idoli. ſed generaliter omne id cui pręter deum creatorem ſacrificatur perperã et prophane. quod ſacrificium gręce idololatria dicitur. et de hoc longa doctrina utitur in pręfato loco. alij dicunt eſſe aſtrum. alij figuram natiuitatis uel electionis quam ſyderationem magi uocant.

מָלַץ Dulcorauit.p̄s.cxix.Quam dulcia faucibus meis eloquia tua: et Hieronymus.quam dulce gutturi meo eloquiū tuum.hebrei sic secundum rabi Salomonem.Quam dulcorant̄ uel dulcorata sunt fauci meę eloquia tua.vnde eloquentes et eloquentia &c̄.

מָלַק Verbum significās ritum sacerdotalem in sacrificiis uolucrū imolandarum. q̄d ipse uno uocabulo latino haud quaquam eloquar. fortasse grēci kinzin dicerēt idest secare.incidere.ac diuidere.sed prēceptor meus homo ex iudeis nō parū literatus Iacobus iehielis loans proprietatem exprimere cupiēs periphrasticos exposuit malak idest vngue secuit ceruicem uolucris in sacrificiis,Hieronymus sic.Leuitici primo. Et retorto ad collum capite ac rupto uulneris loco.pro hoc hebraico scilicet vmalak roso idest et vngue secabit caput eius.

מִן A.de.ab.e.ex.Ezechielis.xxxix. A die illa et deinceps. et Geñ.ij. Sed fons ascendebat e terra.eiusdem.iij. Nisi quod ex ligno de quo prēceperam tibi ne comederes comedisti.et recipit prępositionem.ut Ieremię.vij.A sęculo usq; in sęculum. et recipit postpositionē.ut Iob xx.Hoc scio a principio ex quo est positus homo.sępius etiam proferť absq; nun et sola mem litera.p̄s.cxij. Ex hoc nunc et usq; in sęculum.

מִן Non. sic enim Onkelus chaldęus uertit.Deuteronomij.xxxij. vbi et nos legimus.Et qui oderunt eum non consurgant.

מִן Plus uel super uel quam.et est nota cōparationis. ut Prouerbiorum.xxij.Melius est nomen bonum quam diuitię multę. super argentum enim et aurum gratia bona. et sequente consonante deficit nun per apocopen.

מִן Quod ab aliis etiam cum iod scribitur ut supra notatur.est uas musicę organicum secundum rabi Salomonem.ut p̄s. ultimo. Laudate eum in chordis et organo.

מָנָה Numerauit.ij. Regum.xxiiij. Vade numera Israel et Iudam. et gerundium eius.p̄s.xc.Dinumerare dexteram tuam sic notam fac. vbi Hieronymus melius & rectius quam septuaginta interpretes sic in suo psalterio traduxit. Vt numerentur dies nostri sic ostende.

Sed rabi Ionas ſcribit q̄ ſit nomē cum articulo et nō uerbum. & Iſaię lxv. Numerabo uos in gladio. Inde nomen numerus he conuerſo in iod, et aliquando nun in fine addito. Iſaię eodem. Et libatis ſuper eam. vbi textus habet. et peragitis numero de libamine. ideſt ſacrificatis ſeptem planetis. cui aſtipulat̄ tranſlatio. lxx. Et impletis dęmoni poculū. vnde dicunt hebręorum grāmatici q̄ ſit nomen generale aſtrorū. & Dauid kimhi in cōmentariis Iſaię ſcribit q̄ ſit nomē ſtellę. ego autem numerum ſic puto ſignificari. ut idololatras pythagorizantes notarit numero ſeruientes. ad quod alludit ſcriptura more ſolito. cum ita ſequitur in textu. Numerabo uos in gladio.

מָנָה Pondus certum quod a nobis mna uel mina uel libra dicitur.

ut. i. Ezrę. ij. Argenti mnas quinq̄ milia. et Nehemię. vij. Et argenti minas duo milia.

מָנָה Decreuit. conſtituit. parauit. Danielis. i. Qui conſtituit uobis

cibum et potum. & Iob. vij. Et noctes laborioſas enumeraui mihi. q̄d non recte tranſlatum eſt, ſed ſic uertetur. Et noctes laborē parauerūt mihi. & per apocopē Ionę. ij. Et prępparauit dominus piſcem grandē.

מָנָה Pars. ſors. porcio. munus. uices. debitū. conſtitutum. attinēs.

Leuitici. viij. In partem ſuam ſicut pręceperat ei dominus. et. p̄s. lxiij. Pars vulpiū erūt. ſic enī ſingulariť et nō pluraliť legi debet. et p̄s. xvi. Dominus pars hęreditatis meæ et calicis mei. quod hebraice ſic. Dominus ſors partis meæ. et reperitur aliquando per epentheſin aleph pro uice ac ſorte ſacerdotum. Reperiť etiam per apocopen man q̄d nos manna dicimus. Exodi decimoſexto. Appellauitq̄ domus Iſrael nomen eius man. Quia neſcientes quo nomine eum de cælo miſſum cibum nominarent. volebant generaliter dicere man quaſi munus ſic Nehemiæ nono. Et manna tuum non prohibuiſti ab ore eorum.

מָנָת Iuncto he finali ſignificat oblationem. ſacrificium. orationem.

et placationem. Leuitici ſeptimo. Et omne ſacrificium ſimilæ quod coquitur in clibano. et pſalmo centeſimoquadrageſimoprimo. Eleuatio manuum mearum ſacrificium ueſpertinum. et Ezræ nono. Et ego ſedebam triſtis uſq̄ ad ſacrificium ueſpertinum.

מָנַע Remouit. uitauit ſeu uitare fecit. priuauit. depoſuit. Geñ. xxx. Quipriuauit te fructu uẽtris. & p̃s. lxxxiiij. Nõ priuabit bonis eos qui ambulant in innocentia. ſic Numeri. xxiiij. Deus priuauit te honore.

מָנֹר Lignum teres et oblongum inſtar mali quo ſtamen textorũ circumuoluitur. & a Hieronymo dicitur liciatorium. i. Regum. xvij. Haſtile autem eius erat quaſi liciatorium texentium. & ſcribi debet ultima per literam reſ ſecundum antiquos et caſtigatos libros. quãuis in plurimis iuniorum uoluminibus maxime autem impreſſis per daleth ſcriptum reperiam.

מָסַס Diſſolutum eſt. euanuit. fugit. interiit. Iſaię. x. pro eo quod nos legimus. & erit terrore profugus. hebrei dicunt. & erit quaſi euaneſcẽs et fugitiua. quod etiam Ionathas chaldaice ſimiliter exponit ſic. Exodi. xvi. Cumq; incaluiſſet ſol liquefiebat ideſt euaneſcebat. Onkelus chaldęus uertit reſoluebatur. ſic Ioſue. vij. Pertimuitq; cor populi. ideſt diſſolutũ eſt cor populi quaſi liquefactum. eiuſdem. ij. interpretatur. Et elanguit cor noſtrum.

מַס Munus perſonale. collecta indictio ſuper indictum. angaria perangaria. tributum. cenſus. iij. Regum quinto. Et erat indictio triginta milia uirorum. & threnorum primo. Princeps prouinciarum facta eſt ſub tributo. & Geneſis. xlix. Et erit tributis ſeruiens. Inde uenit per additionem he literę in fine מַסָּה ideſt oblatio quę fit ſuperiori domino propter debitum munus perſonale. Deuteronomij. xvi. Oblationem ſpontaneam manus tuę quã offeres iuxta benedictionẽ dei tui. quod nomen nos chriſtiani ſacrificio noſtro impoſitũ retinuimus uſq; ad hoc tẽpus. ut a nobis appellet miſſa. q̃d a grecis liturgia. Nota igit quod miſſa neq; grecum neq; latinũ eſt, ſed hebraicũ. ſicut etiam pasha neq; grecũ neq; latinũ extat. ſed ab hebreis mutuatũ. ut in ſua dictione uidebimus. cui aſtipulat illud euangelicũ, q̃d Chriſtus de tributo cęſari dando iudicauit. Matthei. xxij. Date quę ſunt cęſaris cęſari. & quę ſunt dei deo.

מַסָּה Diſſoluit. liquefecit. et concordat cum ſuperiori. Ioſue. xiiij. Diſſoluerunt cor populi. & p̃s. vi. Lachrymis meis ſtratum meum rigabo, ideſt liquefaciam. mollificabo. ſeu diſſoluam.

מָסַךְ Infundendo miſcuit more pincernarum. p̄s.cij. Et poculum meum cum fletu miſcebam. Iſaię.xix. Dominus miſcuit in medio eius ſpiritum uertiginis. ſic Prouerbiorꝝ.ix. Miſcuit uinū ſuum. & in eodē loco. Bibite uinum quod miſcui. inde nomen per ſex puncta ſcribendum. pſalmo.lxxv. Plenus mixto.

מָסָךְ Velamen. operimentū ſublime coopertorium. ſicut ſolemus in lectulis ſupra caput diſtendere, quod uelum Galli cęlum nomināt. & Hieronymus illud appellauit a tendendo tentorium. Exodi.xxvi. Facies et tentorium in introitu tabernaculi et quinq; colūnas tētorij. aliter traduxit Iſaię.xxij. Et reuelabitur operimentū Iudę. alij textus habent. Et reuelauit operimentum Iudę. ſed.lxx. tranſtulerunt. Et reuelabunt portas Iudę. quidā hebrꝝorꝝ uerterūt ſic. Et exulabit dominiū Iudę. uel tranſmigrabit tentorium Iudęę. Rabi Ionas ſecundum huius dictionis ſignificatum exponit etiam illud Ezehielis.xxvij. Omnis lapis precioſus operimentum tuum. quod Ionathas dicit. diſtincte poſitus ſuper ueſtimentum tuū. et inuenit alias ſcribi per ſin loca ſamech.

מָסַר Elegit. allegauit. tradidit. delegauit. Nūeri.xxxi. Dederūtq; millenos de ſingulis tribubus. Onkelus chaldaice. Electi ſunt de militibus mille per tribus. unde per id uerbum dicitur a magiſtris hebrꝝorum q; Moyſes recepit legem de ſinai et delegauit Ioſue. & dicunt allegationes in biblia maſaroth, quas ego annotationes ſoleo appellare. aliter autem ſupradictum uerbum exponunt eodē capitulo Numeri. Et prꝫuaricari uos fecerunt in dominū ſuper peccato Phogor. quod Onkelus chaldaice ſic traducit. fallendo falſe coram domino.

מָעַד Nutauit. uacillauit. lapſus eſt. p̄s.xvij. Et non ſunt infirmata veſtigia mea. pro quo Hieronymus in ſuo pſalterio. Et non deficient tali mei. cuius inſtar hoc idem traduxit.ij. Regum.xxij. Et non deficiēt tali mei. hebrꝫi ſic. Et non labantur genua mea. & p̄s.xxxvij. Non ſupplantabuntur greſſus eius. pro quo Hiero. nō deficient greſſus eius. vnde nomen adiectiuum Prouer.xxv. Et pes laſſus. i. vacillās. labilis.

מֵעֶה Viſcera. venter. inteſtina. Ieremię.iiij. Ventrem meum uentrem meū doleo. & Iſaię.xvi. Super hoc uenter meus ad Moab quaſi

cithara ſonabit.& Ionę.ij.Et orauit Ionas ad dominum deum ſuum de ventre piſcis.& dicit pluraliter ſicut uiſcera. nam ſignificat ſimul oĩa interiora.ut p̃s.xl.Et legem tuam in medio cordis mei. quia cor eſt omnium interiorum generale dominium et radix.

מְעַט Minuit.decreſcebat.Prouerbiorꝝ.xiij.Subſtantia feſtinata di minuet.& Exo.xxx.Pauper nil minuet.Inde nomĩa et aduerbia parꝝ paulū paululū paulomĩus.p̃s viij.Minuiſti eū paulominus ab angelis. & nominaliter Geñ.xxiiij.Pauxillum aquę mihi ad bibendum prębe. &pluraliter Eccleſiaſtis.iiij.Iccirco ſint ſermones tui pauci. inde alterius formationis uerbū Ezechielis.xxix.Et imminuã eos ne imperent gẽtibus.eſt et alia forma Eccleſiaſtis.xij.Molẽtes in minuto numero.

מָעַךְ Concidit,contriuit.conquaſſauit.confregit. compreſſit.Leuitici.xxij.Omne animal quod uel cõtritis &c̃. et Ezechielis.xxiij. Ibi ſubacta ſunt ubera earum.quod.lxx.dicunt.Ibi ceciderunt ubera. Hieronymus rectius exponit.Ibi confregerunt ubera earum.

מָעַר Fixit.i.Regum.xxvi.Et haſtam fixam in terra.

מָעַל Pręuaricatus eſt.tranſgreſſus eſt.pręteriit.Ioſue.xxij.Nonne Achan filius Zare pręteriit mandatū domini.et paulo ſuperius.Quę eſt iſta tranſgreſſio cur reliquiſtis dominum. & Leuitici.v. Anima ſi pręuaricãs cerimonias.magiſter Iacob iehielis Ioans pręceptor meus expoſuit hoc uerbum pro ſacrilegium cõmitere uel uiolare fidem.

מְעִיל Tunica ſiue pallium.Exodi.xxviij. Facies et tunicã ſuperhumeralis totam.et Ezrę.ix.Scidi pallium meum et tunicam.& p̃s.cix.& operiantur ſicut diploide.pro quo Hieronymus. Et operiantur quaſi veſtimento.magiſtri dicunt ueſtem eſſe honeſtam et inſignem.

מַעַן Prępoſito lamed ſignificat dictionem propter.propterea.propterea q̃d. iccirco.ideo. Leuitici.xvij. Ideo ſacerdoti offerre debent filij Iſrael.et Exodi.xvi. Vt temptẽ eū.ideſt propterea quod temptem eum.et Iſaię.xxxviij.Propter me et propter Dauid ſeruum meum.

מְעָר Spelunca.recipit paragogen he literę.Geñ.xxij. Vt det mihi

ſpeluncam duplicem.et.ij.Regū.xxiij.Ad Dauid in ſpeluncā odollā.

מַצִּיץ Lis.et aſſumit finalem literam he fœminini generis,et ſignificat quoq; azymum ac non fermentatum.Exodi.xij.Septem diebus azyma comedetis.

מָצַץ Suxit .noſtra tranſlatio habet mulxit a mulgendo. Iſaię.lxvi. Vt mulgeatis et deliciis affluatis. ſed rectius ſeptuaginta interpretes ſic.ut poſtq̄ ſuxeritis delectemini.uide ſupra in uocabulo miz.

מָצָא Suffecit.inuenit.Ieremię.xxxi.Inuenit gratiam in deſerto populus.et Prouerbiorum.viij. Qui me inuenerit inuenit uitam. Inde nomen p̄s.xxxij.Pro hac orabit ad te omnis ſanctus in tempore opportuno.rectius in ſuo pſalterio Hieronymus. ad tempus inueniens.& eius paſſiuum Iſaię.xiij.Omnis qui inuentus fuerit occidetur.

מָצָר Arx.turris.fortalicium.locus munitus.et altitudo petrarum inexpugnabilis.noſtra tranſlatio habet refugium. p̄s.xxxi. Quoniam fortitudo mea et refugium meum. etpluraliter eodē.In domum refugij.et.ij.Regum.v.Cœpit autem Dauid arcem zion.

מָצָה Profudit. expreſſit. extorſit. exhauſit.Iudicum.vi.Expreſſo vellere concam rore impleuit.eius paſſiuum.Leuitici.i.Decurrere faciat ſanguinem ad crepidinem altaris.

מֵצַח Frons.Exodi.xxviij. Et erit ſuper thiaram imminens fronti pontificis.et Ezechielis.iij.Et frontem tuā duriorem frontibus eorū.

מִצְחָה Ocrea.i.Regū.xvij.Et ocreas ęreas habebat in cruribus.

מָצַר Anguſtia uel locus ſtrictus unde fugere nequeamus. threno rum.i.Omnes perſecutores eius apprehenderunt eā inter anguſtias. trāſlatio noſtra uertit pericula.p̄s.cxvi.Et pericula inferni inuenerūt me. p quo Hiero.ſic.Et munitiones inferni.ſępe mem appoſitiue ponitur ut primitiuum uideatur zara, quod eſt tribulatio.ut in eodem. Tribulationē et dolorē inueni. unde illud p̄s.cxviij. De tribulatione inuocaui dominum et exaudiuit me in latitudine dominus.

מָקַק Perdidit. et perire ſeu tabeſcere atq; interire fecit. Item liquit uel liquefiebat. Iſaię.xxxiiij. Et tabeſcet omnis milicia cęlorum ideſt peribit ſeu interibit. imo potius abolebitur et deſtruet̃. ſic Ezechielis iiij. Et contabeſcat in iniquitatibus ſuis. & Zacharię. xiiij. Tabeſcet caro uniuſcuiuſq; ſtantis ſuper pedes ſuos et oculi eius contabeſcent in foraminibus ſuis et lingua eorum contabeſcet in ore eorum. lxx. interpretes uerterunt. Et oculi eorum defluent de foraminibus.

מַק Tabes. putredo. fetor. interitus. perditio. Iſaię.iij. Pro ſuaui odore fetor. & noſtra tranſlatio quandoq; fauillam uertit. ut eiuſdem.v. Sic radix eorum quaſi fauilla. quod exponit rabi Dauid kimhi in commentariis ſuper Iſaiam quaſi putredo uel caries.

מַקֵּל Virga. baculus. Ieremię.xlviij. Baculus glorioſus. per zere in fine. Geñ.xxx. Tollens ergo Iacob uirgas populeas. per patha.

מָקֹם Locus. Exodi.xx. In omni loco in q̊ memoria fuerit nominis mei ueniam ad te et benedicam tibi. quod rectius ſic uertitur. In omni loco ubi faciam meminiſſe nominis mei ueniam ad te.

מַר Stilla. Iſaię.xl. Ecce gentes quaſi ſtilla ſitulę.

מָרַר Exacerbauit. amaricauit. Exodi.i. Atq; ad amaritudinem perducebant uitam eorum. & p̃s.cvij. Quia exacerbauerunt eloquia dei. Inde amarum et alia deriuata. & Iſaię.v. Ponentes amarum in dulce et dulce in amarum. et Exodi.xv. Nec poterant bibere de marah eo q; eſſent amarę. Inuenit̃ autẽ aſpirationẽ he finalẽ mutare in aleph. Ruth primo. Sed uocate me mara ideſt amaram. inde om̃ia acetaria dicunt̃ marorim ut eſt herba acetoſa uel acidula ſeu lachtuca agreſtis. ſic enĩ ſcribit rabi Salomon Exodi.xij. Et azymos panes cum lachtucis agreſtibus. q; omnis herba acerba dicitur maror. inde amaritudo. Iob.xiij. Scribis cõtra me amaritudines. et in alia forma Deu.xxxij. Et botrus amariſſimus. et Iſaię.xxxviij. Ecce in pace amaritudo mea amariſſima. per unicam res literam.

מָר Ruth. Amarundo

מֵרִירִי Spiritus ęſtuans. dęmon exacerbationis. furia infernalis q̃ gręce erynnis nuncupat̃. pro quo neſcio quare trãſlatio noſtra habet Deuterono.xxxij. morſu amariſſimo. ubi ſcribit rabi Salomon q̊d ſit

proprium nomen dęmonis.rabi Dauid kimhi exponit eum locum de ęstu intenſo qui hominibus inducit mortē.unde poterimus illud Iob iij. lucidius intelligere quam nos legimus. et ĩuoluatur amaritudine. ſic rectius tranſferendo.& torreant eum diaboli diurni.uult dicere. dęmonium meridianum.hoc eſt ęſtus nimĳ et calores febriles.

מָרַד Rebellauit.defecit.aduerſatus eſt.quod tranſlatio noſtra interpretatur contempſit.Exodi.xxiĳ.Nec cōtemnendum putes. vnde quidam hebręorum expoſuerunt uerſiculum Iſaię.xxxviĳ. Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine animę meę.ſic ſcilicet ad rebellionē aię meę.uel ſecundū Ioſeph kimhi.Immutationē animę meę.

מָרַר Immutauit.alterauit.Ieremię quadrageſimooctauo. Et odor eius non eſt immutatus.

תַּמְרוּרִים Amaritudines.ſecundum Hieronymum in commentariis Ieremię.ſed Symmachus uertit tranſmutationes. eiuſdem.xxxi. Pone tibi amaritudines.Dauid autē kimhi in opere ſuo ſuper Oſeam prophetam ca.xĳ.Ad iracundiam me prouocauit Ephraim in amaritudinibus ſuis.ꝑ amaritudinibus tranſfert ſtatuas. cumulos. aceruos ſiue congeries in modum arę ſeu altaris.et ſunt eleuationes lapidum. Inde illud Danielis.viĳ.Efferatus eſt in eum. ſic exponũt magiſtri hebręorum.& eleuatus eſt ſuper eū.vt ſit recta lectio.ſtatue tibi titulos. pone tibi aras ſiue ſtatuas.alias luctum ſeu fletum tranſtulerunt.Ieremię.xxxi.Vox in rama audita eſt lamentationis luctus et fletus.pro quo.lxx.lamentatio et fletus et luctus.Ionathas chaldaice ſic exponit. quod plorat Ieremias propheta.quia magnam ſtragem et plurimam necem immiſerit Nabuzardan de ramatha domui Iſrael quę fleuit ipſam Ieruſalem in amaritudine &c̄.

מְרֹרָה Fel.Iob.xx.Fel aſpidum interius.

מְרִיא Pecus pingue. pro quo nos legimus ouem.Iſaię.xi.Vitulus et leo et ouis ſimul morabuntur.et ſignificantur eo uocabulo armēta domi ſaginata.ut ſunt oues et boues pingues.quare tranſlatio noſtra legit.iĳ.Regū.i.Arietibus et uitulis et uniuerſis pinguibus.ſignificat etiam exaltationem. ſublimitatem.et eleuationem.quod tranſlatio no

ſtra circumloquitur Iob.xxxix.Cum tempus fuerit in altū alas erigit. ideſt ſublimabitur et uelificabitur.

מֹרֶג Traha. tribula.ploſtrum quo excutiunt fruges. Iſaię.xli.Ecce poſui te quaſi plauſtrum triturans nouum. etpluraliter ſecūdo Regū xxiiij.Et plauſtrum et iuga boum in uſum lignorum.

מֶרֶד Defecit. rebellauit.receſſit.Geñ.xiiij.Et tertiodecimo anno receſſerunt ab eo.et.iiij.Regum.xviij.Rebellauit quoq; contra regē aſſyriorum.et Iob.xxiiij.Ipſi fuerunt rebelles lumini. aliqui hebręor exponunt.Ipſi fuerunt in deſcenſu luminis,ideſt in tenebris uel obſcuro.ut mem ſit ꝓtheſis.Inde nomē מְרִי deſertio.defectio.rebellio. pręuaricatio.Ioſue.xxij.Si pręuaricationis animo hoc altare cōſtruximus.et ſcribitur ſex punctis.

מְרוּדִים Abiecti. uiles. humiles et egeni. Iſaię.lviij.Et egenos uagoſq; induc in domū tuam.et threnor.i.Recordata eſt Ieruſalē dier afflictionis ſuę et pręuaricationis.quod rectius dicit et egeſtatis.conſequenter in ca. iij.eiuſdē. tranſlatio noſtra uertit tranſgreſſionē.recordare pauptatis meę et trāſgreſſionis meę. quaſi a ſuperiore deriuatū.

מָרָה Diffidit.incredulus fuit.uel nō credidit.Nūeri.xx.Quia non credidiſtis mihi ut ſanctificaretis me corā filiis. inde nomē īcredulus. ut eodē q̄ ſup̄ ca.Audite rebelles et increduli.ubi nr̄a trāſlatio utrūq; ſignificatū ꝓ uno ꝟbo hebraico poſuit.ſic igit clare uides unde oriat tranſlationū diuerſitas cū interp̄tum alius aliter uocabula deriuanda cenſuerit.ut etiā p̄s.cv.Et nō exacerbauit ſermones ſuos. ꝓ q̄ Hiero. rectius in ſuo pſalterio.& nō fuerūt increduli uerbis eius ſcilicet Moyſes et Aaron.ita aūt ꝓmixtim utunt interp̄tes hoc uocabulo ut quiſq; ſuā ſequat opinionē.threnor.i. Quia os eius ad iracundiā ꝓuocauimox alit in eodē. Quia amaritudine plena ſum. itē ca.iij.eiuſdē. Et ad iracundiam prouocauimus.quaſi eſſet deriuatū a primo marar.ſignificat aūt et ſic abalienationem.mutationem.et alterationem.

מַרְאָה Culter raſorius ſeu nouacula ſecundum Dauid kimhi in libro de radicibus.noſtra tranſlatio interpretatur ferrum.Iudicū.xvi. Ferrum nunquam aſcendet ſuper caput meum.

מָרַח Cataplaſmauit.hoc eſt emplaſtra cōpoſuit more chirurgico

medicorum.Isaię.xxxviij.Et cataplasmarent super uulnus.Inde nomẽ Leuitici.xxi.ubi pro cataplasmato in testiculis trãslatio nostra posuit hernioſum. uide supra in אֲשֶׁר

מָרַט Decapillauit. euulsit. Ezrę.ix. Et euulsi capillos capitis mei. eius passiuũ Leuitici.xiij. Vir de cuius capite capilli fluunt. pro facile euellunt.itẽ et si a fronte ceciderint pili.significat etiã nudare. limare. polire.atq; leuigare.Ezechielis.xxi. Gladius exacutus est et limatus. Item ut splendeat limatus est.idest ut coruscet politus est.item dedi eũ ad leuigandũ.item et iste limatus est.reperiunt oĩa hęc in eodem ca.

מָרַץ Violauit.peruertit uerba alterius.detraxit.Iob.vi.Quare detraxistis sermonibus ueritatis.et.iij.Regum.j. Maledictione pessima idest puersa.quod Ionethas chaldęus exponit acerbissima. et Dauid kimhi in commentariis Regum.forti ac uiolenta.

מָרַק Emundauit. purgauit.defricuit.detersit.poliuit.Leuitici.vi. q; si uas ęneum fuerit defricabitur.& Ieremię.xlvi. Polite lãceas. inde mundus muliebris hoc generali nomine appellatur quicquid ad cultum mulierum pertinet.ut Ester.ij. Expletis omnibus quę ad cultum mulierę pertinebant.item postea.quicquid postulassent ad ornatum pertinens accipiebant.

מָרָק Ius.sorbillum.aqua in qua decoquũtur carnes uulgo brodiũ appellant.Isaię.lxv.Ius prophanum in uasis eorum. & Iudicum sexto. Et ius carnium mittens in ollam.

מָשַׁשׁ Tetigit.attrectauit.apprehendit.palpauit. Geñ.xxvij. Si attrectauerit me pater meus.et infra.Accede huc ut tangam te fili mi.et Geñ.xxxi.pro eo q; legimus.scrutantiq; oñe tentoriũ. ueritas habet ita.Et attrectauit uel tetigit laban omne tentoriũ.sic infra.Et scrutatus es omnẽ supellectilẽ meã. pro attrectasti. et Exodi.x. Tenebrę super terrã egypti tam densę ut palpari queant.& Iob.xij. Palpabunt quasi in tenebris et non in luce.

מָשָׁה Extraxit.eduxit.extulit.Exo.ij.vocauitq; nomẽ eius Moseh dicens q; de aqua tuli eũ.et.ij.Regũ.xxij.& traxit me de aquis multis.

מִשְׁי Veſtis ſerica ſubtili ſtamine ac ſubtegmine cõtexta ita ut pilos atq; capillos tenuitate uel ſuperet uel æquet. vnde Hiero. ſubtile trãſtulit. Ezechielis. xvi. Et indui te ſubtilibus. hoc. lxx. interpretati ſunt rectius ſic. Et circũdedi te trichapto. q̃d ſane uocabulũ Hieronymus poſt diligentẽ inquiſitionem cum in nullo græcor̃ libro ætymologiã eius inueniſſet, aſſeuerat ipſos. lxx. interpretes pro nouitate rei nouã cõpoſuiſſe. notauit hæc ipſe in ſuis ſup̃ Ezechielẽ cõmentariis. Suidas vero grãmaticus græcus et author ualde bõus de trichapto ſic ſcribit. Trichapton eſt bombycinus pannus uel ueſtis precioſa. hæc Suidas.

מָשַׁח Vnxit. Iſaiæ. lxi. Spiritus domini ſuper me eo q̃ unxerit me. verba ſunt Meſiæ id eſt Chriſti regis uncti. et Geñ. xxxi. Ego ſum deus Bethel ubi unxiſti lapidem. Inde meſſiah. i. unctus. Leuitici. iiij. Si ſacerdos qui unctus eſt peccauerit. et græcè dicit̃ chriſtus a chriomæ. i. vngor. p̃s. cv. Nolite tangere chriſtos meos. quo uocabulo reges nominantur. Iſaiæ. xlv. Hæc dicit dominus chriſto eius Cyro.

מָשַׁךְ Duxit. traxit. extendit. tetendit. iij. Regũ. xxij. Vir quidam tetendit arcum. i. traxit arcum. et Deutero. xxi. Quæ nõ traxit iugũ. & Iudicum. iiij. Ego autem adducam ad te in loco torrentis ciſon ſiſſaram. et Eccleſiaſtis. ij. Abſtrahere a uino carnem meam. Iſaiæ. xvij. Ite angeli ad gentem dilaceratã et cõuulſam. ſignificat et elõgari et in honore ac precio eſſe. Iſaiæ. xiij. Et dies eius non elongabuntur.

מֶשֶׁךְ Nomen gentis a filio Iapheth deſcendentis. quos Hiero. in libro de hebraicis queſtionibus putat cappadoces eſſe. ſunt aũt pars minoris armeniæ. unde putat frãtiſſimus rabi Moyſes abenezra nominatos eſſe ualidos apud Ieremiã equos illos q̃s nos legius emiſſarios. Ieremiæ. v. Equi amatores in fœminas et emiſſarij facti ſunt. id eſt equi de meſech robuſtiſſimi atq; laſciui. rabi Ioſeph gorionides hoc uocabulo dici putat gentem tuſcanam.

מָשַׁל Dominatus eſt. p̃s. cvi. Et dñati ſunt eorum qui oderunt eos. & Deute. xv. Dñaberis natiõibus plurimis et tui nemo dñabit̃. Geñ. xlv. Et ipſe dñatur in omi terra ægypti. Iſaiæ. xl. Et brachiũ eius domiabit̃. & p̃s. lxvi. Qui dominatur in uirtute ſua Inde nomina deriuata. ut

dominatio.dominium et poteſtas.Geñ.i.Vt prę eſſet dieí.item ut prę eſſet nocti.i.ad dominiū diei et ad dominium noctis. Accipit enim in fine he uel thau et in principio mem alterum.ſicut et p̄s.cxlv.Et domi natio tua in omni generatione et generatione.

מֶשֶׁל Cōparatio.aſſimílatio.parabola.prouerbiū.Ezechie.xviij. Si erit ultra uobís parabola hęc in prouerbium. Inde prouerbiare & prouerbiātes ſi liceret ſic latine dícere.ut Ezechielis eodē ca. Quid eſt ꝙ inter uos parabolā uertitis ídeſt parabolatis ,puerbiū.et in paſſiuo vt p̄s.xlix.Cōparatus eſt iumētis inſipiētibus. & p̄s.xxvij. & aſſimíla/ bor deſcendentíbus in lacum.

מֶשֶׁק Relictum.deſertum.ſiccum.Sophonię.ij. Siccitas ſpinarum. & putat rabí Ioſeph pater Dauidís kimhi q̄d expoſitio eadē etiā con ueniat ílli uerſículo Geñ.xv.ubi nos legímus. Et filíus ,pcuratoris do mus meę iſte damaſcus Eliezer.ut ſit legēdum filius relícti ſcilicet cui omnia domus meę gerenda relíqui in manus ſuas.

מֶתֶג Frenum. capiſtrū uel camus.ſic.lxx.expoſuere in p̄s.xxxij.In camo et freno maxillas eor̄ cōſtringe. eſt aūt camus a grę́cis ſumptū quod ílli kimos dicunt.et eſt quędā ſpecies freni ſecundū Iulium pol lucem et Suidam.ita Prouerbiorum.xxvi. Flagellum equo et camus aſino. licet Dauid kimhi illic ſtímulū q̄ aſíni pūgunt uelit intelligí.

מֵתֵי Gens. populus. uiri ſiue homines.Iob.xi. Tibí ſoli tacebunt homines.et p̄s.xvij.Domine a paucis de terra diuide eos.pro quo re ctius in ſuo pſalterio Hiero.A uiris manus tuę dñe qui mortui ſunt in profundo.et adiūctū numero ſignificat paucos. ut Deuterono.iiij.& remanebitis pauci.et hoc uocabulum tantum in plurali reperímus.

מְתוֹם Integritas. ſanitas. p̄s.xxxviij. Nō eſt ſanitas in carne mea. rabí Salomon tam gallice quā teutonice exponit integritatē.et Iſaię.í. non eſt in eo ſanitas.ídeſt ſecundū Ionathan chaldę́ū uel quietudo.ul' etiā integritas.ſecundū alios hebr̄eos uel firmitas uel bona ualetudo.

מְתַח Expandit. tetendit. Iſaię.xl.Et expandit eos ſicut tabernacu lum ad inhabitandum.

אַמְתַּחַת Saccus. pera. Geneſis.xliiij.Pone in ore ſacci iunioris. fortaſſe ita nominatū a uocabulo ſuperiore quod repletionibus quotidianis extendatur.

מָתַי Quando.pſalmo.cxix.Quando conſolaberis me.et cum præponitur ad ſignificat uſqꝫ quo uel quouſqꝫ.ut p̄s.vi.Et tu domine uſqꝫ quo.& p̄s.lxxx.Quouſqꝫ iraſceris ſuper orationem ſerui tui.

מָתְנַיִם Lumbus. Ieremię. xiij. Et pones illud ſuper lumbos tuos.& infra.Sicut enim adhęret lumbare ad lumbos uiri. & Iob.xl. Fortitudo eius in lumbis eius.

מָתַק Dulcorauit. uel potius dulceſcebat.Iob.xx.Cum enim dulce fuerit.& Prouerbiorum.xxvij.Anima dulcoratur.et nomen dulce in eodem capitulo.Eſuriens etiam amarum pro dulci ſumit.et eiuſdem xvi.Et qui dulcis eloquio maiora reperiet.pro quo hebręi. Et dulcedo labiorum addit eruditionem.nam ibi ſcribit̄ ſex punctis. ſed adiectiuum per vau et holem.Canticorum ſecundo.Et fructus eius dulcis gutturi meo.

BIBLIOTHEQUE UNIVERSITAIRE TOULOUSE

ia.nunc.obſecrantis particula o uel obſecro.uelut ueteres lo
e qui ſolebant amabo te. et ſimilia.Exodi.xi.Dices ergo omni
plebi..quod rectius legitur ſic.Loquere nunc ad aures popu
li.&Nūeri.xij.Obſecro domine mi.et infra.Deus obſecro ſane eam.
&recipit in principio aleph ana et idem ſignificat. p̄s.cxviij. O domi
ne ſaluum me fac o dñe bene proſperare.ſimiliter hortandi aduerbiū
Canticorum.iij.Surgam et circuibo ciuitatem pro eia ſurgam.

נא Alexandria ea quę eſt in ęgypto. ſic enim Ionathan chaldęus in
terpretatur Ezechielis.xxx.Et faciam iudicia mea in alexādria. & Hie
ronymus in commentariis ſic ait.pro quo neſcio quid uolētes ſeptua
ginta dixere dioſpolin.

נאד Lagena ſeu uter.Iudicum.iiij.Quę aperuit utrem lactis.& p̄s.
cxix. Quia factus ſum ſicut uter in pruina.quod legi debet.ſicut uter
in uapore fumi.& profecto mirarer tranſlationem niſi uidere Hiero.
etiam de habraica ueritate ita uertiſſe. credebā eſſe uitium ſcriptoris
qui ꝑ pruna ſcripſerit pruina.ſed cum cernerē.lxx. interpretes grece
pachne interpretatos.iam pēdebam animi.recordatus illud Pauli ad
romanos.xiiij.vnuſquiſq; in ſuo ſenſu abundat. &pluraliter declinat̄
in forma fœminini generis. Ioſue.ix. Vtres uini ſciſſos. ubi eius adie
ctiuū ē generis maſculini.ſicut īfra eodē.vtres uini nouos īpleuimus.
et quāuis ſcribat̄ quādoq; diphthongo aleph et vau.ut in ſupra citato
Iudicum libro.quandoq; per ſimplex aleph.ut in aliis.tamen mihi nō
placuit in ordinē vau poſt nun ponere.ut quidā tēptaueŕt quaſi aleph
eſſet literalis adiectio.ſed potius huc locaui q; aleph mea ſententia ſit
litera principalis qua ſimplici crebrius ſcribitur quam diphthongo.

נאם Eloquutus eſt.dixit.ait.inquit. Ieremię.xxij. aſſumūt linguas
ſuas et aiūt dicit.ubi ſecundum Hieronymū ſubauditur dominus.nā
dominus non eſt de textu.& ſcribunt grammatici q; נאם ſit nomē
et ſignificet dictum. quamuis nos ſemper interpretemur uerbaliter.
ut ait uel dicit.inde nōinant̄ eloquētes et prudētes eloq; נאמנים
quod ab amen noſtra tranſlatio ueraces traduxit. Iob.xij.Cōmutans
labium ueracium.alij uero ab hoc uocabulo dicendi ſic legunt.Labe
factans labium oratorum uel eloquentium.

נָאַף Mœchatus eſt.adulteratus eſt.Leuitici.xx.Si mœchatus quis fuerit cum uxore alterius et adulterium perpetrauerit cum coniuge proximi ſui,morte moriat̃ et mœchus et adultera. et Iob.xxiiij.Oculus adulteri obſeruat caligin̄. & reperitur geminata tertia litera ph. Oſeę.ij. Et adulteria ſua de medio uberum ſuorum.

נָאַץ Irritauit.opprobrauit.detraxit.blaſphemauit.exacerbauit. exaſperauit.ideſt ad iracundiam prouocauit.Prouerbiorꝝ.i. Et detraxerint uniuerſę correctioni meę.& threnorum.ij. Et in opprobrium & indignationem furoris ſui.& Iſaię.v.Et eloquiū ſancti Iſrael blaſphemarunt. & Nūeri.xiiij. Vſqꝫ quo detrahet mihi ppl̄s iſte. et p̄s.cvij. Et conſilium altiſſimi irritauerunt. pro quo Hiero. blaſphemauerūt.

נָאַץ Pullulauit.,ppagauit.floruit. Eccle.xij. Florebit amygdalus.

נָאַק Vociferauit amare.dolenter clamauit.noſtra tranſlatio interpretatur gemuit.Ezechielis.xxx.Et gement gemitibus interfecti cor̃ me. ubi chaldaica Ionathę tranſlatio habet. Et rugiet rugitu.ſic Iob xxiiij.De ciuitatibus fecerunt uiros gemere.nomen eius Exodi ſecundo.Et audiuit dominus gemitum eorum,ideſt uociferationem et damorem.quia prę̃mittitur ꝙ aſcendit clamor eorum ad deum.et ſic exponit rabi Salomon per uerbū ęquipollens,q̄d apud Iſaiã ca. v. damorem ſignificat, ubi legitur, Et ecce clamor.

נָאַר Maledixit et gloriam abſtulit.threnorum.ij.Maledixit ſanctificationi ſuę.et pſalmo .lxxxix. Auertiſti teſtamentum ſerui tui. pro quo Hieronymus de hebraica ueritate. Attenuaſti pactum ſerui tui. Rabi Salomon. Vacare feciſti.alij deuaſtaſti.ut Ioſeph kimhi.Ego putarē ſignificari hoc uerbo floccifacere.ex animo dimittere.et abiicere. ſic Malachię.ij.Et in penuria uos maledicti eſtis.

נֶבֶב Vanum.inane.cauum.non ſolidum.Exodi.xxvij.Non ſolidū ſed inane et cauū intrinſecus facies illud.& Iob vndecimo. Vir uanus in ſuperbia erigitur.vide ſupra in uerbo bib. & Ieremię quinquageſimo ſecundo.Et intrinſecus caua erant.

נָבָא Prophetauit.uaticinatus eſt.Ioelis.ij.Et prophetabunt filij ue

ſtri.et Ieremię.xxiij.Prophetant in Baal.inde nomen propheta et participium prophetans.et cętera deriuata reperies in eodem capitulo. & Deuteronomij.xxxiiij.Et non ſurrexit ultra propheta.

נָבַח Latrauit.Iſaię.lvi.Canes muti non ualentes latrare.

נָבַט Aſpexit. attendit. uidit. Iſaię.v. Aſpiciemus in terram.quod apud grammatice doctos atq; literatos tranſferendum eſt. aſpiciet in terram.nam litera nun ſubſtancialis hic eſt et non accidentalis.quę in aliis formis ſępe deficit.ut Iſaię.li. Attendite ad petrã unde exciſi eſtis. attendite ad Abraham patrem ueſtrum.et p̃s.cij.Dominus de cęlo in terram aſpexit.et Geñ.xix.Noli reſpicere poſt tergum. quod uerbũ e uerbo ſic legunt.Ne reſpicias poſt te.

נָבַל Marcuit. attenuatus uel defatigatus eſt.expalluit. cecidit.Iſaię xl.Cecidit flos.quod alij legũt.expalluit flos. potius autem emarcuit. ſic Iſaię.xxviij.Et flori decidẽti fortaſſis ideo,quia putabãt p in b fuiſſe conuerſum.quia ſignificat infirmũ.et caducum. inane. et quod careat robore.ſic Ieremię.viij.Folium defluxit.Exodi.xviij.Stulto labore cõſumeris.quod duobus uerbis ſic.Marceſcens marceſces. uel ut Onkelus chaldaice tranſfert. Defatigatus defatigaberis, ſimile uocabulum vertit Ionathas chaldęus tabefecit.putrefecit.Iſaię .xliiij. Diſſipatione diſſipabitur terra.

נָבָל Stolidus.uacillans.fatuus.inanis.leuis.ſtultus.inſipiẽs.prauus. abiectus.p̃s.liij.Dixit inſipiẽs.uel ſecundũ Hieronymũ. dixit ſtultus. ſimiliter p̃s.xiiij.et Iſaię.xxxij.Non uocabitur ultra is qui inſipiens eſt princeps.et infra.Stultus enim fatua loquetur. & Deutero. xxxij. Populeſtulte et non ſapiens.Inde peruerſitas.prauitas.nephas. Ioſue vij.Et fecit nephas in Iſrael.& Oſeę.ij.Et nunc reuelabo ſtulticiã eius. chaldaice leuitatem eius.quod Hieronymus exponit turpitudinem et.lxx.immundiciam. cõmuniter autem hebręi prauitatem. Ionathas leuitatem.ſic.i.Regum.xxv.Super uirum iſtum iniquum Nabal quoniam ſecundum nomen ſuum ſtultus eſt et ſit ſtulticia cum eo.ſic in fœmino genere Iob.ij.Quaſi una de ſtultis mulieribus locuta es. Inuenitur etiam uerbaliter Prouerbiorum.xxx. Et qui ſtultus apparuerit poſtq̃ eleuatus eſt.proprie ſic.Si infatuaris in eleuando. Item abſtra-

ctiue Iob.xlij. Vt non uobis imputetur ſtulticia. alias prauitas. Inde verbum graue. Ieremię.xiiij. Neqꝫ facias nobis contumeliam. quod hebraice ſic legitur. Et non deturpabis ſoli um glorię tuę. ideſt ne floc ci facias ſeu abiicias aut uile reputes. ſic Deuterono.xxxij. Et receſſit a deo ſalutari ſuo. quod ſic legendum eſt. Et abiecit deum ſiue contem/ pſit. deſpexit. uile fecit.

נֵבֶל Lagena. uter. cantharus. uas uinarium factum uel ex corio uꝰ ex luto aut argilla. i. Regū. x. Alius portans lagenā uini. et eiuſdē. xxv. Et duos utres uini. & Iſaię. xxx. Sicut conteriť lagena figuli. et Ieremię xlviij. Et lagunculas eorum collident.

נֵבֶל Lyra ſeu pſalterium. ſpecies organi ſecundum Suidam. i. Regū x. Et ante eos pſalterium et tympanum. de quo uide beatum Hierony mum in epiſtola ad Dardanum de diuerſis generibus muſicorum & Angelum politianum in miſcellaneis ca. xiiij. ſuperius autē uocabulū ſcribitur ſex punctis, pręſens uero reperiť etiam quinqꝫ. ut p̄s. xxxiij. In pſalterio decem chordarum. ſic enim extat in canonibus orthogra phię hebraicę. p̄s. lxxi. Nam et ego confitebor tibi in uaſis pſalmi. ubi ponitur hęc adnotatio non ſęgol. Iſaię. v. Cithara et lyra. etpluraliter Iſaię. xxij. A uaſis craterarum uſqꝫ ad omne uas muſicorum.

נִבְלִי Imbres inundationes. quod trāſlatio noſtra concentū uertit. Iob. xxxviij. Et concentum cęli quis dormire faciet. Inde mabul quaſi manbul cataclyſmus ſeu diluuiū. ſimile Iſaię. xxx. Riui currentiū aq̄rꝝ.

נָבַע Redundauit. effluxit. emanauit. Prouerbiorꝝ. xviij. Torrens redundans fons ſapientię. Inde prępoſitione mem literę loco nun ſi/ gnificatur id quod a ſcaturigine proximum decurrit dictū fons quaſi funs a fundendo. Iſaię. xlix. Et ad fontes aquarum potabit eos. Eccle/ ſiaſtis ultimo. Et conterať hydria ſuper fontem. & in alia ſignificatiōe importat eructationem et elocutionem. ut p̄s. cxix. Eructabunt labia mea hymnū. pro quo Hieronymus. Fundant labia mea hymnum. & p̄s. xix. Dies diei eructat uerbum. et p̄s. lix. Ecce loquunť in ore ſuo. & p̄s. lxxviij. Loquar propoſitiones ab initio. & in alio ſignificato repe/ ritur Eccleſiaſtis. x. Muſcę morientes perdunt ſuauitatem ungēti. pro

nauſeari faciunt. vel ſecundū rabi Ishac auengieth ampullari. ac quaſi fungorum aut ueſicularum imaginem edere atq; tuberculari.

נֶגֶב Meridies. auſter. Danielis. xi. Et confortabitur rex auſtri. Geñ. xxviij. Dilataberis ad orientem et occidentem et ſeptētrionem et meridiem. ſic Ioſue. xvij. Ephraim ſit ab auſtro et ab aquilone Manaſſe. Et Iſaię. xxx. Onus iumentorum auſtri. Interpretatur autem Ionathas chaldęus hoc uocabulū meridiem. i. Regū. xxvij. Cōtra meridiē Iudæ et contra meridiem Ierahmeel et contra meridiem Ceni. alij exponūt locum deſertum ſterilem. aridum. quia a meridie illarum urbium ſita eſt vaſta ſolitudo et terra inhabitabilis.

נָגַד Retulit. explanauit. enunciauit. indicauit. Geñ. iij. Quis enim indicauit tibi. quod Onkelus chaldęus interpretaſ. quis oſtendit tibi. eodē modo illud Deuteronomij. xxvi. Profiteor hodie coram dño. idem Onkelus interpretatur ſic. Oſtendi hodie domino deo tuo. Eccleſiaſtis. x. Et qui habent pennas adnunciabunt ſententiam.

נֶגֶד Exaduerſum. eregione. in cōſpectu. ante. coram. apud. penes. pcul. i. Regū. xvi. Num corā dño eſt chriſtus eius. quod uero ſcribiť Geñ. ij. Adiutorium ſimile ſibi. recte ſic legitur. Adiutoriū quaſi corā eo. ideſt ſecundum gerundenſem. adiutorium q̄d ſtet coram eo a quo ſeparetur et cum quo coniungať iuxta uoluntatē ſuam. & rabi Dauid kimhi exponit ſic quaſi diceret. Et erit in conſpectu eius paratum continue ad obſequendum ei. et ut ait rabi Salomon gallus nō ad prelian dū. et ſic recipit alias partes indeclinabiles ſicut caph et lamed et mem. ſic etiam he in fine. Geñ. xxi. Seditq; eregione procul.

נָגִיד Capitaneus populi. dux. princeps. i. Regum. ix. Et unges eum ducem ſuper populum meum Iſrael. et eiuſdem. x. Ecce unxit te dominus ſuper hereditatem ſuam in principem.

נָגַהּ Splenduit. fulſit. Iob. xxij. Et in uiis tuis ſplendebit lumen. Inde nomen Habacuk. iij. Splēdor eius et lux erit. Ezechielis. i. Et ſplēdor in circuitu eius. ſic in alia forma ubi ſplēdificare ſignificat habetur p̄s. xviij. et. ij. Regum. xxij. Et dominus illuminabit tenebras meas. et Iſaię

xiij. Et luna non ſplendebit in lumine ſuo. inde noga ex ſeptē planetis quę uenus dicitur, quo uocabulo utuntur philoſophi et cabaliſtę ut rabi Iuda hariſi in libro de geomanticis quęſtionibus. et rabi Ioſeph minor in libro qui inſcribitur hortus nucum.

נָגַח Cornupeciit. inſultauit. impegit. inuaſit. Exodi. xxi. Si bos cornu percuſſerit. et infra. Si bos cornupeta fuerit. et Deuterono. xxxiij. In ipſis uentilabit gentes, hoc eſt ipſis cornibus inſultabit. et p̄s. xliij. In te inimicos noſtros uentilabimus cornu. ubi tranſlatio noſtra circū locutiue interpretatur hoc uocabulum. ſignificat autem inſultum & impulſum cornibus animalium.

נָגַל Falx a quo magel quaſi mnagel. ut Ioelis ultimo. Mittite falcē de quo ſupra in litera mem.

נָגַן Luſit inſtrumentis muſicis. iiij. Regū. iij. Cumq; caneret pſaltes. verbū e uerbo ſic. Et factum eſt cum organizaret organiſta uel citharizaret citharœdus. et. i. Regum. xvi. Et pſallat manu ſua. inde organiſta ſeu muſicus manualis. p̄s. lxviij. Pręuenerunt principes coniuncti pſallentibus. rectius quam Hiero. qui uertit pręceſſerunt cātores eos qui poſt tergum pſallebant. et ex eo inſcribitur titulus pſalmi quarti ſic. victori in pſalmis.

נָגַע Percuſſit. tetigit. pulſauit. perculit. i. regum. x. Exercitus quorū tetigerat deus corda. quod exponit Dauid kimhi in cōmentariis ſup quatuor ſic. quibus dedit deus in cordibus eorū ad complacendū ei. et Geñ. xxvi. Sicut et nos nihil tuorū attigimus. quod Onkelus chaldaice ita. Sic q; nos lęſimus te. Ruth. ij. ut nemo moleſtus ſit tibi. quod ſic ſcribitur. nonne mandaui pueris ne pulſent ſeu tangant te. et Geñ. iij. Et ne tangeremus illud. Inde uerbū graue Canticoꝝ. ij. Tēpus putationis aduenit. ideſt contigit ſiue attigit. et uerbū tranſitiuū ſecundi. ut Exodi. xij. Et aſpergite ex eo ſuperliminare. ubi uerbū e uerbo ſic. Et facite tangere ſuperliminare ac duos poſtes de ſanguine. ſic Exodi iiij. Tetigitq; pedes eius. pro fecitq; tāgere pedes eius. ideſt adhibuit ſeu ,piecit ad pedes ſuos. et Iſaię. vi. Et tetigit os meum. ideſt adhibuit ſuper os meum et fecit tangere.

נֶגַע Plaga. percuſſio. Exodi. xi. Adhuc una plaga tangam Pharao/

quod sic scribitur.adhuc plagã unam uenire faciam ſuper Pharaonẽ. & Leuitici.xiij.plaga leprę.et sic scribitur nun ſegol. uerbum autẽ & nomen reperitur in uno uersiculo Genñ.xij. Flagellauit autẽ dominus Pharaonem plagis maximis.ꝑ plagauit siue percussit percussionibus magnis.nam grece plaga iuxta linguam doricam dicit̃ percussio. a uerbo ãtiquo peplego prẽsentis temporis,quod a peplega prẽteriti temporis uerbi plesso deriuat̃.ut legitur in libro electorũ greco Varini Camertis.sed Hieronymus noster.lxx.interpretes imitatus est etiam in suo psalterio de hebraica ueritate.p̃s,lxxiij. Et cum hominibus non flagellabunt̃.quia.lxx.grece traduxerunt mastigothisontę.similiter in eodẽ.Et fui flagellatus tota die.q̃d.lxx.memastigomenos uerterunt.

נָגַף Impulit.irruit.lesit.luem attulit.q̃d nostra translatio percussit interpretatur.Exodi.xxi.Et percusserit quis mulierem pregnantem. mox uariauit in eodem capitulo trãsferendo uulnerauit,ibi.si bos alienus bouem alterius uulnerauerit. iterum.ij. Regũ.xij. Percussitq; dominus paruulũ.similit̃ Exodi.xij.uarie traduxit. percutiens ęgyptios. et mox sequitur.ingredi domos uestras et lędere. Onkelus chaldaice transfert utrobiq; ad percutiendũ.inde nomen sex punctis ideſt lues seu internecio.Exodi eodem.nec erit inter uos plaga. quod Onkelus chaldaice uertit mortalitas. uerbum aliud. p̃s.xci. Ne forte offendas ad lapidem pedem tuum ideſt lędas.aliam formam per ꝑthesin mem et paragogen he literarum inuenies Numeri.xxv.in fine. et eiusdem xxvi.in prĩcipio.Quę percussa est in die plagę ꝑ sacrilegio Phegor. postq; noxiorum sanguis effusus est.quod ultimum ita ponitur.& factum est post plagam.oĩa eius uocabuli deriuata significant percussionem ad mortem uel ad minus prope mortem.

נָגַר Disperſum.effusum et euersum est.diffluxit. secundo Regum decimoquarto.Quasi aquę dilabimur.quod sic scribitur. quasi aquæ defluxę uel disperſę in terrã.simile Micheę primo.Sicut aquæ quę decurrunt in prĕceps.ideſt sicut aquę disperſę.Ionathas chaldęus uertit deriuantes uel defluentes scilicet asdin. et threnorum tertio. Oculus meus afflictus est.ubi legitur hebraice.Oculus meus defluxit effudit. Item Micheę primo. Et detraham in uallem lapides eius,hoc est dispergam lapides de montibus in ualles more cupientiũ ędificare.

נָגַשׁ Acceſſit.appropinquauit.Geneſis.xliiij.Accedens autem propius Iudas. & Geneſis decimonono. Recede illuc. pro appropinqua huc.cata aphęreſin nun literę primę.& infra.Iamq; prope erant ideſt appropinquabant.ſic Iſaię.xxix.Eoquod appropinquat populus iſte ore ſuo.

נָגַשׂ Angariauit.exegit.depopoſcit.repetiit.quarto Regum.xxiij. Et unumquemq; iuxta uires ſuas exegit tam argentum quam aurum. & nominaliter Iſaię decimoquarto.Et ſubiicient exactores ſuos.& infra.Quomodo ceſſauit exactor ideſt coactor.angariator.rurſus Deuteronomij decimoquinto. Repetere nō poterit quia annus remiſſionis eſt.et infra.A peregrino et aduena exiges.omne ſignificatū eiuſdē vocabuli afflictionem denotat.

נֶד Maſſa. moles. aceruus.Ioſue tertio. Vna mole conſiſtent.quod poſtea ibidem circumlocutus eſt ſic. ad inſtar montis intumeſcentis. & Exodi decimoquinto.Stetit unda fluens. ubi in latinis libris deeſt ſicut moles ſeu aceruus. q̄d Onkelus chaldaice traduxit ſicut paries. vnde Nicolaus de lyra exponit aqua ſicut murus erecta.

נָדַד Remouit.fugit.receſſit.Oſeę ſeptimo. Vę eis quoniam receſſerunt a me.Eſter ſexto.Noctem illam duxit rex inſomnem. uerbum e uerbo ſic.in nocte illa fugerat ſomnus regem. et pſalmo.xxxi. Qui uidebant me foras fugerunt a me. et Nahum tertio.Reſiliet a te.Iſaię.x. Migrauit Madmena.et Ieremię quinquageſimo. Recedite de medio Babylonis.omnia remotionē ſignificant.Inde etiam remotio propter menſtrua dicitur נִדָּה Leuitici decimoquinto. Et quę menſtruis temporibus ſeparatur.et eiuſdem duodecimo.Iuxta dies ſeparationis menſtruatę.et omnino accipitur pro fœditate et immūdicia Ezrę.ix. Terra immunda eſt iuxta immundiciem.

נָדַב Libuit.fauit. indulſit. Exodi triceſimoquinto.Omnes uiri & mulieres mente deuota obtulerunt. & infra. Voluntaria domino dedicarunt.et ſic ſignificat idem quod uoluntarie liberaliter et ſpōtanee obtulit.Ezechielis quadrageſimoſexto . Cum autem fecerit princeps

ſpontaneum ideſt munificum: unde munifici et liberales hoc nomine dicũtur principes.ut pſalmo.cxiij. Vt collocet eum cum principibus cum principibus populi ſui. et pſalmo.cx. pro eo quod nos legimus: Tecum principium in die uirtutis tuę in ſplẽdoribus ſanctorum. Hieronymus traduxit populi tui ſpontanei in die fortitudinis tuę in montibus ſanctis.et pſalmo.cxix. Voluntaria oris mei. unde uoluntarius et liberalis dicitur nadib qui omnia indulget oculo bono,ſecundum rabi Dauid kimhi in cõmentariis ſuper Iſaiam capitulo.xxxij. Ibi princeps ea quę digna ſunt principe cogitabit et ipſe ſuper duces ſtabit.

נָרַח Remouit. ſeparauit. prolongauit. ita interpretatur Ionathas chaldęus.Amos.vi.Qui ſeparati eſtis in diem malum.

נָרָה Merces meretricis.et ſcribitur ſex punctis.Ezechielis.xvi.omnibus meretricibus dantur mercedes.et addit in principio nun ut ibidem cernere licet.

נָרַח Receſſit.aberrauit.motus eſt.fugit.Deutero. xix.ſecuris fugerit manum.Deute.xxx.Si cardines cęli fueris diſſipatus.et paulo ante: In quas diſperſerit te dominus deus tuus.Inde nomen Iſaię.xi. Et congregabit profugos Iſrael.ſimile pſalmo.cxlvij.Diſperſiones Iſrael congregabit. pro q̃ Hiero. eiectos Iſrael cõgregabit.q̃d et poſtea ſic interpretatus eſt threnorum ſecundo.& eiectiones ideſt aufugia et exilia.

נָרָן Vagina.i.Paralip.xxi.Et conuertit gladiũ ſuum in uaginã.Inde volunt dici uerbũ iadon. Geñ.vi. ubi nos legimus. non permanebit ſpiritus meus in homine.ibi mgri hebręorũ ſic uertũt.nõ uaginabitur ſpiritus meus,ut ſupra in litera daleth commemorauimus.

נָרַת Propulſauit.torſit.proiecit.p̃s.i. quẽ ꝓiicit uentus.et Iob.xiij. Contra foliũ q̃d uento rapiť.i.foliũ propulſatũ. ſimile Iſaię.xli.Sicut ſtipulã uento raptã.i.ſicut ſtipulã ꝓpulſam.et p̃s.lxviij.pro eo q̃d nos legimus.Sicut deficit fumus deficiant.hebręi uertũt. ſicut propellitur fumus proiicias ſeu propellas.et uolunt hic eſſe gerundiũ paſſiuum.

נָרַר Vouit.ij.Regũ.xv.Vouens enim uouit ſeruus tuus.i.uotũ uouit.et Numeri.xxx.Si quis uirorum uotum domino uouerit.

נָהַה Lamẽtatus eſt.planxit.ululauit.Micheę.ij. Cantabit̃ canticũ. ſed rectius.lxx.interpretes plangẽt planctus.ſicut et Ieremię.ix. Docete filias ueſtras lamentum. et eiuſdem.xxx. Vox in excelſo audita eſt lamentationis &c̃.

נָהַג Duxit.minauit. threnorꝝ.iij. Me minauit et adduxit.p̃s.lxxx. Qui deducis uelut ouem Ioſeph.Eccleſiaſtis.ij.& animum meum trãs ferre ad ſapientiam.ideſt aſuefacere cor meũ in ſapientia. unde mores et ductus hominum ſic dicuntur ab inducta conſuetudine.

נָהַל Suſtentauit.tulit.portauit.Exodi.xv.Portaſti eum in fortitudine tua.et concordat cum tranſlatione chaldaica Onkeli.Iſaię.li.non eſt qui ſuſtentet eam.

נָהַם Fremuit.rugiuit.Prouerbiorꝝ.xix.Sicut fremitus leonis ira regis.pro quo hebręi.Rugit ſicut leones ira regis. et eiuſdẽ.xxviij.Leo rugiens.tranſlatio noſtra alibi aliter legit Prouerbiorum quinto. Et gemas in nouiſſimis tuis.pro fremas.

נָהַק Vociferauit. clamauit.ſonuit. rudit. Iob.vi.Nunquid rugiet onager.puto interpretem dicere uoluiſſe rudet.nam rudere aſinorũ et onagrorum eſt. Perſius Findor ut arcadię pecuaria rudere dicas. miror tranſlationem noſtram alio in loco lętari interpretatam eſſe. Iob.xxx.Qui inter huiuſcemodi lętabantur.ſed hebręi ſic legunt.inter arbuſta clamant ſub urticis conglutinantur.omnia inde deriuata ſignificant fremitum ſicut grẽce bromaſthę ſecũdum Suidam kai onkaſtę quę ſunt onagrorum et aſinorum propria.

נָהַר Confluxit ſeu affluxit.et ſignificat curſum ad libitum. Ieremię xxxi. Et confluent ad bona domini. Iſaię.lx. Tunc uidebis et affluues. Inde nomen fluuius ſeu flumen.p̃s.lxxx. Et uſq; ad flumẽ propagines eius.&pluraliter declinat̃ in cõmuni genere.in maſculino ut Iſaię.xxxiij. Locus fluuiorũ riui latiſſimi.in fœminino ut pſalmo.xxiiij.& ſuper flumina pręparauit eam.

נָהַר Illuminauit.illuſtrauit.pſalmo.xxxiiij. Accedite ad eum et illuminamini.quod Hieronymus in ſuo pſalterio de hebraica ueritate a ſuperiore uocabulo traduxit ſic. Reſpicite ad eum et confluite.ſed re

ctius rabi Salomon gallus exponit illuminamini, ut sit sensus uidete. sic etiam id quod supra fuit allegatum Isaię sexagesimo. tunc uidebis & affluues interpretant aliqui. tunc uidebis et illuminaberis. in qua sententia est rabi Dauid kimhi in commentariis. Inde nomen lux uel lumen. Iob tertio. Nec illustretur lumine. inde illud quod legitur Iudicum sexto. Fecerũtq; sibi antra et speluncas in montibus. ideſt fecerũt subterraneas rimas seu fissuras tanquam fenestellas per quas lumen eis ad foueas latenter incideret hoc enim uocabulum insinuat.

נוא Deseruit. uitauit uerbũ graue. infregit. cessauit. irritauit. cõtradixit. deserere uel discedere fecit. Numeri. xxx. Si aũt statim ut audierit contradixerit pater. et eiusdem tricesimosecundo. Cur subuertitis mentes filiorum Israel. ideſt ad quid infringitis sententias filiorum Israel. uel potius cur uitare facitis corda filiorum Israel. & quandoque deficit aleph et mutatur vau in iod. ut p̃s. cxli. Oleum autem peccatoris non impinguet caput meum. quod rabi Salomon interpretatur non deseret uel non uitabit caput meum. quem Nicolaus de lyra uolens imitari exponit non prohibebit caput meum. cęterum non recte hic transfertur peccatoris, sed oleum principis siue regis. item ab hoc verbo deriuatur nomen Numeri decimoquarto. Et scietis ultionem meam. & est sic iuxta mentem Onkeli. sed secundum proprietatem linguę significat desertionem uel discessionem. ut illic recte commentatur rabi Salomon.

נוא Alexandria. Nahum tertio. Nunquid melior es alexandria populorum. ubi uideas Hieronymum in cõmentariis super duodecim, & supra in principio nun.

נוב Excreuit. fructificauit. propagauit. germinauit. nostra trãslatio habet multiplicauit. psalmo. xcij. Adhuc multiplicabuntur in senecta uberi. pro quo Hieronymus in suo de hebraica ueritate psalterio sic uertit. adhuc fructificabũt in senectute. et gemĩata beth litera. Zacha. nono. Et uinum germinans uirgines. et uide quam contrarium interpretatur nostra translatio threnorum quarto. quoniam isti extabuerunt consumpti a sterilitate terræ. quod hebraice sic. Quoniam isti effluent trãsfossi fertilitatẽ agri. sed Prouer. x. parturire trãsfertur. os iusti parturiet sapientiam hoc est propagabit. inde nomen propago siue germen aut surculus siue palmes. quod fructũ legimus Isaię. lvij.

Creaui fructum labiorum.& illud Ionathas chaldaice traduxit ſermonem. vnde id quod legimus Malachię primo. Et quod ſupponitur contemptibile eſt cum igne quod illud deuorat.hebræi interpretantur.Et ſermo eius ſcilicet ſacerdotis offerentis contẽnitur et eſca illius ſcilicet altaris ut panis et adeps &c̃.nam ignis hic nulla fit mentio.ſed ſunt qui ſimiliter fructum a ſuperiori ſignificato exponunt cui aliquã tulum aſpirat Hieronymus in commentariis cum ait. Fructus autem altaris ignis eſt cibuſq; ignis hoſtię uel holocauſta.

נוד Eiectus.mobilis.profugus.Geneſis quarto. Vagus et profugus eris in terra.ſuper terram.Inde moueri.Nahum tertio. Quis commouebit ſuper te caput. ſuper quo Hieronymus in commentariis recte ſic ait.in hebręo non habetur caput,ſed nos appoſuimus ut ſenſus manifeſtior fieret.Symmachus interpretatur lugebit. ſeptuaginta interpretes gemet. et Ieremię decimooctauo. & mouebit caput ſuum. & Prouerbiorum.xxvi.Sicut auis ad alta tranſuolans ideſt ſicut auis ad mouendum.ſic Ieremię.l.Et moti ſunt et abierunt.& in alia forma p̃s. xxxvi. Et manus peccatorum non moueat me. per iod literam.& in alia forma Geneſis.iiij.Et habitauit profugus in terra.

נוח Habitauit. conſtitit. ſuſtentatus eſt. permanſit. ſtetit erectus. Habacuk.ij.Sic erit uir ſuperbus et non decorabitur.rectius ſic. Vir ſuperbus nõ ſtabit erectus.iuxta thargum Ionathę.hoc eſt Nabucho donoſor uir arrogans et ſuperbus non conſiſtet in permanẽtia regni ſui.quaſi diceret non permanebit in ſtatu ſuo. Inde nomen conſiſtentia. ſtatus. manſio. habitaculum. ędes. Ieremię decimo. Et decus eius diſſipauerunt.quod hebręi legunt. & habitationes eorum ſeu ędificium eius deuaſtarunt.cui lectioni uidẽtur etiam Hieronymus et Nicolaus de lyra conſentire iu cõmentariis.nam Hieronymus ſic ſcribit, q̃ in tantam ſolitudinem redegerunt Ieruſalem ut publicarum et priuatarum ędium oĩa diſſiparent.Lyra ſic.diſſipauerunt ſcilicet templũ in quo Iudęi maxime gloriabant̃.unde uerius tranſlatio noſtra uertit Exodi.xv.Ad habitaculũ ſanctum tuũ.quo in loco etiã eius nominis uerbum legit̃.Iſte deus meus et glorificabo eũ.quod ſecundũ ꝓprietatẽ linguę ſic hebręi legunt.Iſte deus meus et hoſpitabo eũ ſeu tabernaculũ habitationẽq; ei faciam.ſic enim Onkelus chaldaice trãſtulit. Iſte deus meus et ędificabo ei ſanctuarium.Significat etiam ſpecioſam

vxorem ſecundum Paulum burgẽſem et magiſtrum Dauid kimhi in libro de radicidus quę ſemper domi habitat. unde.lxx. tranſtulerunt grẽce oreoteta ideſt decorem. q̃d nos legimus ſpeciem. p̃s.lxvij. Et ſpeciei domus diuidere ſpolia.pro q̃ in pſalterio ſuo Hieronymus ſic. Et pulchritudo domus diuidet ſpolia.quod rabi Salomon de ſynagoga Iſraelitica intelligit.id etiã Lyra exponit de eccleſia. et Ieremię.vi. Specioſę et delicatę aſſimilaui filiam.ſignificat etiam tugurium ſeu tabernaculum paſtorum quo caulam ſępe intelligunt. quamuis tranſlatio noſtra interpretetur paſcua.ij. Regum.vij. Ego tuli te de paſcuis. euidentius legit Sophonię.ij.Et erit funiculus maris requies paſtorę. vbi.lxx.etiam traduxere paſcua paſtorum.ſed Ionathas chaldęus domunculas paſtorum uertit.et quãdoq; plurale mutat alterum vau in aleph.ut Ioelis.i.Quia ignis comedit ſpecioſa deſerti,ideſt tuguria paſtorũ in deſerto.uolunt autem quidam dicere q; ſit cuiuſdã loci in deſerto propriũ nomẽ.ſed Hieronymus generaliter intelligit aut plana camporum aut pratorũ florentia aut uirentia herbis loca quę paſcua prębuere iumentis.hęc omnia propter ſignificatũ habitaculi oriũtur tranſſumenda.Iob.viij.Et pacatũ reddet habitaculum iuſticię tuę.& Ieremię.xxxi.Pulchritudo iuſticię mons ſanctus.quod Iudęi legunt ſimiliter habitaculum dicentes.habitaculum iuſticię mons ſanctus. q̃d ſecundum rabi Ioſeph patrem Dauidis kimhi in eiuſdem commentariis intelligitur de domo ſanctificationis et de monte unde procedet omnis benedictio inęternum. quia deus benedicet illum in diebus Meſſiæ benedictione quæ nunquam terminabitur.hæc Ioſeph.Sępius tamen aliter et aliter uariant tranſlationes.ut Ieremię.xxij.Et cõuertam eos ad rura ſua.ideſt ad caulas ſeu mapalia ſua.

נוח Requieuit.Habacuk tertio.Requieſcam in die tribulationis.et Iſaię.lvij.Requieſcent in cubili ſuo.et primo regum.xxv. Locuti ſunt ad Nabal omnia uerba hęc ex nomine Dauid et ſiluerunt. pro et requieuerunt atq; ceſſauerunt. Ionathas chaldęus interpretatur & finierunt.quod in ſermone nos ſolito appellamus pauſare. eſt autem pauſare diductum a grẽco uerbo futuri temporis pauſomę ideſt deſinam.quieſcam.ceſſabo.id quod hoc uerbum noah ſimiliter deſignat. Geneſis octauo. Requieuitque arca menſe ſeptimo. Inde nomen

quietum.tranquillum.iocundum.ſuaue ac placens.ſeu placidum. Numeri.xxviij.Holocauſtum ſuauiſſimi odoris atq; incenſi eſt domino ideſt placidiſſimi.ubi geminatur heth litera. et nomen in alia forma Eccleſiaſtis.iiij.Melior eſt pugillus cū requie.et eiuſdem.ix. Verba ſapientum audiunt̄ in ſilentio ideſt cum tranquillitate ocio requie.Inde verbum graue tranſitiuū tranquilliſicare ſi liceat dicere,Exodi.xxxiij. Et requiem dabo tibi.ideſt compeſcam te uel mitigabo te. ſic Ezechielis.xvi.Et requieſcet indignatio mea in te.et Iſaię.xi. Et requieſcet ſup eum ſpiritus domini.Inde nomē requies ſub uariis formis. Eſter.ij. Et dedit requiem uniuerſis prouinciis.item aliter. p̄s. cxvi· Conuertere anima mea in requiem tuam.

Regnes מְנוּחָה

נוּט Concuſſit.mouit.p̄s.xcix.Moueat̄ terra.p q̄ Hiero. cōcuciat̄.

נוּם Obdormiuit ſeu dormitauit.Nahum.iij.Dormitauerunt paſtores tui rex Aſſur.et pſalmo.lxxvi. Dormierunt ſomnum ſuum.et p̄s. cxxi.Neq; dormitet qui cuſtodit te ecce non dormitabit.

נוּס Fugit.abiit.euanuit.ſeceſſit.Deuteronomij ultimo.Nec dentes illius moti ſunt.pro quo rectius ludęi ſic legunt.Et non fugerat ſpecioſitas eius.quod chaldaica tranſlatio habet ſic. Et non alterabatur ſpecioſitas decoris uultus eius.ut diximus in litera lamed. &Ioſue.viij.p eo q̄p habetur fugiemus et terga uertemus. legunt hebręi.fugiemus ãte eos.&Iſaię.xxx.Sed ad equos fugiemus ideo fugietis.Inde uerbū graue fecit fugere,hoc eſt fugauit.Exo.ix.Fecit confugere ſeruos ſuos et iumenta in domos.inde nomen Ieremię.xlvi. Fugierunt conciti p fugam fugierunt. quod et protheſin patitur et paragogen. Iſaię.lij. Nec in fuga properabitis.

נוּע Mouit.concuſſit.Amos nono. Et concutiam in omnibus gentibus domum Iſrael ſicut concutitur triticum. et paſſiue Nahum.iij. Si concuſſę fuerint cadent in os comedentis. &reperitur per conciſionem literę vau.Amos quarto.Et uenerunt duę et tres ciuitates. ideſt mouerunt uel ceſſerunt.&Geneſis quarto. Et ero uagus et profugus in terra. Inde nominantur מְנַעֲנְעִים inſtrumenta muſica ænea quibus appendent multa crepitalia a concutiendo et mouendo ſic dicta.et a grecis ſiſtra a ſio quod in futuro habet ſiſo ideſt quatio concutio. ij.Regum.vi.Et ſiſtris et cymbalis.

נטע Pampinauit.frondificauit.circumſtipauit ſurculos aromatum. Prouerbiorum.vij.Aſperſi cubile meum myrrha et aloe. hoc eſt inſeui uel infixi in cubile meum ſurculos ſeu frondes aromatum.Inde nomen ſurculus.palmes ramus.propago ſeu frutex aromatū. p̄s. xlviij. Fundatur exultatione uniuerſę terrę.q̄d miror ita de greco eſſe trāſlatū.lxx.enim grece ſic. eurizo agalliamati ideſt bene radicato gaudio vniuerſę terrę.ſed rabi Salomon eo loci noſ interpretatur arbuſculā, quaſi uerbum e uerbo dicendum ſit,ciuitas quę eſt pulcher ſurculus aromaticus lętificans omnem terram.tranſlationes noſtrę fauum eſſe uoluerunt.Canticorum.iiij.Fauus diſtillans labia tua ſponſa.& Prouerbiorum.xxiiij.Et fauum dulciſſimum gutturi tuo.

נוע Leuauit ſeu eleuauit mouendo hinc et inde.Numeri.vi. Suſceptaq̄ rurſum ab eo eleuabit in conſpectu domini. quod de uerbo ad verbum ſecundum Onkelum chaldęum ſic eſt legendum. & eleuabit ea ſacerdos eleuationem corā domino. vbi notabis duas eleuationes in ſacrificiis.unam ſurſum et deorſum et uocatur thruma. aliam dextrorſum et ſiniſtrorſum ſeu antrorſum et retrorſum,nominaturq̄ a preſenti uerbo thnupha.ſimile ponitur Leuitici.vij.Pectuſculū enim eleuationis et armum ſeparationis.ſic Leuitici.viij. Tulitq̄ pectuſculum eleuans illud coram domino.ideſt mouens hinc et inde.

נוץ Floruit. Canticorum.vij. Si floruerunt mala punica.ſic Eccleſiaſtis.xij.Et florebit amygdalus.ubi aleph ponit̄ loco iod in medio dictionis.Inde nomen flos.Geñ.xl.Paulatim in gēmas et poſt in flores. quod uerbum e uerbo ſic legitur.& erat in gemmando aſcendit flos eius.nam ultima litera he eſt mappik.poteſt tamen etiam de ſubſtātia dictionis eſſe quę alias mutet̄ in thau.Iob.xv. Et quaſi oliua proiiciēs florem ſuum.aſſumit et quandoq̄ literam nun. Canticorum ſecūdo. Flores apparuerunt in terra.

נוצוץ Effulſio.ſcintilla.Ezechielis.i.Et ſcintillę quaſi aſpectus ęris. alio in loco reperit̄ prima per iod ſcripta.Iſaię.i.Et opus eius quaſi ſcintilla.& pro eo quod nos legimus p̄s.cxxxij.Super ipſum autem efflorebit ſanctificatio mea. rabi Salomon interpretat̄ ab igne ſeu ſcītilla illuminabit.quaſi diceret ſcintillabit ſeu effulgebit.

נר Lucibulum.lucerna.iij.Regum.xi. vt remaneat lucerna Dauid

ſeruo meo.Ionathas chaldęus ſic interpretatur.ut confirmetur regnū ipſi Dauid ſeruo meo.inde ſolent hebręi hunc uerſum pſalmi.cxxxij. Parauí lucernam chriſto meo ſic legere. Diſpoſui regnū meſſię meo. ſed in p̄s.cxix.concordant nobiſcum dicentes. lucerna pedibus meis verbum tuū.quod ſcribitur per zere,ſuperius autem per hirek.et declinaſ pluraliter in genere fœminino.deriuaſ ab eo per ꝓtheſin mem & paragogen he candelabrū.Exodi.xl.Candelabrum ſtabit cū lucernis ſuis.quod uerbum e uerbo ſic.Et induces candelabrū et eriges lucernas ſeu lucibula eius.

נִיר Sulcus.nouale.Oſeę.x.Innouate uobis nouale. ideſt ſulcate uobis ſulcos.et Prouerbiorꝝ.xiij.Multi cibi in noualibus patrum.alij ſic. Multa eſca in ſulcis pauperū.ſcilicet quos pauperes arant.

נָחַשׁ Languit.infirmabaſ.ęgretulit.Hieronymus interpretaſ deſperauit in ſuo de hebraica ueritate pſalterio.p̄s.lxix.dicens.Opprobrio contritum eſt cor meum et deſperatuſſum. ſed uerius ſic. opprobriū confregit cor meū et infirmatuſſum.ubi.lxx. interpretes nominaliter verterunt ta leporian.et noſtra trāſlatio legit improperiū expectauit cor meum et miſeriam.ſed ſecundū hebrꝰos uerbū eſt et non nomen. rabi Salomon uoluit literam aleph de ſubſtantia uerbi eſſe anus. etꝑ defectum alterius aleph quod perſonam primā denotat hoc loco ſic ſcriptum.ſed rabi Iona uerbum eſſe primitiuū nus docuit.et illud ip̄m aleph quod per protheſin legitur perſonam primam deſignare.quod uerum puto.uidebis ſupra in aleph.

נָזַר Coxit.ebullire fecit.Geñ.xxv.Coxit autem Iacob pulmentum. Inde nomē ius coctum ſiue pulmentum.ut in allegato uerſu.et Haggęi.ij.Panem aut pulmentum.

נָזָה Aſperſit. Leuitici.iiij.Tincto digito aſpergens ſepties contra velum.Inde nomen aſperſor qui aſpergit. Numeri.xix. Ipſe q̄ꝯ qui aſpergit aquas lauabit ueſtimenta ſua. hęc omnia per defectum nun literę.qua propter zain recipit dagges.

נָזַל Fluxit.Iſaię.lxiiij.A facie tua montes defluerent.Inde fluenta et riui.p̄s.lxxviij.Et eduxit aquam de petra.pro quo Hierony.Et eduxit

riuos.et Canticorum.iiij.Puteus aquarꝫ uiuentiū quę fluunt impetu de libano.cuius uerbū ſequitur ibi.Et fluent aromata illius.iterū per aphęreſin nun literę quę ſępe deficit.quod indicat punctus dagges.

נֶזֶם Inauris.torques.uel ornamentum nariū.Prouerbiorum.xi.Circulus aureus in naribus ſuis.ubi ſuis non eſt ꝓnomen relatiuum,ſed nomen ſus ſuis,ideſt porci.etpluraliter ponitur Geñ.xxxv.Et inaures quę erant in naribus eorum.

נֶזֶק Leſio.damnum.nocumentū.ſcribit̄ ſex punctis.Eſter.vij.Atqꝫ vtinam in ſeruos et famulos uenderemur eſſet tolerabile malū et gemens tacerem.nunc aūt hoſtis noſter eſt cuius crudelitas redundat in regem.quod hebręi uerbum e uerbo ſic legūt. et ſi in ſeruos et ſeruas uenderemur tacuiſſem. quia non tribulator uerſaret̄ circa damnum regis.Inde uerbum et deriuata quę magiſtris hebręorum ſunt in uſu maxime in ſuis cōſtitutionibus de iniuriis et damno dato . ſic ſcribitur Danielis.vi.Et rex non ſuſtineret moleſtiam. quod rectius ſic legendum eſt.Et rex non eſſet damnificatus.

נָזַר Religauit. ſeparauit. abſtinuit. reſtrinxit.diuiſit.Leuitici.xxij. Vt caueant ab ijs quę conſecrata ſunt.pro quo hebręi ſic legunt. Et ſeparentur ſeu religant̄ a ſanctificatis.et Numeri.vi.A uino et omni q̄d inebriare poteſt abſtinebunt.Inde nazaręus.ſeparatus.religioſus.deuotus.reſtrictus.diuiſus et ſolitarius tanc̄ꝫ monachus. Nūeri.vi. Hęc eſt lex nazarei ideſt religioſi.et alia forma nominis uerbalis Numeri vi.Cunctis diebus quibus ex uoto dño conſecrantur. uerbū e uerbo proprie ſic.Cunctis diebus religionis ſuę uel abſtinentię ſeparationis aut monachatus ſui.unde ſolet dici longam cęſariem geſtanti tonde religionem tuam uel abrade conſecrationem tuam.

נֵזֶר Corona.diadema.ij.Regū.i.tuli diadema q̄d erat in capite eius. ſic intelligūt illud Leuitici.xxi.quia oleū ſanctę unctiōis dei ſui ſup eū eſt.q̄d Onkelus chaldaice interpretat̄.quia cli.i.corona olei maieſtatis dei ſup ipſum . ſimiliter illud Numeri.vi . quia conſecratio dei ſui ſuper caput eius eſt.& ſic ſcribitur quinc̄ꝫ punctis.

נָחָה Minauit.duxit.p̄s.lxxvij.Deduxiſti ſicut oues pp̄lm tuū.et p̄s. cviij.Quis deducet me uſc̄ꝫ in idumeam. inde uerbum tranſitiuum ter cij.quaſi ductificauit.i.miſit uel dimiſit.ut Exodi.xxxij.Dimitte me

vt iraſcatur furor meus.

נָחַל Hęreditauit.quod tranſlatio noſtra poſſedit interpretaſ.Exo. xxxij.Et poſſidebitis eã ſemper.ſic Numeri.xxxij. vſq; dũ poſſideant filij Iſrael hęreditatẽ ſuã.q̃d uerbũ e uerbo legũt hebręi.quouſq; hęreditabiſ filiis Iſrael cuiq; hęreditas ſua.et ſequiſ. Nec quicqnã q̃remus trans iordanẽ.nos ꝓprie ſic. Quoniã nõ hęreditabimus cũ eis.ſic ps. lxxxij.Quoniã tu hęreditabis in oĩbus gẽtibus.inde nomen hęreditas ps.xcviij.et hęreditatẽ tuã uexauerũt.ſimiliſ Deute.xxx. Iacob funiculus hęreditatis eius.et eiuſdẽ.xvij.nõ habebũt ſacerdotes et leuitę &c̃ partẽ et hęreditatẽ cũ reliq̃ Iſrael dñs enĩ ipſe eſt hęreditas eorum.

נַחַל Flumen,fluuius.torrẽs.riuus.Ioſue.xij.Ab aroer quę ſita eſt in ripa torrentis arnon.etpl̃r Eccleſiaſtis.i. oĩa flumina intrãt in mare. &.ij.Regum.xxij.torrentes belial terruerũt me.ſignificat etiã uallem anguſtã in qua deriuaſ fluuius.tametſi qñq; exiccetur et areſcat.Ioelis iij.pro eo quod legimus.et irrigabit torrentem ſpinarũ. Symmachus magis proprie traduxit uallem. & quod.lxx.ibidem ſchœnon grece interptati ſunt hoc non intelligiſ pro torrente funiculorꝝ.ut Hieronymus putauit.nam etiã illud uocabulũ grecũ ſchœnus herbã ſignificat prẽacutam. quã latine gladiolũ dicimus uel iuncũ in morẽ acus naſcẽtem ſecundũ Suidam.ſed rectius gladiolũ tam a fodiẽdo quã etiam a ſcindẽdo uelut mucro.q̃d Ariſtophanes in comœdia quam inſcripſit acharnanas his uerſibus inſinuat. Et non dimittã quin prius ſchœnus eis infigar acutus doloroſus inciſiuus. voluerũt ergo .lxx. intelligere nõ torrentẽ funiculorꝝ ſed ſpinoſiſſimarꝝ et acutiſſimarũ herbarum quę et pungant et ſcindãt.ſicut et Micheę.vi.de ſetim uſq; ad galgalã. ideſt de carecto.ſic intelligũt hebręi illud q̃d legimus Geñ.xxvi.Foderuntq; in torrentem et repererunt aquam uiuam.quis enim puteũ foderet in torrente quin potius in ualle ubi ſolent reperiri aquæ uiuæ propter uicinos montes.

נָחַם Conſolatus eſt.quod tranſlatio noſtra periphraſticos exponit ſic Gene .xxiij. Vt dolorem qui ex morte matris acciderat temperaret.uerbum e uerbo ita.et conſolabatur Ishac poſt matrem eius.& Iſaię.xl.Conſolamini conſolamini populę meus.ſic Ieremię.xxxi. No-

lunt conſolari ſuper filiis eius quia non ſunt.et Ruth.iij.Quod conſolatus es me.Inde nomen Zacharię primo. Verba conſolatoria.

נָחַם Pœnituit.i.Regum.xv.Pœnitet me quod conſtituerim Saul regem.et eodem loco.Et dominū pœnitebat q̄ cōſtituiſſet regē Saul ſuper Iſrael.et eodem. Pœnitudine nō flectet neq̄ enim homo eſt ut agat pœnitentiā.ſic tranſumptiue ſignificat ignoſcere.parcere. miſereri.Ionę.iij.Et miſertus eſt ſuper maliciā. q̄d.lxx. interpretes uerterūt. Et egit pœnitentiā deus.ſic Iob.xlij.Ago pœnitentiā in fauilla et cinere.aliter.i. Regū.xxiiij. Sed pepercit tibi oculus meus.& omnia eius verbi ſignificata denotant ſtimulationem. compunctionem. reſipiſcētiam.et ſententię mutationem.

נָחַץ Feſtinauit. urgebat.i. Regū.xxi. Sermo enim regis urgebat.i. feſtinus erat.uel potius ita legendū eſt uerbum e uerbo. Quoniā erat negocium regis feſtinatum.uel ſecūdum Ionathę chaldaicū ſic. Quia erat uerbum regis in acceleratione.

נַחַר Naris. Iob.xli. De naribus eius procedit fumus.et eiuſdem xxxix.Gloria naris eius terror.

נָחַשׁ Practicauit. experimentatus eſt. uel experimento didicit.ac arte quadā arcana temptauit.Geñ.xxx.Experimēto didici quia benedixerit mihi deus propter te. quod chaldaica Onkeli tranſlatio uertit temptaui.& eiuſdē.xliiij.Sciphus quē furati eſtis ipſe eſt in quo bibit dñs meus et in quo augurari ſolet.et infra. An ignoratis q̄ nō ſit ſimilis mei in augurandi ſcientia.utrobiq̄ ponuntur hęc duo ſimul iuncta ſcilicet augurando augurat uel diuinando diuinabit.et exponūt ſic q̄ inquiſiuit diuinos augures propter eum uel pro eo. Inde nomen Numeri.xxiij.Non eſt augurium in Iacob. et eiuſdem.xxiiij.Nequaquā abiit ut ante perrexerat ut augurium quęreret.

נָחָשׁ Serpens.Geñ.iij.Sed et ſerpēs erat callidior.et Numeri.xxi. Serpētes ignitos.et eodē loco.Locutus eſt dñs ad eū fac ſerpētē ęneū et pone eū ꝓ ſigno.ſed in hebręo nō ſic legit, neq̄ ſerpēs neq̄ ęneus. vt ſcribūt rabi Salomō et rabi Moyſes gerundenſis. ſed ſic ſecundum Onkelū chaldęū.Fac tibi aduſtionē.et itellexit Moyſes ex ipſis uerbis dñi ſpiritu ꝓphetico q̄ cōtra naturā et ſimilia ſimilibus uoluit curare et cōtraria cōtrariis.nihil aūt tā contrariū in morſu uenenato quā ui

dere animal rabidū q̄d nocuit uel eius imaginē. et nihil tā ſimile ardēti quā ęs coruſcans. Fecit igit̄ ſerpentis imaginē qui nocuit et ſplendorē ęris addidit ut ardorē imitaretur. quatenus impleretur q̄ dn̄s dixerat Deutero. xxxij. Ego occidā et ego uiuere faciā. percutiā et ego ſanabo.

נְחֹשֶׁת Cuprum. ęs. ahenū. ęreū. Ezechielis. i. Quaſi aſpectus ęris candentis. et. iiij. Regū. xviij. Confregitq̄ ſerpentē ęreum quē fecerat Moyſes. ubi habetur q̄ Iſrael in modum idoli colebat eum. et uocabatur נְחֻשְׁתָּן nehyſthan quaſi ahenus ſiue ahenulus. quia nun finalis litera eſt diminutiua forma apud hebręos. et Geñ. iiij. Faber in cuncta opera ęris et ferri. et in forma alia Leuitici. xxvi. Dabo uobis cęlum deſuper ſicut ferrum et terram ęneam. et hoc modo duriciem & fortitudinem ſignificat.

נְחֹשֶׁת Pedica ęrea qui cōpedes dicunt. threnorū. iij. Aggrauauit compedes meos. et pluraliter in maſculino. ij. Regum. iiij. Et pedes tui non ſunt compedibus aggrauati.

נָחַת Oppreſſit. contriuit. depreſſit. inflexit. infixit. incumbere ſeu occūbere fecit. fregit. Ioelis. iij. Ibi occūbere faciet dn̄s robuſtos tuos. pro q̄ chaldaicū Ionathę ſic. cōtriuit ſeu fregit. et p̄s. xxxviij. Quoniam ſagittę tuę infixę ſunt mihi. eſt enī paſſiuū. et cōfirmaſti ſup me manū tuā. hoc eſt et depreſſiſti ſuper me manū tuam uel deſcendere feciſti. &. ij. Regum. xxij. & componens quaſi arcum æreum brachia mea. ideſt inflectens ſicut tenditur arcus.

נָטָה Tetēdit. extēdit. declinauit. iij. Regū. ij. Venit aūt nunciū ad Salomonem. ubi in hebręo ponit̄ rumor uel auditus. et ſequit̄. q̄ Ioab declinaſſet poſt Adoniā et poſt Salomonē nō declinaſſet. et per defectū nun. Iſaię. xxx. Declinate a me ſemitā. ſimilit̄ Prouer. iiij. ne declies ad dexterā neq̄ ad ſiniſtrā. ſic ibidē inuenies ubi caret et prīcipio et fine. paulo ſuperius. ad eloquia mea inclina aurē tuā. ſed integrę ponit̄ Exodi. xiiij. extēde manū tuā. defectiuū aūt ibidē paulo ſupius. cumq̄ extēdiſſet Moyſes manū. ſiſr Geñ. xxvi. et inuocato noīe dn̄i extēdit tabernaculū. Inde מִטָּה. i. lectus ſecundū aliq̄s. Geñ. xlvij. Cōuerſus ad lectuli caput. et eiuſdē. xlix. collegit pedes ſuos ſup lectulū. de bacu lo uide ſupra in mem. putāt aliqui q̄d quia inclinamur ſuper illo q̄ ab

hoc uerbo deriuet̃.et ſignificat etiã om̃e fulcimentũ et ſuſtentationẽ. & declinat̃ pluraliter in genere tam maſculino quã fœminino. quęre de ambobus in litera mem.

נָטַל Portauit. leuauit.iecit.threnorꝝ.iij.quia leuauit ſe ſuper ſe.& Ionę.i.Mittite me in mare.i.proiicite.& Iſaię.xl. Ecce inſulę q̃ſi puluis exiguus. ꝑ quo dici deberet ꝓiectus.conſueuit aũt chaldęus Ionathas pro uerbo eleuare uel portare hoc noſtrũ ponere.ut Iſaię.xxx.Portãt ſuper humeros iumẽtorꝝ diuitias ſuas.unde q̃d portat̃ uel leuat̃ onus ab eodẽ Ionatha iſto uocabulo enunciat̃.ut in loco allegato Iſaię.xxx. Onus iumentorꝝ auſtri.ſic Prouerbi.xxvij. Graue eſt ſaxũ et oneroſa arena.q̃d ſcribit̃ quĩcꝫ pũctis.et Sophonię.i.diſperierũt oẽs qui inuoluti ſunt argẽto.uel ſecundũ.lxx.qui erecti ſunt argento.q̃d hebręi magis ꝓprie legũt.qui onerati ſunt argẽto.i. oẽs qui portãt argentum.

נָטַע Plantauit.Eccleſiaſtis.ij.plãtaui uineas.feci hortos et pomaria et cõſeui ea cũcti generis arboribus.q̃d uerbũ e uerbo ſic.Feci hortos et paradyſos et plãtaui in eis lignũ omnis fructus.et Ieremię.xxix.plantate hortos.et per aphęreſin nun Eccleſiaſtis.iij. Tempus plantandi.

נָטַף Emanauit.guttauit.ſtillauit.Canticorꝝ.v.Manus meę ſtillauerunt myrrhã.et p̃s.lxviij.Etenim cęli diſtillauerũt. et Canti.iij.Fauus diſtillãs labia tua ſpõſa.et Iob.xxix.Sup illos ſtillabat eloquiũ meũ. & per defectionem nun literę ut ſępe fieri ſolet Micheę.ij.Stillabo tibi in vinũ.et Ezechie..xx.Stilla ad afrícũ. Inde nomẽ uerbale q̃d trãſlatio noſtra circumloquit̃ Micheę.ij.et erit ſup quẽ ſtillat̃ populus iſte.

נָטָף Opobalſamũ .et ſecundũ rabi Salomonẽ ſup librũ Exodi eſt reſina quę ſtillat de ligno aromatico inciſo. et comunit̃ gumi dicit̃ ſecundũ eũ,latine uero gutta genus arõatis. et gręce ſtacte.Exodi.xxx. Sume tibi aromata et ſtacten.eſt aũt ſecundũ Pedaciũ dioſcoridẽ de materia medicinali libro.i. Stacte recẽtis myrrhę pinguedo inciſę & quodã inſtrumẽto cũ aqua modica detritę maxime odorifera fitcꝫ un gentũ.ſed cꝫ rabi Salomon ſcripſit nataph nominari thiriacam.impu

gnat rabi Moyſes gerundenſis in libro.ij.ſuper pentateuchum dicens thiriacā cōpoſitam et quomodo et ex quibus,et quare ſic dicat.et ꝓſequitur ad longū.nataph uero de quo hic fit mētio ſimplicē eſſe reſinā pinguem ſtillātem ex ligno balſami quod dicimus opobalſamū ideſt ſucum balſami.de quo plene per Dioſcoridē grecū medicinę authorē li.i.ca.xxi.Omnis aūt liquor precioſus apud maiores grecoꝝ ſtactos dicebat.quod Ariſtophanes comicus grecus indicat in comędia quæ inſcribit plutus.ubi penia ideſt paupertas arbitratur nihil nos diuitiarum habituros eſſe ſi auro et pecunia oēs abundaremus. et inter cętera ſic ait.Nec enim habebis ungentis redolere ſtactis .i. liquoribus vtilibus.in tanto aūt precio ſtacte habita eſt.ut Antiochus a Polybio ſcribatur donatus ducentis libris ſtactę.deriuatur a uerbo ſtazo ideſt ſtillo,q̄d ī futuro habet ſtaxo.unde eſtagmę eſtaxę eſtactę.Inde ſtacte. quo rectius putarim ipſius uerbi nataph proprium eſſe ſignificatum. hęc ideo paucis adnotaui.ut ſciatis in plurimis uocabulis rerū uariā & diuerſam authoribus etiā grauiſſimis eſſe opinionē.ut hic tam enim myrrha ſudat ſucum quam etiam balſamum arbuſtula utraq; corticem inciſa.ut Plinius libro.xij.naturalis hiſtoriæ capite.xvi. et capite xxxiiij. indicat.

נְטִיפוֹת Monilia uel colli ornamenta quę murenulę dicuntur. Iudicum.viij.Abſq; ornamentis et monilibus.et Iſaię.iij.et monilia.

נָטַר Cuſtodiuit.Canticorum primo. Vineam meam non cuſtodiui.Inde domen ut in eodem loco.Poſuerunt me cuſtodem uineis. prę ceptor meus (miſericordia dei ueniat ſuper eum)Iehiel loans iudæus oſtendit mihi hoc uerbum ſignificare etiam ſcilicet iniuriam ſeruauit in corde uel exprobrauit.Nahum.i.Et iraſcens ipſe inimicis ſuis,& Iere mię.iij.Nunquid iraſceris in perpetuum.ideſt,Es ne ſeruator iniuriarum in corde in ęternū.uel ſic.Cuſtodis ne rancorē in corde ſemp. Inde dicitur ſignum ad quod baliſtarius tendit.meta quam quis conſiderat.ſcopos quem quis obſeruat.conſideratio quam quis cuſtodit. ſcilicet a cuſtodiendo et obſeruando מַטָּרָה Iob decimoſexto.Et poſuit me ſibi in ſignum.& he finalis mutatur in aleph. ut threnorum tertio.Et poſuit me quaſi ſignum ad ſagittam. Significat etiam obſer-

uantiam et cuſtodiam. Nehemię. xij. Et ſteterunt in porta cuſtodię.

בָּטַשׁ Proiecit. intermiſit. dereliquit. dimiſit. i. Regū. x. Intermiſſis pater tuus aſinis ſollicitus eſt ꝓ uobis. et Iudicū. vi. nūc. aūt dereliquit nos, et Iſaię. ij. Proiecisti enim populum tuum.

בָּטַשׁ Sparſit. extēdit. Numeri. xi. Et dimiſit in caſtra itinere quantum uno die confici poteſt. ideſt diſperſit in caſtra. ſic exponunt illud Oſeę. xij. Et ſanguis eius ſuper eum ueniet ideſt ſpargetur.

בָּטִישׁוֹת Rami. uirgulta. propagines. Iere. v. Auferte ꝓpagines eius. et eiuſdē. xlviij. Vinea ſabama ꝓpagines tuę tranſierunt mare.

בֵּן Filius. Iſaię. xiiij. Et germē et ꝓpaginē. q̄d magis ꝓprie Ionathas chaldęus interpretatur ſic. Bar vbarbar. i. filius et filius filij. ut ſic dicat ſcriptura. perdā babylonis nomen et reliquias et filiū et nepotem. ſic p̄s. lxxiij. Dixerunt in corde ſuo cognatio eorꝝ ſimul. pro filij eorum ſimul. Iudęi neoterici eam dictionem libenter uerterent nepotem. ſed chaldaica tranſlatio cui plurimā fidem habēt aduerſaī eis. ut ſupra auditum eſt. quanquā Hiero. noſter forſitan p̄ceptori ſuo nimiū indulgens eos ſequi uideaī nō modo in ſuperioribus trāſlationibus uerum etiā Iob. xviij. Nō erit ſemē eius neq̄ ꝓgenies in populo. et Geñ. xxi. vocabulū hoc ad ſimplicē poſteritatem tranſferēdo cū ait. Ne noceas mihi et poſteris meis ſtirpiq̄ meę. ſed Onkelus chaldęus cū Ionatha p̄allegato cōcordat interp̄tando ſic. vbibri vbarbri. i. uerbū e uerbo ſic. et in filio meo et in filio filij mei. de q̄ ſi uelis erudiri clarius, lege ea quę uenerabilis mgr̄ Paulus ep̄s burgenſis ſacrarꝝ lr̄arum expoſitor mea ſentētia lr̄atiſſimus et doctor doctiſſimus in ſcrutinio ſcripturarꝝ diſtinctionis octauę. ca. x. ubi dicit q̄ ea dictio ſignificat filiū et nullam aliā habet ſignificationē in ſacra ſcriptura. de hoc ſcripſit rabi Dauīd kimhi in libro de radicibus his uerbis. et ab eo uenit paſſiuū ijnnōn. p̄s. lxxij. ante ſolē ꝑmanet nomē eius. q̄d ſecundū Abrahā aben ezra nobis ita licet exponere. ante oē tēpus filiabit̄ meſſias. hęc ille. quāuis rabi Salomon traducat eam ſentētiam ad dominium et regnū ſimul. Quod multi hebręorum libenter audiunt. et allegant Prouerbiorum viceſimonono. Qui delicate a puericia nutrit ſeruum ſuum. poſtea ſentiet eum contumacem. ideſt ſecundū eos dominū imperioſum. ſed

iuxta mentẽ rabi Dauidis kimhi. Seruus a teneris unguiculis delicate educatus a dño cõtendit tandem esse manon. i. filiusfamilias. & est fortasse de filiatione ad hereditatẽ et de hereditate ad herile dominium transsumptio, non autem linguę hebraicę proprietas.

יָנַק Lactauit. nutriuit. Exodi. ij. Suscepit mulier et nutriuit puerum. Item paulo superius. Accipe puerum istum et nutri mihi. consimile est יֵנִיק ideſt suxit. de quo supra in litera iod.

נֶכֶד Nepos. Isaię. xiiij. Et progeniẽ. Geñ. xxi. stirpicq; meę. et secũdũ rabi Dauid kimhi hispanũ est filius filij. scribiturq; sex punctis. ut Iob xviij. Non erit semen eius neq; progenies in populo. quod rectius sic legitur. Non filius ei non nepos in populo suo.

נָכָה Percussit. Zacharię. ix. Et percutiet in mari fortitudinẽ eius. & per aphęresin nun literę quod punctus dagges indicat. iij. Regũ. xvi. Irruens ergo Zambri percussit et occidit eũ. deficit qñq; in principio et in fine. ut. i. Regũ. xix. Lancea aũt casso uulnere perlata est in parietem. q̃d uerius uerbũ e uerbo sic legit. & percussit lanceã in parietem. sic paulo superius. percussit eos plaga magna. & Exodi. ix. percutiã te et ppl'm tuũ. ubi ponit אַךְ ideſt percutiã defectiuũ in principio et in fine. nã sola caph lra essentialis est nun et he desunt et aleph ĩdicat personã primã futuri tẽporis singl'aris nũeri. ut plenius in arte grãmatica.

נָכֶה Infirmus in pedibus. claudus uel podagricus. iiij. Regũ. xxiij. Ascendit Pharao nechao rex ęgypti. i. Pharao claudus. sicut solemus dicere Tiberius claudius a claudicãdo. sic interpretat trãslatio chaldaica Ionethę. Pharao hagira ideſt claudicans. secundũ illud quod legit. ij. Regũ. ix. Filius Ionathę debilis pedibus. similiter intelligũt uersum hunc p̃s. xxxv. Congregata sunt super me flagella ideſt egrotationes pedum. & in hȝs sępe mutatur he finalis in aleph.

נֶכַח Penes. prope. propter. iuxta. Exodi. xxvi. Et cõtra mẽsam candelabrũ ideſt prope uel penes. q̃d alias habet in cõspectu. Exodi. xiiij. In conspectu eius castra ponetis. ideſt in prȩsentia. et Geñ. xxv. Deprecatusq; est Ishac dñm ,p uxore sua. i. propter uxorem suam. et deriuat nomina et uerba et accipit pronomina subiunctiua et declinationes.

גָּבַל Insidiatus est.dolos struxit.et si dicere liceret ingeniauit.sic eni loquebat̃ pręceptor meus (misericordia dei super eũ)Iacobus iehiel loans Malachię.i.Maledictus dolosus.idest secundũ rabi Dauid kim hi in cõmentariis super duodecim.Maledictus excogitator fraudulen tę adinuentionis.et Numeri.xxv.Quia et ipsi hostiliter egerunt cõtra vos et decepere insidiis.quod rectius sic legit̃. quia hostes sunt uobis in dolis quos fraudulenter struxerunt uobis. non per idolũ ut quidã mendosi libri habent sed per dolum.significat enim et dolum et insi/ dias.et fraudem et astuciam.et deceptoriã adinuentionẽ seu industriã malam.nam ubi hebraice habetur orma idest astucia,ibi Onkelus in translatione linguę chaldaicę utitur hoc pręsente uocabulo. ut Exodi xxi.Si quis per industriam occiderit proximum suum et per insidias. patet hoc p̃s.cv.Et dolum facerent in seruos eius.

גֵּבֶס Substantia.diuitię.res familiaris. bona tam mobilia quam se mouentia.Iosue.xxij.In multa substantia atq; diuitiis reuertimini.

גַּבֵּר Cognouit.threnorum quarto.Et non sunt cogniti in plateis. & Genesis.xlij.Et tamen fratres ipse cognoscens non est cognitus ab eis.& Prouerbiorũ uicesimo.Ex studiis suis intelligitur puer. & sępe deficit nun sicut in aliis.Genesis.xxvij.Et non cognouit eum.

גַּבֵּר Retraxit seu abalienauit se.intumuit uel superbiuit. Deutero. .xxxij. Ne forte superbirent hostes eorꝝ.& clarius habet̃ eius signifi/ catio Geñ .xlij. Cum agnouisset eos quasi ad alienos durius loqueba tur. uerbum e uerbo sic. Cognouit eos & abalienauit se aduersum eos. ubi eiusdem uocis contraria uidentur significata.superius enim uerbum significat se animo et cognitione applicare ad aliquem. hoc vero significat animum et cognitionem suam auertere ab aliquo & alienis gestibus uoluntateq; despicabili erga quemlibet uti ac quasi peregrinum se illi fingere.Inde ueniunt nomina peregrinatio & pere grinus.alienigena seu alienus.ut in Abdia.In die peregrinatiõis eius. & Exodi.xij. Omnis alienigena non comedet ex eo. & p̃s.xviij.Filij alieni mentiti sunt mihi filij alieni inueterati sunt.

גִּבַּר Intrusit. conclusit. translatio nostra habet tradidit.i. Regum xxiij.Et ait Saul.tradidit eum dominus in manus meas.

נְכֹת Aroma.Geñ.xxxvij.Et camelos eorꝝ portantes aromata ſup quo ſcribit rabi Salomõ ꝙ ea dictio ſignificet in genere om̃e cõfectũ ex aromatibus.et catapẽtheſin interponit̃ aleph loco vau. q̊d Iudęorꝝ neoterici exponũt ceram. intelligẽtes uerſiculũ allegatũ de ceromate nõ aromate.Ionathas chaldęus uolens res p̃cioſas hoc uocabulo deſignare interpretatus eſt gazam.Iſaię.xxxix.Et oſtendit eis cellam aromatum.quaſi diceret.gazophylacium.

נָלָה Conſumauit.finiuit.perfecit.deſiit.Iſaię.xxxiij. Cum fatigatus deſieris contemnere contemneris.

נָמַל Excidit.amputauit.circũcidit.Geñ.xvij. Et circũcidetis carnẽ prępucij ueſtri.et in eo loco diuerſas formas eius uerbi inuenies.ſępe enim perdit nun literam ſic. ut et alia eiuſcemodi uerba.ut Iob.xiiij. Quaſi flos egreditur et conteritur.ideſt exciditur uel putatur.

נְמָלָה Formica.Prouerbiorꝝ.vi.vade ad formicã o piger.&pl̃r in forma generis maſculini eiuſdẽ.xxx.Formicę populus infirmus.

נָמֵר Pardus animal,quod gręce pardalis dicit̃ cutem habens maculoſam et uarigeratã.Ieremię.xiij.Aut pardus uarietates ſuas.etpl̃r Habacuk.i.Leuiores pardis equi eius.& Ieremię.v.Pardus uigilans ſup ciuitates eorꝝ.Neoterici dicũt nõinari leopardũ.Oſeę.xiij.Et ego ero eis quaſi leena et ſicut leopardus in uia aſſyriorum.ſic enim legunt.

נָסַס Exaltauit.leuauit.ſuſtulit.Iſaię.lix. Quẽ ſpiritus dñi cogit.rectius ſic.In quo flatus ſeu ſpiritus dñi leuauerit.Nicolaus de lyra exponit inſtigauerit.Theodotiõ ſignatus eſt in eo. Aquila ſignaculũ eius. & hoc ideo quia in exercitu ſolet uexillum aliquod leuari ad quod milites diſperſi confugiant.illudq; leuamen dicitur ſignum. Lucanus in libro ciuilium bellorũ primo.Infeſtiſq; obuia ſignis ſigna. ſic Iſaię.xi. Et leuabit dominus ſignum in nationes.quod clarius intelllges ex uerſu quẽ legimus Zacharię.ix.Quia lapides ſancti eleuabũtur ſup terrã eius.qa uero ad ſignũ ſeu uexillũ confugit̃.ideo etiã hoc uerbũ fugere

ſignificat.Exodi.xiiij.Fugientibus autem ęgyptiis occurrerunt aquę. ſed forte a ſuperiori uerbo nus.nam propria huius uerbi ſignificatio eſt leuare uel exaltare.patet hoc Exodi.xvij.Et uocauit nomẽ eius dominus exaltatio mea.

נָסַג Comprehendit.Micheę.ij.Non cõprehendet confuſio. et alibi duobus uerbis elocuta eſt tranſlatio noſtra ſignificatũ eius. Deute. xix.Non aſſumes et tranſferas terminos proximi tui.ideſt comprehẽdi facias.ſic eiuſdem.xxvij.Maledictus qui tranſfert terminos proximi ſui ideſt comprehendificat.

נָסָה Temptauit.Geñ.xxij.Temptauit deus Abraham. & p̃s.xcv. Vbi temptauerunt me patres ueſtri.et Exodi.xvij.Et uocauit nomen loci illius temptatio quia temptauerunt dominum. Inde alia nomina. vt Deuteronomij.xxix.Temptationes magnas et cętera.

נָסַח Diruit. demolitus eſt. Prouerbiorꝝ.xv. Domum ſuperborũ demolietur dominus.inde nomen maſſah.iiij.Regũ.xi.Et cuſtodietis excubias domus meſſah.ideſt ſecundũ magiſtros hebręorꝝ.cuſtodite domũ ab euerſione.uel domum ruinoſam a demolitione. nõ eſt enim hic nomen alicuius regis proprium.

נָסַךְ Fudit. propinauit. libauit. miſcuit.Iſaię.xxix.Quoniã miſcuit vobis dominus ſpiritũ ſoporis.et Exodi.xxv.In quibus offerẽda ſunt libamina.inde nomen Exodi.xxxij.Fecerunt ſibi uitulum conflatilem ideſt fuſilem.ſic Iſaię.xl.Nunqd ſculptile conflabit faber ideſt fundet. item aliter Deutero.xxxij.Bibebant uinum libaminũ. ex quo uerſicło Iudęi alemanorum ſuperſticioſe plus quã cęterarum nationum nolũt cum chriſtianis uinum bibere,contra tamen mentem uerſiculi. quod eis grauem hactenus concitauit inimiciciã et maxima damna. Nũeri autem.xxviij.multiplicem eius uerbi figuram reperies quandoqꝫ per quinqꝫ aliquando per ſex puncta.item eodẽ ca. Et libabitis uini quartam partem hin per agnos ſingulos in ſanctuario domini.

נָסַךְ Conſtitui.ordinaui.prępoſui.p̃s.ij. Ego autẽ conſtitutus ſum rex.quod Hieronymus mlto melius de hebraica ueritate ſic. Ego aũt

ordinaui regem meum.et Burgenſis ille doctus magiſter interpretat̃ ſic.Et ego conſtitui regem meum.

נָסַע Profectus eſt.migrauit.egreſſus eſt.receſſit. Numeri.xi.Ventus autem egrediens a domino.et hoc uerbum ſępe ponitur Numeri xxxiij.Profecti igit̃ de ramaſſe. Item de ſuccoth uenerunt in etham. profectiq; de mara uenerunt in elim.& Exodi.xiiij. Tollenſq; ſe angelus domini.ideſt profectus eſt angelus domini.Inde quas nos manſiones appellamus,filiorum Iſrael profectiones dici debent. et progreſſiones ſcilicet quando e manſionibus ſuis recedebant. ut Geneſis.xx. Profectus inde Abraham in terram auſtralem.et inuenitur aliquãdo tranſitiuum uerbum Exodi.xv. Tulit autem Moyſes Iſrael de mari rubro.ideſt migrare fecit Iſraelem de mari. ſic.iij.Regum.v. Pręcepitq; rex ut tollerẽt lapides grandes.

מַסָּע Arma bellica ſignificat.Iob.xli.Neq; haſta neq; thorax.ubi credo q; uel propter ignorantiam uel propter diuerſitatem interpretum tranſlatio noſtra hoc uocabulum dimiſit intactum.

נָסַק Scandit.aſcendit.p̃s.xxxix.Si aſcendero in cęlum tu illic es.

נָעַל Obſerauit ſiue clauſura obſignauit.Iudicum.iij. Clauſis diligẽtiſſime oſtiis cęnaculi et obfirmatis ſera.ad hunc modum exponẽdus eſt uerſiculus Canticorum.iiij.Hortus concluſus fons ſignatus.totum hoc ſignificat claudere ſera et obfirmare.

נַעַל Calciamentum.p̃s.lx.In Idumea extendam calciamentũ meũ. Inde uerbum Ezechielis.xvi.Et calciaui te hyacintho.

נָעַם Placuit.ſeu fuit dulce.iocundum.ſuaue.elegans. amœnum.ij. Regũ.i.ubi nos habemus frater mi Ionatha decore nimis.ibi hebraica veritas legit. Dulcuiſti mihi uel dulcis fuiſti ſeu placuiſti mihi nimis. Ad hoc illud quod legit̃ Ruth.i. Ne uocetis me noemi ideſt pulchrã. imo rectius dulcem quia ſequit̃. Sed uocate me mara ideſt amarã. ſic illud Iob.xxxvi.Cõplebunt dies ſuos in bono et annos ſuos in gloria, ideſt in ſuauitatibus et iocunditatibus. et Prouerbior̃.xxiiij. Qui arguunt eum laudabitur.rectius ſic. Et arguentibus dulceſcet uel ſuauis

erit.et p̃s.xvi.Delectationes in dextera tua uſq; in finem. ſic enim ſecundum.lxx.interpretes canit eccleſia,quamuis hoc loco greca dictio terpnotis latine rectius iocunditas trãſferretur. Hieronymus illud in ſuo pſalterio traduxit.Decores in dextera tua ęternos.ſic habes in allegatis duobus uerſiculis Iob et pſalterij nominis iſtius pluralem numerum in duplici forma tam maſculina quam fœminina.

בְּעַר Geminata per paragogen ultima litera ſignificat ſecundum Hieronymũ in cõmentariis Iſaię libro.xv.herbam uiliſſimam et amaram odoriſq; peſſimi,quod nomen ipſe interpretatus eſt ſaliũculam. Iſaię.lv.Pro ſaliuncula aſcendet abies.ſic ſcribit rabi Dauid kimhi in libro de radicibus q̃d ſit genus uirgulti abiecti.rabi Saadias dicit eſſe ſpinas albas acutiſſimas.Ionathas in tranſlatione chaldaica hic nõ uerba ſed tantũmodo ſenſum interpretatus eſt dicens.pro iniquitate erigetur iuſticia.quem rabi Salomon ſequi uidet̃ dum exponit.Poteſtas auferetur ab impiis et dabitur iuſtis.

בְּעַר Clamauit.uociferauit.rugiuit.Ieremię.li. excutiẽt comas ueluti catuli leonum.pro quo hebręi interpretantur clamabunt ſicut catuli leonum.& chaldaica tranſlatio Ionathę ſic habet.tanq; filij leonũ exaltabunt uocem eorum. Huius inſtar ſolitus eſt rabi Ionas exponere verſiculum Zacharię ſecundo. ubi nos legimus. Sileat omnis caro a facie domini quia conſurrexit de habitaculo ſancto ſuo. aliter et ſic. Quia rugiuit de habitaculo ſancto ſuo. Cui expoſitioni aſſentitur rabi Ioſeph hiſpanus pater Dauidis et filius kimhi arbitraturq; ſimile dicẽdi genus eſſe ei quod ſcribitur Ieremiæ viceſimoquinto.Dominus de excelſo rugiet & de habitaculo ſancto ſuo dabit uocẽ ſuam. ſiue Ioelis tertio.Dominus de ſion rugiet.

בְּעַר Deiectus. excuſſus.concuſſus uel exploſus fuit.Iſaię triceſimo tertio.Et concuſſa eſt Baſan et Carmelus.pſalmo centeſimotriceſimo ſexto. Et excuſſit Pharaonem et excercitum eius in mare rubrum.& pſalmo.cix.Excuſſus ſum ſicut locuſta.

בַּעַר Puer uel iuuenis.Ieremiæ primo.Quia puer ego ſum.& pri-

mo Regum primo. Puer autem erat adhuc infantulus. Ruth ſecundo. Dixitq; Booz iuueni qui prẽerat meſſoribus. & quia per ẽtatem minor eſt puer, et eum conuenit maiori hoc eſt ſeniori miniſtrare, ideo accipitur etiam pro miniſtro cuiuſcumq; ſit ẽtatis uel ſaturẽ. Geneſis quadrageſimoprimo. Erat ibi nobiſcum puer hebrẽus eiuſdem ducis militum famulus. & Exodi triceſimotertio. Miniſter eius Ioſue filius Nun puer. et quarto Regum quinto. dixit Gehezi puer uiri dei. Inde puella Geneſis. xxiiij. Puella decora nimis. et Ruth ſecundo. Cuius eſt hẽc puella. Inde nomen deriuatiuum. pſalmo. cxxix. Sẽpe expugnauerunt me a iuuentute mea. Item in alia forma Ieremię. xxxij. Iugiter facientes malum in oculis meis ab adoleſcentia ſua.

נָפַח Flauit. ſpirauit. exufflauit. et per conſequens ſuccendit. Haggi primo. Et intuliſtis in domum et exufflaui illud. & Geneſis ſecundo. Et inſpirauit in faciem eius ſpiraculum uitę. et Ezechielis viceſimoſecundo. Ignem ad conflandum. & infra. Et ſuccendam uos in igne furoris mei ideſt conflabo. Inde follis et ſufflatorium inſtrumentum quo ſemiſopitus ignis excitatur. Ieremię ſexto. Defecit ſufflatoriũ in igne. per protheſin mem literę loco nun principalis. & Ezechielis. xxxvij. Et inſuffla ſuper interfectos iſtos et reuiuiſcent. & Malachię primo. & exufflaſtis illud.

נֹפֶךְ Lapis precioſus. tranſlatio noſtra putat carbunculum. Exodi viceſimoctauo. et eiuſdem triceſimonono. In ſecundo carbunculus et ſapphirus et iaſpis. ſimiliter Ezechielis viceſimooctauo. Sapphirus et carbunculus et ſmaragdus. alij uolunt hanc dictionem ſignificare ſmaragdum et uidentur alludere interpretationi chaldaicę. Onkelus enĩ et Ionathas aſſirj iſtudipſum uocabulum ambo tranſtulerunt in lingua chaldaica iſmaragdin. & thargum hieroſolymitanum habet iſmorad. ſed rabi Dauid kimhi in libro de radicibus ſcribit hic ſignificari lapidem colore fuſco et rutilanti. quod magis ad tranſlationem noſtram carbunculi ſcilicet uulgatam quadrat, preſertim inſtar eius qui ex arcadia eſt. Theophraſtus enim in libro de lapidibus aſſerit carbũculum qui ex arcadia portatur ſubfuſcum eſſe, quem putant aliqui rubinum dici. Sed de ijs lapidibus quondam proprium uolumen Epiphanius epiſcopus ad Euſebium Hieronymum dedit.

נָפַל Corruit. cecidit. pſalmo viceſimo. Ipſi obligati ſunt et cecide-
runt. & Geneſis quarto. Cur concidit facies tua. & eiuſdem viceſimo
quinto. Coram cunctis fratribus ſuis obiit pro cecidit. Inde nomen
cadens uel corruens. pſalmo quadrageſimoquinto. Alleuat dominus
omnes qui corruunt. & ſicut cęterа uerba patitur defectum nun. cata
aphæreſin. ut pſalmo triceſimoſeptimo. Cum ceciderit non collide-
tur. Pręterea recipit formationes ſuas. Deuteronomij nono. Et iacui
coram domino. ideſt et cecidi ante dominum. Item ſequitur. Quibus
eum ſuppliciter deprecabar, ideſt quibus proſtratuſſum corrui ſeu
iacui. Inde caſus et eo nomine dicunt quicquid uel de fructibus uel de
frugibus cadit mapal. quod tranſlatio noſtra quiſquilias interpreta-
tur. Quiſquiliæ enim ſemper pluralis numeri ſignificat quicquid ex
arboribus minutis furfulorum deciditur. uel quicquid cadit ſecun-
dum Feſtum grammaticū. ſic Amos octauo. Et quiſquilias frumenti
vendamus. Inde abortiuus fructus cadens immaturus. Eccleſiaſtis ſex
to. Pronuncio ꝙ melior illo ſit abortiuus. Item membrorum articuli
a cadendo ſic etiam nominantur. Iob quadrageſimoprimo. Membra
carnium eius cohęrentia ſibi. Hoc modo et gigantes dicti ſunt ꝙ ita
ſunt ſtatura excelſi ut cęteri humiles uideantur ante eos cadere. Gene
ſis ſexto. Gigantes autem erant ſuper terram in diebus illis. Aliter Iob
decimoquarto. Mons cadens defluit.

נָפַץ Euertit. diruit. diſcerpſit. diſiecit. diſgregauit. diſperſit. diſceſ-
ſit. dilapſus eſt. primo Regum decimotertio. Quia uidi ꝙ populus di
laberetur a me. & Geneſis nono. Et ab his diſſeminatum eſt omne ge
nus hominum ſuper uniuerſam terram. quod hebręi uerbum e uerbo
ſic legunt. Et de his diſperſa eſt omnis terra. Inde nomen quod ſignifi
cat diſperſionem fulgurum e nubibus. et ſcribitur ſex punctis. quod
tranſlatio noſtra uerbaliter uertit. Iſaię triceſimo. Allidet in turbine
& in lapide grandinis. fortaſſe ſeptuaginta imitando qui pro allidet
tranſtulerunt fulminabit uehementer. ſed illic nomen debet eſſe &
non uerbum, quod puncta indicant. Simile pſalmo centeſimotriceſi-
moſeptimo. Et allidet paruulos ſuos ad petram, ideſt diſiecit uel diſper
ſit. Item pſalmo ſecundo. Sicut uas figuli cōfringes eos. ideſt diſpergas
uel diſijcias. Inde inſtrumentum quo aliquid facile demolimur et diſſi

pamus nominatur mapaz.Ezechielis ix. Et uniuſcuiuſq; uas interitus in manu eius.ideſt inſtrumentum deſtructionis.

נֶפֶשׁ Anima ſecundum q̄ animat.ut Exodi.xxi.Reddet animam pro anima.Iob ſecundo. Verumtamen animam illius ſerua.et ſcribitur ſex pūctis.et eſt generis fœminini.ut Numeri.xv. q̄ ſi anima una neſciens peccauerit.quandoq; ſignificat corpus animatum ſeu totum hominem.et ſic aliquādo etiam reperitur in genere maſculino. ut Numeri.xxxi. Vnam animam quingentis tam ex hominibus quam ex bobus. etpluraliter declinatur tam in maſculino quam in fœminino genere.ut Ezechielis.xiij.fœminine ſic. Vt interficerent animas quæ non moriuntur.maſculine uero ſic in eodem infra. Et dimittam animas quas uos capitis animas ad uolandum.in quo uerſiculo utrumq; genus habetur.inde naſcitur uerbum quod ſignificat animare ſeu recreare. quod tranſlatio noſtra refrigerare tranſtulit magis proprie ad pſychos ſecundum grēcam conſuetudinem.Exodi.xxiij. Vt requieſcat bos et aſynus tuus et refrigeretur filius ancillę tuę et aduena.

נֵץ Accipiter.generale nomen uolucris uenaticę aduncis unguibus & naſo aquilino.unde dicitur Leuitici undecimo.Et accipitrem iuxta genus ſuum.

נָצַב Statuit.erexit.iij.Regum.xxij.Nec erat tunc conſtitutus rex in Edom.Inde ſtatua.Geneſis.xix.Verſa eſt in ſtatuam ſalis. inde ſtatio Paralippomenon.xi.Et ſtatio philiſtinorum in bethlehem. quod in alia forma reperitur Iſaię.xxij.Et expellam te de ſtatione tua.inde prępoſitus uel prēlatus qui magiſtratum gerit quaſi antiſtes qui ante ſtat in omnibus laboribus.iij.Regum.v.Abſq; prępoſitis qui prēerāt ſingulis operibus.Inde cata paragogē he finalis ſignificat claudum et languidum quod ſic ſemper ſtat et nō erigitur ſeu ſublimatur.Zachariæ xi.Et id quod ſtat nō enutriet.quod Hieronymus exponit.Et laſſa nō ſuſtentat.unde dicitur threnorę.ij. Firmauit dexterā ſuā quaſi hoſtis.

נָצַח Volauit.cuius loco noſtra tranſlatio iurgari et confligere uertit.threnorum. iiij. Iurgati quippe ſunt et commoti. pro quo hebręi legunt uolauerunt et receſſerunt.mutat autem hoc uerbum aliquādo

he finale in aleph,ſicut alia quoꝙ multa facere ſolent. Ieremię.xlviij. Date florem Moab quia florens egredietur.hebręi legunt. date alam Moab quia uolans uolabit uel uolitando uolabit.Inde pluma uel pinnula ſic dicitur.Ezechielis.xvij. Magnis alis multiſcꝙ plumis.& Leuitici primo. Veſiculam uero gutturis et plumas proiiciet prope altare. quod aliqui excrementa tranſferunt.quidam ab indefeſſa uolandi cō ſuetudine uolunt accipitrem eſſe nez dictum.

בִּצָּה Litem concitauit.ſediciones fecit.ſecundum formam uerborum grauem.Numeri.xxvi. Iſti ſunt Dathan et Abirom qui ſurrexerunt contra Moyſen et Aaron.uerius ſic.Iſte Dathan et Abirom conuocantes conſilium ut ſedicionem facerent uel litem concitarent aduerſus Moyſen et aduerſus Aaron. Inde iurgium.rixa. Prouerbiorū xvij.Qui meditatur diſcordias diligit rixas. et nomen uerbale Exodi ij.Duos hebręos rixantesIn ſumma hoc uerbum ſignificat litigium.

בִּצָּה Vaſtatum,incultum.deſertum eſt.Iſaię.xxxvij. In eradicationem collium compugnantium.rectius collium deſertorum ſeu deuaſtatorum.ſic legitur Ieremię quarto. Ciuitates tuę uaſtabuntur remanentes abſcꝙ habitatore.

בִּצָּה Floruit. Canticorū.vi.Si floruiſſent uineę.Inde flos.Geneſis xl.Et poſt flores uuas matureſcere.

בִּצָּה Inſtitit. coegit. ſollicitauit . urgebat. ij. Paralippomenon .ij. Prępoſitoſcꝙ eorum tria milia.ideſt ꝓuocatores.ſollicitatores. et operarum hortatores. & Ezrę.iij. Vt inſtarent ſuper eos qui faciebant opus.et paulo ante. Vt urgerent opus domini. Inde poeta heroicus uel precio uictorię qui odas et uerſus canit.i.Paralippomenon.xv. In citharis pro octaua canebant lenazeah ideſt gręce epinicium & latine carmē triumphale.Inde ſic dictus quod homines ad opera prouocet. Sicut ſcribit Oratius in arte . Poſt hos inſignis Homerus Dirceuſcꝙ mares animos in martia bella Verſibus exacuit. unde ſępe in pſalmis pręnotatur. ad uictoriam ipſi Dauid.ſic exponunt uerſiculum illum threnorum.iij.Periit finis meus.rectius.periit uictoria mea.ſed Lyra inſcribit ad uictoriam quia cum hi pſalmi canerentur alter alterum ca

nendo ſuperare ſtudebat.unde etiam trãſlatio noſtra ſuperare uertit. Danielis.vi.Igitur Daniel ſuperabat omnes.

נֵצַח Perpetuum.ſęculum.ęternum.p̃s.xlix.pro eo q̃ nos legimus. Et uiuet adhuc in finem. Hieronymus uerius traduxit. Et uiuet ultra in ſempiternum.

נָצַל Euaſit.Deutero.xxiij. Non trades ſeruum domino qui ad te confugerit.ideſt qui euaſit ad te. et Iere.vij.Et dixiſtis liberati ſumus: ideſt euaſimus.et uerbum graue q̃d ſignificat euadere fecit. Ezechiel xiiij.Ipſi iuſticia ſua liberabunt animas ſuas.et in alia forma Exodi.v. & nõ liberaſti eos.ideſt euadere feciſti.inde nomẽ participiale. Amos iiij.Quaſi torris raptus ab incendio.i.liberatus.item nomen aliud euaſio.Eſter.iiij.Per aliam occaſionem liberabunt iudęi.quod uerbum e uerbo rectius ſic legeretur. Quoniã ſi tacens tacebis in tempore hoc: dilatio et euaſio inſtabit iudęis de loco alio.q̃a uero auferimus. abſtrahimus aut ſpoliamus id quod euadere facimus ſeu liberamus. iccirco ſignificat hoc uerbum abſtrahere.ſpoliare.auferre.abſcondere. Geñ. xxxi. Tulitq̃ deus ſubſtãtiam patris ueſtri et dedit mihi. ſic Exodi.iij. & ſpoliabitis ęgyptum.et p̃s.cxix.et ne auferas de ore meo uerbũ ueritatis uſq̃quaq̃.et Exodi.xxxiij. Depoſuerunt ergo filij Iſrael ornatũ ſuum in monte horeb.

נָצַר Cuſtodiuit.obſeruauit.ſeruauit.Prouerbi.xxij. Oculi domini cuſtodiunt ſcientiam.p̃s.cxix.quia iuſtificationes tuas exquiſiui.et p̃s. xxxiiij.Prohibe linguam tuam a malo.ideſt cuſtodi.

נָצַר Peruertit.deſolauit.uaſtauit.Iſaię.i.Sicut ciuitas quę uaſtatur.

נֵצֶר Surculus.uel ſecundum Hieronymũ ſuper Iſaiam ca.xiiij.virgultum quod ad radices arborum naſcitur. quod Theodotion appellauit germen.et.lxx.interpretati ſunt florem.Iſaię.xi.Et flos de radice eius aſcendet. et Hieronymus ſtirpem traduxit. eiuſdẽ.xiiij.Tu aũt proiectus es de ſepulchro tuo quaſi ſtirps.

נִקִּק Rima. fiſſura. foramen.cauerna.Ieremię.xiij.Abſconde illud ibi in foramine petrę.et Iſaię.vij.Et in cauernis petrarum.

נָקַב Fodit.perforauit.Haggęi.i.In ſacculum pertuſum ideſt per fo
ratum.et Habacuk.iij.Maledixiſti ſceptris eius. ꝑ quo alij, perfodiſti
baculum eius.unde illud Iſaię.xliij.Et in malleis formauit illud.de te/
rebris exponũt quibus aliquid perfoditur. ſed docti hebręorꝝ malleũ
eſſe latomorũ aſſeuerant.iuxta illud q̃d legitur Iudicum.iij.Aſſumẽs
pariſ et malleũ.ſic enĩ aſſumit mem loco nun in prĩcipio et thau ĩ fine.

נְקֵבָה Fœmina.Geneſis.i.Maſculum et fœminam creauit eos.

נָקַב Aeſtimauit.cenſuit.exiſtimauit.nominauit.Geñ.xxx. Conſti/
tue mercedem tuam quam dem tibi,ideſt cenſe. Amos.vi.Optimates
capita populorum,ideſt ęſtimati et nominati. et Leuitici.xxiiij. Cũq;
blaſphemaſſet nomẽ domini et maledixiſſet ei. pro q̃ ſic legũt hebręi.
Et recenſuit ſeu nominauit filius mulieris Iſraelitidis nomen et male
dixit ſeu blaſphemauit.ſic Iſaię.lxij.quod os domini nominauit.

נֹקֶד Punctum. ſtigma. nota. Canticorum.i. Murenulas aureas fa
ciemus tibi uermiculatas argento.ideſt uerbum e uerbo cum punctis
argenti uel cum ſtigmatibus. et ab eo appellant animalia alba quę ha
bent maculas nigras.ſimiliter animalia nigra q̃ habent maculas albas.
Geñ.xxx. Varios et macꝺoſos.et a talibus pecoribus dictus eſt paſtor
vel quilibet armentarius נֹקֵד quarto Regum.iij.Porro Meſa rex
moab nutriebat pecora multa.uerbum e uerbo ſic. Et Meſa rex moab
fuit armentarius.nominatur etiam a maculis mucor uel aliquid muco
ſum hoc uocabulo.ut panis qui uetuſtate fit mucidus.Ioſue.ix. En pa
nes quando egreſſi ſumus de domibus noſtris ut ueniremus ad uos
calidos ſumpſimus nunc ſicci facti ſunt addẽdum et mucidi .pro quo
periphraſticos interꝑtatio noſtra uertit.et uetuſtate nimia cõminuti.

נָקָה Mundauit.purgauit.et innocentem iudicauit.Ioelis ultimo.Et
mundabo ſanguinem eorum non mundaueram.et pſalmo decimono
no.Et emundabor a delicto maximo.& Exodi triceſimoquarto.Nul/
luſq; apud te per ſe innocens eſt.quod uerbum e uerbo ſic legendum
eſt.Et innocens non innocentabitur.hoc eſt non uidetur innocens,ſic

Numeri quinto. Non te nocebunt aquę iſtę amariſſimę. ideſt rectius ſic. facient te innocentem. et infra. Maritus abſq; culpa erit, ideſt innocens, purgatus, mundus. & pluraliter Geneſis quadrageſimoquarto. Vos autem eritis innoxij. & pſalmo centeſimoquinto. Et effuderunt ſanguinem innocentem. ab eo uocabulo deriuat noſtra tranſlatio ciathos in quibus offerenda ſunt libamina. Exodi uiceſimoquinto. Et ciathos in quibus offerenda ſunt libamina.

נָקַם Vindicauit. ultus eſt. Numeri triceſimoprīo. Vlciſcere prius filios Iſrael. & primo Regum viceſimoquarto. Et ulciſcatur me dominus ex te. & Nahum primo. Deus emulator et ulciſcens dominus. ulciſcens dominus et habens furorem ulciſcens dominus in hoſtes ſuos. & Leuitici decimonono. Non quęras ultionem. pro ne uindices. In de nomē pſalmo nonogeſimoquarto. Deus ultionum dominus deus vltionum.

נָקַע Euertit. decidit. excidit. excuſſit. dirupit. Iſaię viceſimoquarto. Quomodo ſi paucę oliuę quę remanſerūt excutiantur ex olea. & eiuſdem decimoſeptīo. Sicut excuſſio oleę. et eiuſdē decimo. Et ſubuertē tur condenſa ſaltus eius ferro. cum aūt excidendo aliquid ſoliti ſimus circuire ac bipennem circumducere, ideo uerbū hoc etiam circumgirare ſignificat. Iob primo. Cumq; in orbem trāſiſſent dies. quaſi cum eſſent dies conuiuiorum euerſi.

נָקַר Effodit. eruit. primo Regum undecimo. Vt eruam omnium veſtrum oculos dexteros. et Iudicum decimoſexto. Statim eruerunt oculos eius. Inde locus effoſſus ſeu erutus ut eſt foramen uel fiſſura ſeu rima. Exodi. xxxiij. Ponam te in foramine petrę. & Iſaię ſecundo. Et ingredietur ſciſſuras petrarum.

נָקַשׁ Cœpit illaqueauit. comprehendit. pſalmo nono. In operibus manuum ſuarum comprehenſus eſt peccator. et Deuteronomij. xij. Caue ne imiteris eas. uerbū e uerbo ſic. Caue tibi ne capiaris poſt eos. eſt enim hoc loco uerbum paſſiuum. et Deuteronomij ſeptimo. Ne offendas propterea. rectius ſic. Ne illaqueeris in eo. & pſalmo triceſimooctauo. Et uim faciebant qui quærebant animam meam. rectius ſic. Et ſcandalizabant hoc eſt tendicula et offendicula poſuerunt quę

rentes animam meam. Hieronymus interpretat̃. Et irruebant quęren tes animam meam.

נֵרְדְּ Nardus. Canticorum quarto. Nardus et crocus. Item eiusdem primo. Nardus mea dedit odorem suum. & pluraliter eiusdẽ quarto. Ciperi cum nardis.

נָשַׁשׁ Oblitus est. Genesis. xli. Obliuisci me fecit deus omnium laborum meorum et domum patris mei. Inde Manasse nomen primogeniti filij Ioseph.

נָשָׂא Sumpsit. leuauit. tulit. portauit. Genesis decimotertio. Nec poterat eos capere terra idest portare. uerbum e uerbo sic, Et nõ tulit eos terra. & Ieremię. xxxi. Quoniam sustinui idest tuli opprobrium adolescẽtiæ meæ. & Genesis quadragesimoquinto. Et tollite patrem vestrum. & Numeri quarto. Tolle summam filiorum Cahath. & cata aphęresin nun literę principalis. Genesis. xliiij. Imple saccos eorum frumento quantum possunt capere idest ferre. Similiter Iob. xxi. Sustinete me et ego loquar. & Genesis. xl. Qui faciens grande conuiuiũ pueris suis recordatus est inter epulas magistri pincernarum et pistorum principis restituitq; alterum in locum suum ut porrigeret ei poculum. alterum suspendit in patibulo ut coniectoris ueritas probaret̃. Iste locus uerbum e uerbo secũdum hebraicam ueritatem sic legatur. Et fecit conuiuium omnibus ministris suis et extulit caput principis pincernarum et caput principis pistorum in medio ministrorum, & restituit principem pincernarum ad pincernationem suam, et tradidit poculum in manum Pharaonis. & principem pistorũ suspendit. sicut exposuit seu coniecturauit eis Ioseph Inde nomen eiusdem. xxxvij. Et camelos eorum portantes aromata. Inde portatio. gestamen. onus. & omne quod fertur seu portatur. Numeri. iiij. Hęc sunt onera eorum. rectius sic. Hęc est custodia onerũ eorũ. et in diuersis formis Isaię. xlvi. Onera uestra graui põdere usq; ad lassitudinẽ contabuerũt et cõtrita sunt simul. Oĩa talia quandã leuationẽ. sumptionẽ. et baiulationẽ significant. et secundũ subiectã materiã istuc quadrãt. Exodi. xx. Non assumes nomẽ dñi dei tui in uanũ. & Numeri. xxiij. assumptaq; parabola sua dixit. et p̃s. cxli. Eleuatio manuũ mearũ sacrificiũ uespertinũ. Inde viri eleuati supra alios et pręlati. ut Exodi. xxij. Et principi populi tui

non maledices.&pluraliter Geñ.xxv. Duodecim principes tribuum ſuarũ.et reperitur ſine nun principali. Iob viceſimo.Si aſcenderit uſq; ad cęlum ſuperbia eius,ideſt pręlatura et excellentia eius.ut patet Geneſis.xlix.Prior in donis,ideſt excellentior in pręlatura uel exaltatione. Inuenitur quandoq; etiam commutatio ſin in ſamech et aleph in he.ut pſalmo quarto.Signatum eſt ſuper nos lumen uultus tui domine.quod ſecundum rabi Salomonem intelligitur ſic. Leua ſuper nos vexillum ſcilicet lumen uultus tui.et Hieronymus de hebraica uerita te ſic tranſtulit.Leua ſuper nos lumen uultus tui domine.quandoque ſolo caret aleph.pſalmo triceſimoſecũdo. Beati quorum remiſſę ſunt iniquitates.ideſt quorum retulit peccata. & ſignificatur hac dictione oblatum.donum ac munus.propter ſumptionem. Geneſis quadrageſimotertio.Et mirabantur nimis ſumptis partibus quas ab eo acceperãt maiorq; pars uenit beniamin.quod uerbum e uerbo ſic tranſferẽ. Et mirabãtur uiri quiſq; ad proximum ſuum.& leuauit dona a cõſpectu illorum illis et augebatur donum beniamin pluſquam donũ uniuerſorum. eo nomine uocatur oblatio quę fit deo maſſah mutando he finale in thau.quod pro mea opinione non recte tranſlatio noſtra vertit precium. ſecundo Paralippomenon.xxiiij. Et fecerunt arcam poſueruntq; eam iuxta portam domini forinſecus. & predicatum eſt in Iuda et Ieruſalem ut deferrent ſinguli precium ideſt oblationem quod conſtituit Moyſes ſeruus dei.quia uero ſic idem ſignificat quod thruma ideſt oblatio.iccirco putant aliqui ſacrificium noſtrum maſſa ſignificari quod nos miſſa dicimus. de quo tamen aliter diſſeruimus ſupra in litera mem.Item uſu prophetarum ſępe et multum inuenies onus.uide in concordanciis maioribus.quod tamen ſeptuaginta interpretes teſte Hieronymo in prologo Nahum aſſumptio uerterunt.

נָשָׂא Arſit. flagrauit. Nahum primo. Et contremuit terra a facie eius.pro arſit uł flagrauit terra.& Iob ſeptimo. Et reuelabor loquens mecum in ſtrato meo.quod uerbum e uerbo hebręi legunt. Ardebit flagrabit uel uretur in eloquio meo cubile meum.ſed quid nobis auxiliį ſuppeditabit tranſlatio Iob.quę teſte Hieronymo in eiuſdem prologo uerbum non ſequitur de uerbo. ſed ex ipſo hebraico arabicoq; ſermone et interdum Syro nunc uerba nunc ſenſus nunc ſimul utrũque reſonat.Sic exponunt aliqui locum Leuitici.xiij. Homo in cuius

cute et carne ortus fuerit diuersus color siue pustula.aliter et hoc mo do uerbum e uerbo. Homo cum fuerit in cute carnis eius ardor aut pustula. quãuis chaldaica translatio habeat sinum uel concauitatem.

בָּשָׁא Errauit.inde passiue decepit.Geñ.iij.Serpens decepit me.q̃d exponit rabi Salomon idest errare fecit.et in Abdia propheta,Superbia cordis tui extulit te.q̃d Ionathas chaldaice sic uertit. Prauitas cordis tui seduxit te.et Ieremię.iiij.Heu heu domine deus ergo ne decepisti populum iustum.

בָּשָׁא Destruxit. deuastauit.demolitus est.et desolauit.iiij.Regum xix.Eruntq; in ruinam collium compugnantiũ. idest destructionem. deuastationem.et desolationẽ.threnorũ.iij.Formido et laqueus facta est nobis uaticinatio et contritio. ubi Nicolaus de lyra opinat et ego pariter cum illo asseuerarem uitio scriptoris pro uastatione uaticinationem esse positam.legitur enim apud hebręos uastatio.

בָּשַׁב Mobilitauit.afflauit.Isaię.xl.Quia spiritus domini sufflauit in eo.& p̃s.cxlvij.Flabit spiritus eius et fluent aquę.et Geñ.xv.Et abigebat eas Abram.idest moueri fecit.

בָּשַׂג Apprehendit.assecutus est.attigit.Leuitici.xxv. Sin aũt non habuerit proximũ et ipse precium ad redimendã potuerit inuenire. pro quo secundum hebręos sic legit.Et uir cui nõ fuerit redemptor et assecuta sit manus eius inueneritq; uidelicet redemptionem illius.& Geñ.xlvij. Et non peruenerunt usq; ad dies patrum meorum.pro nõ attigerunt.apprehenderunt.assecuti sunt dies patrum meorum.

בָּשַׁח Oblitus est.threnorum.iij.Oblitussum bonorum.& psalmo lxxxviij.Et iusticia tua in terra obliuionis.

An Vxores / בָּשִׁים plural. בָּשָׁה: sing. & Vxore, mulier. Et Hyeroclum 1ª Capite.

בָּשַׁח Fœnerauit.mutuauit.Ieremię.xv.Non fœneraui nec fœnerauit mihi quisquã.et Isaię.xxiiij. vt qui repetit. sic qui debet.rectius ita.vt qui mutuauit sic qui mutuat.et.iiij. Regũ.iiij. Creditor uenit ut tollat duos filios meos ad seruiendum sibi.et infra eodẽ. Vade uende oleum et redde creditori tuo.& quandoq; mutat he finale in aleph.

Nehemię.v. Vſuras ne ſinguli a fratribus ueſtris exigitis?

נָשַׁךְ Momordit. Eccleſiaſtis.x. Si momorderit ſerpens. et Prouer. xxiij. Et in nouiſſimo mordebit ut coluber. et Habacuk.ij. Nunquid non repente conſurgent qui mordeãt te. & Micheę.iij. Qui mordẽt dentibus ſuis.

נֶשֶׁךְ Fœnus. uſura. Exodi.xxij. Nec uſuris opprimes. rectius ſic. non pones ſuper eũ uſurã. et p̃s.xv. Pecuniã ſuam nõ dedit ad uſurã.

נְשִׁבָּה Depoſitorium. gazophylacium. theſauraria. camera. Nehemię.iij. Poſt eos ędificauit Meſullam filius Barachię contra gazophylacium ſuum.

נָשַׁל Extirpauit. euulſus ſeu elapſus eſt. Deuterono.xix. Ferrumq; elapſum de manubrio amicum eius percuſſerit. ideſt extirpatum. & Deuteronomij.xxviij. Quia defluent et deperibũt. rectius ſic. quia extirpabit uel euellet oliua tua. et eiuſdẽ.vij. Et deleuerit gentes multas coram te. ideſt extirpauerit. rabi Salomon exponit hoc uocabulum ſic ꝓiecit. et ſecundũ rabi Dauid kĩhi ſignificat deponere et abſcõdere.

נְשָׁמָה Spiraculum. flatus. anhelitus. halitus. ſpiritus. iuncta finalitatis litera. Iſaię.ij. Quieſcite ab homine cuius ſpiritus in naribus eius eſt. itẽ iij. Regum.xvij. Et erat languor fortiſſimus ita ut nõ remaneret in eo halitus. & Geñ.vij. Et cũcta in quibus ſpiraculũ uitę eſt intra. ſic Geñ. ij. Et inſpirauit in faciem eius ſpiraculum uitę. et additur uitę ut intelligatur omnis flatus habens in ſe uitam. de aliis enim uentis ſpiritibus ſeu flatibus hoc uocabulum non dicitur. et ſecundum rabi Abraham aben ezra de ſolo homine dictum inuenitur.

תִּנְשֶׁמֶת Talpa ſecundum rabi Salomonem qui hoc ſcribit in cõmentariis ſuper pentateuchum. Leuitici.xi. Lacerta et talpa oĩa hęc immunda ſunt. ſignificat etiam uolucrem ex auibus immundis et prohibitis, quam paulo ſuperius in eodem ca. noſtra tranſlatio cygnum interpretatur. ſed rabi Salomõ ubi ſupra ſcribit auem eſſe quę noctu uolitat. Neoterici auiculan ſic nominant ſimilem noctuę qua aucupes

in aucupiis diurnis utuntur ſuper ligno fiſſili. et ſic erit nomẽ ęquiuo cum.ut habetur ex eodem ca.xi.Leuitici.

נָשַׁת Flauit.Iſaię.xl.Repente flauit in eos et aruerunt.ſimiliter Exo di.xv.Flauit ſpiritus tuus et operuit eos mare.uerius ſic.Flauiſti in ſpi ritu tuo.operuit eos mare,

נָשֶׁף Obſcurum tempus illud quo fere nihil inter diem et noctem intereſt ſiue diluculo ſiue ueſperi.quod nos crepuſculũ dicimus pro pter dubiam adhuc lucem.creperum enim latine dubium ſignificat ſe cundum grãmaticos Nonium et Feſtum.quare tranſlationes noſtræ vario modo utuntur.iiij.Regum.vij..Surrexerunt ergo ueſperi ut ue nirent ad caſtra ſyrię.econtrario.i.Regũ.xxx.pro eo ꝙ noſtra tranſla tio habet.& percuſſit eos Dauid a ueſpera uſq; ad ueſperam alterius diei.Doctores hebrǫrum exponũt a mane hoc eſt crepuſculo ante lucano uſq; ad ueſperam craſtinam.& allegãt rab.Iſi.qui dixit ꝙ duo fuerunt crepuſcula.crepuſculum diei et ſuperuenit nox. crepuſculum noctis et ſuboriebatur dies.inde nominant quicquid obſcurum et te nebroſum extat.Ieremię.xiij.Et antequam offendant pedes ueſtri ad montes caliginoſos ideſt nebuloſos et obſcuros.

יַנְשׁוּף Ibis.ſecundum tranſlationem noſtram.Leuitici.xi. Et mer gulum et ibin.ſed rabi Salomon aſſeuerat eſſe auem quę de nocte uo litans ululet quam nos ululam appellare poſſumus.

נָשַׁק Oſculatus eſt. p̃s.lxxxv. Iuſticia et pax oſculatę ſunt.et cata apheſin nun literę principalis Canticorum.i.Oſculetur me oſculo oris ſui.Iob.xxxi.Et oſculatuſſum manum meam ore meo. ſic per ſimi litudinem ſignificat inclinare more adorantium. uel adhęrere more oſculãtium.ut Ezechielis.iij.Et uocem alarum animaliũ percutientiũ alteram ad alteram.quod ſecundum ueritatem hebraicam legitur ſic. Et uox alarum animalium adhęrentium uniuſcuiuſq; ad ſororem hoc eſt proximam ſuam uel inclinantium. et eſt prolepſis.unde quidam volunt inclinationem eiuſmodi quandoq; ſignificare adorationem, ſicut cũ os ad os applicatur.p̃s.ij.pro eo ꝙ trãſlatio noſtra habet.Ap prehendite diſciplinam. rectius ſecundum Hieronymum tam in ſuo

pſalterio quam in cõmentariis ſuper noſtrũ pſalterium legendũ eſt. Adorate filium pure. uerius autem ſecundum Paulum burgenſem legitur. oſculamini filium. cui etiam Lyra cõſonat. et Geneſis. xlv. Oſculatuſq; eſt Ioſeph omnes ſuos.

נֶשֶׁק Armatura. arma. indumentũ bellicum ęreum ſiue ferreũ. Iob xx. Fugiet arma ferrea. & Iſaię. xxij. Armamẽtariũ domus ſaltus. et trã ſumptiue dicitur p̃s. cxl. Obumbraſti caput meum in die belli. hoc eſt tempore armorum. et p̃s. lxxviij. Filij ephraim intendẽtes et mittẽtes arcum. pro quo rectius ſic. Filij ephraim armati ſagittantes arcum.

נָשַׁק Accendit. uſſit. p̃s. lxxviij. Et ignis accenſus eſt in Iacob. et ſic in paſſiuo genere.

נֶשֶׁר Aquila. Ezechielis. xvij. Aquila grandis magnarum alarum. etpl̃r Exodi. xix. quomodo portauerim uos ſuper alas aquilarum.

נָשַׂר Serra. prępoſitione mem loco nun. Iſaię. x. Aut exaltabitur ſerra contra eum a quo trahitur. de quo ſcribit rabi Dauid kimhi in cõmentariis ſuper Iſaiam quod hoc uocabulum ſignificet ſerram. & primitiuum eius ſit naſor. et nun litera per dagges ipſius ſin ſeu uerius hic per dagges ipſius literę mem appoſitę abſorbetur et euaneſcit. ut latius docebimus in arte grãmatica. inde ſerrare et cętera deriuata.

נָשַׁת Confregit. contriuit. perdidit et deficere fecit. quod tranſumptiue uertit tranſlatio noſtra. Ieremię. li. Deuoratum eſt robur eorũ. quod Ionathas chaldaice ſic traduxit. Fracta eſt uis ſeu uirtus ſiue uiri litas eorum. & Iſaię. xli. Lingua eorum ſiti aruit. ideſt defecit ſeu perdita eſt. & in paſſiuo Iſaie. xix. Et areſcent aquę de mari. i. deperdentur.

נָתִיב Semita. p̃s. cxix. Diduc me in ſemita mandatorum tuorum. & Iob. xxviij. Semitam ignorauit auis. et cata paragogẽ recipit in fine he literam. Iſaię. xlij. Et in aquis torrentibus ſemitam.

נָתַת Diſmembrauit. concidit in particulas. quaſi liceat dicere fruſtauit ſeu particulauit. Leuitici. i. Artus in fruſta concident. quod uer

bum e uerbo ſic uertitur. Et particulabitur ipſa in particulas ſuas. Inde ſectiones. diſmembrationes. portiones et membra.

נָתַךְ Fudit. fluxit. effuſum ẽ. uel ſtillauit. ij. Parali. xxxiiij. Iccirco ſtil labit furor meus ſuper locum iſtũ. & Exodi nono. Nec ultra ſtillauit pluuia ſuper terram. &. ij. Regum. xxi. Donec ſtillaret aqua ſuper eos de cęlo. & Habacuk. i. Indignatio eius effuſa eſt ut ignis. & Iob. x. nonne ſicut lac mulſiſti me. ideſt fluere uel ſtillare me feciſti ſeu fudiſti.

נָתַן Tradidit. dedit. obtulit. largitus eſt. Geneſis. xxv. Largitus eſt Abraham munera. & eiuſdẽ. xxiiij. Fratribus quoq; eius et matri dona obtulit. et eiuſdem. xxiij. Agrum trado tibi. et infra. Dabo pecuniã pro agro. patitur quandoq; defectum principij quandoq; finis. quandoq; utriuſq;. Exemplum primi Geñ. xxiiij. Et dedit ei oues et boues. ſimiliter Geñ. xiiij. Da mihi animas. Exemplum ſecundi Ioſue. vi. Ecce dedi in manus tuas Ierecho. Exemplum tercij. ij. Regũ. xxij. Inimicos meos dediſti mihi dorſum. Inde nomina datio. donatio. munus. donũ Eccleſiaſtis. v. Hoc eſt donum dei. quod ſimul tam per aphęreſin quã etiam per apocopen ſcribitur.

נָתַס diſſipauit. euertit. deſtruxit. Iob. xxx. diſſipauerũt itinera mea.

נָתַץ Diruit. rupit. deſtruxit. Iudicũ. vi. Quia deſtruxit aram Baal. & paulo ſuperius in genere paſſiuo. Viderũt deſtructam aram Baal. & pſalmo. lij. Propterea deus deſtruet te in finem. & Ieremię primo. Vt euellas et deſtruas.

נָתַק Rupit. diſſoluit. ꝑs. ij. Dirumpamus uincula eorum. et Iſaię. v. Et non rumpet corrigia calciamenti eius. & Leuitici. xxij. Omne animal quod uel contritis uel tunſis uel ſectis ablatiſq; teſticulis eſt non offeretis domino. pro tunſis uertere debuit ruptis. et Onkelus chaldaice diſſolutis ſeu eradicatis traduxit. ſic Eccleſiaſtis. iiij. Funiculus triplex difficile rumpitur. ſic Ieremię ſecundo. Rupiſti uincula mea. verius legitur ſic. Rupi uincula tua.

נְתַק Prurigo ſontica ſeu ſcabies intenſa ſub pilis et capillis ſcatens, quę a contagione dicitur pſora. quia morbus eſt contagioſus. ideoq;

vocatur ſecundum noſtram tranſlationem lepra. Leuitici.xiij. Quia lepra capitis ac barbę eſt.et infra eodem appellatur macula.Si nō creuerit macula.et infra.abſcȝ loco maculę.

נָתַר Subſilire fecit.ideſt leuiter ſaltare curauit.uel exilire fecit.ideſt ſoluit ſcilicet tranſferendo a uinculis. Leuitici.xi. Crura per quę ſalit ſuper terram.Habacuk.iij.Aſpexit et diſſoluit gentes.ideſt fecit exilire.& pſalmo.cxlvi.Dominus ſoluit compeditos.

נִתֻּר Nitrum.Ieremię ſecundo.Si laueris te nitro.et ſecundum Lyram ſpecies eſt terrę qua purgatores ueſtium utuntur. Neoterici uocant cretam.

נָתַשׁ Euulſit.iij.Regum.xiiij.Et euellet Iſrael de terra bona.& Ieremię.xxxi.Et ſicut uigilaui ſuper eos ut euellerem.et infra.Non euelleť et non deſtruetur in perpetuum. Omnia eius uerbi ſignificant eradicare.& extirpare atcȝ euellere.

סס

t inea.Iſaię.li.Et ſicut lanam ſic deuorabit eos tinea.

סְאָה Genus q̄ddam menſurę ſeu modius.iiij.Regū.vij. Modius ſi milę uno ſtatere et duo modij hordei ſtatere uno. ubi ponit plurale ſuum maſculinum et anomalum. ſed regulare legitur Gen̄.xviij. pro eo q̄d ponitur tria ſata ſimilę.uerius legūt hebręi.tres mēſuras farinę.

סְאָסְאָה Menſura duplicata ſeu cumulata.quod trāſlatio noſtra exponit menſuram contra menſuram. Iſaię.xxvij. In menſura contra menſuram cum adiecta fuerit iudicabit eam. et uidetur de ſuperiore uocabulo eſſe geminatum.

סָאַן Euicit.prędauit.Iſaię.ix. Quia omnis uiolenta prędatio.quod verbum e uerbo ſic legitur.Omnis euictio euicta ſeu prędatio pręda ta cum tumultu et ueſtimentū uolutum in ſanguine erit ad incēdium cibus ignis.quaſi diceret.alia bella fiunt cū tumultu et ſtrepitu equorū et cum pręda uictorum et cum cruentis exuuiis,quia alter alterū per cutit gladio et exuuię uoluunt in ſanguine.ſed hoc pręliū non ſic erit. non enim gladio nec tumultu neq; ſanguine conficitur. ſed erit incen dium eſca ignis.ubi rabi Dauid kimhi in cōmentariis Iſaię opiniones uarias iudęorum inſinuat ſcilicet q; etiam animę cremantur igne & nihilominus uiuunt.et nota q; hanc dictionem non inuenio alibi.qua re laborandum fuit.

סָבַב Circumdedit.circūduxit.uertit.giratuit. circuiuit. Gen̄.ij.Ipſe eſt qui circuit omnem terram Heuila. Eccleſiaſtis.i.Et flectit ad aqui lonem luſtrans uniuerſa.in circuitu pergit ſpiritus et in circulos ſuos reuertitur.ubi tranſlatio noſtra oratorie ſenſum de ſenſu non uerbū de uerbo traduxit.& per apocopen.ij.Regum.xiiij. Reuertatur in do mum ſuam et faciem meam non uideat.reuerſus eſt itaq; Abſalom.& iiij.Regum.xx.Qui conuertit faciem ſuam ad parietem. Inde nomen amplexatio.giratio.circuitus.Ezechielis.i.Et ſplēdor eius in circuitu. accipit in principio q̄nq; nun quādoq; mem. Canticorū.i. Dum eſſet rex in accubitu ſuo.i.in amplexu.et.iij.Regū.vi.Per circuitum ſculpſit uariis cęlaturis.quāuis aūt rabi Iona uerbū hoc in tria ſignificata di

ſtinxerit,tamẽ imitãdo rabi Iudã dico ſingula poſſe ad unã quodãmo do ſignificationẽ reduci.ut patet bene cõſyderanti.et nota ꝙ נָסַבּוּ paſſiuum eſt huius uerbi.quamuis tranſlatio noſtra in genere actiuo traduxerit.Geñ.xix. Viri ciuitatis uallauerunt domum illius. debuit enim dicere uertebantur ad domum.

סָבָא Inebriatus eſt.potauit.conuiuauit. ingurgitauit uinum.Iſaię lvi. Venite ſumamus uinum et impleamur ebrietate. pro quo rectius lxx.traduxerunt.et inebriemur.Deutero.xxi.Cõmeſſationibus uacat et luxurię atqꝫ conuiuiis.quod duobus uerbis rectius ſic. cõmeſſator eſt et potator.alemanice freſſen und ſufan. Nahum.i. Sic conuiuium eorũ pariter potantiũ.quod alij ſic legũt.Et ſicut potatores inebriati. et loquitur propheta ſecundum doctrinam rabi Dauid kimhi in com mentariis ſuper duodecim de potatoribus ebriis qui cadunt in terrã et non eſt in eis uirtus reſiſtendi ſiue ſiſtendi.

סַבָּא Ciuitas eſt regalis ęthiopię.ut ſcribit Hiero.in libro de locis hebraicis.et ad imitationẽ Euſebij tunc ſcribit̃ ſaba per literam ſamech. Iſaię. xliij. Dedi propiciationẽ tuã ęgyptũ ęthiopiam et ſaba pro te.et nanciſcit̃ nomẽ a Saba filio Chus.Gene.x.Filij autẽ Chus Saba heuila et ſabata. nam aliud uocabulũ ſaba ſcribitur per ſin literã et ſignificat arabiam a ſuo authore Saba filio Raema. ut eodem quo ſupra loco Geneſis decimo.et ab eo dicuntur ſabęi non ęthiopici ut ſupra,ſed ara bici.de quibus ſtrabo coſmographus libro.xvi. poſtquam de naba/ thęis multa locutus eſt ait.His proxima eſt fœliciſſima ſabęorum ter ra quę maxima natio eſt. apud hos thus et myrrha et cynamomum naſcitur.unde quando inuenitur per ſin literam ſcriptum tranſfertur arabia.ut pſalmo.lxij.Et dabitur ei de auro arabię. Item eodem paulo ſuperius.Reges arabum et ſaba dona adducent. ubi utraqꝫ uocabula in eodem uerſiculo reperies.Solent igitur in hoc uocabulo facile de/ uiare quandoqꝫ improuidi non intuentes orthographiam.quod arbi tror non data opera Hieronymo noſtro contigiſſe, cum in libro he/ braicarum quęſtionum exponit ſupra allegatum textum Geneſis.x. Filij Chus Saba et Heuila.ſubiungendo ſic. Saba a quo ſabęi de qui/ bus Virgilius.Solis eſt thurea uirga ſabęis. hæc ille. Mox enim ſubſe quenti expoſitione uerſiculi.Filij Raema Saba et Dadan redit in uiã.

et oſtendit diuerſitatem ſamech et ſin literarum in eiſdem uocabulis, quod tu nota diligenter. ſabęi enim a ſaba per ſin literā ſcripta dicunt et nō ab ęthiopibus. quod clare indicat Stephanus byzantius in libro de urbibus et populis cum ait. q̄ Saba ciuitas magna eſt et regio ꝓpe mare rubrum, unde dicuntur et ſabęi populi et ſabęa regio. Suidas aūt mare quidem erythręum ſcribit eſſe ad ſinum perſicum. et Plinius in libro. v. naturalis hiſtorię ca. xi. docet arabiam ad mare rubrū pertin gere illam ſcilicet odoriferam et diuitem ac beatę cognomine inclytā. Saba igit̄ per ſin arabia eſt thurifera. per ſamech aūt ęthiopica. ex quo perſpicue intelligitur reginam Saba quę ad audiendum Salomonem acceſſerat. iij. Regū. x. nō fuiſſe ęthiopiſſam ſed reginā fœlicis arabię.

סָבַךְ Intricauit. perplexit. Nahum. i. Quia ſicut ſpinę ſe inuicem cō plectuntur. Inde nomen intricatio. perplexio ſiue cōplexus. Geñ. xxij. Viditq̄ poſt tergū arietē inter uepres herentem cornibus. hebraice ſic legitur. Et leuauit Abraham oculos ſuos et uidit et ecce aries poſt deprehenſus in perplexu cū cornibus ſuis. chaldaica tranſlatio expreſ ſit arbuſtum dicens quod aries erat iunctus in arbuſto cum cornibus ſuis. & poteſt fieri q̄ denſitas frondium inter ſe perplexa in modum coherentium ueprium hoc modo dicatur tranſumptiue. unde tranſla tio noſtra uertit ſyluam. pſalmo. lxxiij. Quaſi in ſylua lignorum ſecu ribus. q̄d Hieronymus in pſalterio de hebraica ueritate traduxit ſic. In ſaltu lignorum ſecures. quamuis alij exponant. In perplexu frutecti ſecures. ſimiliter exponunt quod legimus Iob. viij. Super aceruum pe trarum radices eius denſabuntur ſic. Super fontem ſeu ſcaturiginem radices eius frondeſcent, ideſt frondibus perplexabuntur ſeu intrica bunt̄. et ſi hoc modo reperies aliquando per ſin loco ſamech ſcriptū. idem ſignificat ſcilicet frondes perplexas et intricatas.

סָבַל Tulit. portauit. threnorum. v. Nos iniquitates eorum porta uimus. et Iſaię. xlvi. Ego portabo. et eiuſdē. liij. Et dolores noſtros ipſe portauit. In alia forma Eccleſiaſtis. xij. ubi nos legimus impinguabit̄ locuſta. alij uertunt. onerabitur dorſum ſeu facient portare lumbos. inde nomen onus. geſtamē. tertio Regum quinto. Septuaginta milia eorum qui onera portabant.

סָגַד Curuauit. geniculauit. Iſaię. xliij. Curuat̄ ante illud et adorat.

& ſecundum Onkelum chaldęū hoc uerbum ſignificat adorare.nam ipſe in ſua tranſlatione ſic ſolet interpretari.ut Geñ.xxxiij.Et ipſe progrediens adorauit pronus in terram ſepties.

סגל Appropriatū.propriū et peculiare.et accepta in fine cata para gogen he litera ſignificat idem q̄d peculiū appropriatū ſiue ꝓprietas. Exodi.xix.Eritis mihi in peculiū de cunctis populis.et.i. Paralip.xxix. De peculio meo aurum et argentum do in templum dei mei.et ſignificatur hoc uocabulo quicquid mihiipſi ꝓprie repoſui in theſaurum. et logici hebręorum appellant ſic unum de quinq̄ predicabilibus q̄d et nos dicimus proprium.

סגן Magiſtratus et prelatus.Nehemię.v.Et increpaui optimates et magiſtratus.et infra eodem.Iudęi quoq̄ et magiſtratus.et Iſaię.xlij.et adducet magiſtratus quaſi lutū.et dicitur ſagan ſacerdos magnus ſeu ſummus pontifex.Inde beroſus in libro defloratiōnum chaldaicarum ſecundo ſic ſcribit. Primū itaq̄ dixerunt ogygiſan ſagan ideſt illuſtrē ſacrorum pontificem Noham hęc ibi.

סגר Clauſit.Geñ.xix.Clauſeruntq̄ oſtium.i. Regum.i. Dominus autem concluſerat uuluam eius.Inde nomē clauſura.clauſtrū. clauſio. ſeu cōcluſio uel conclaue.Iſaię.xlij.Vt educeres de cōcluſione uinctū. &pluraliter generis fœminini.p̄s.xvij.Et claudicauerunt a ſemitibus ſuis.quod rectius traductum fuit.ij.Regum.xxij.Et contrahentur in anguſtiis ſuis.ſed uerius ſic.Et claudicabunt a uinculis ſuis. eſt et aliud nomen quod ſignificat ſiue carcerem ſeu collumbare aut collariū. q̄d tranſlatio noſtra caueā interpretatur.Ezechielis.xix.Et miſerunt eum in caueam.Inde dicitur id quod conſtringit aliquam rem et ſimul continet quaſi clauſura.Exodi.xxv.Facieſq̄ illi labium aureum per circuitum et ipſi labio coronam interraſilem altam quatuor digitis et ſuper illam alteram coronam aureolam.Quod de uerbo ad uerbum ſic ponitur.Facieſq̄ illi complexum ſiue marginem aureum circulariter.& facias ei clauſuram pugillarem hoc eſt ad menſuram pugni circulariter et facias peripheriam ſeu continentiam auream ipſi clauſurę circulariter. Item aliud uerbum graue Leuitici decimotertio.Reludet eum ſacerdos ſeptem diebus.

סגר Tradidit. Deutero. xxiij. Non trades ſeruum dño ſuo. &. i. Regum. xxiij. Si tradent me uiri keile. & hoc ſignificatū quodāmodo aſſimilat ſuperiori. unde ſepius ꝑmiſcue tranſfert. ſicut. i. Regū. xxvi. Cōduſit deus inimicū tuū hodie ī manus tuas. q̄d alij interꝑtant tradidit.

סגר Aurum ſepius purgatū atq; optimū. et dicit grece aur obrizō ideſt ſecundū Suidā aur ſepe probatū igne ac puriſſimū. ego uocabulū illud grecos putarē ab inſula ophir denominaſſe. ut ſupra in dictione ophir oſtēdimus. ſic legit Iob. xxviij. nō dabit aur obryzū ꝑ ea.

סגור Inſtrumentū bellicū. quod ſpatham frameā mucronē ſeu gladium appellant. p̄s. xxxv. Effunde frameā et cōclude aduerſus eos qui perſequunt me. q̄d hebreor aliqui nō minus docte ſic legunt. Arma capeſſe lanceam et ſpatham in occurſum perſecutor meorum.

סגריר Imber ſeu impetuoſa pluuia. trāſlatio nra frigus traduxit. Prouerbior. xxvij. Tecta perſtillātia in die frigoris. q̄d hebrei ſic legunt. Impluuium aſſiduū in die impetuoſi imbris. fortaſſe a claudēdo quia impetuoſus imber reludit homines in domibus ne ſpacientur.

סד Lignum quo pedes uinctorum continentur. eam ligaturam tranſlatio noſtra neruum uertit. Iob. xiij. Poſuiſti in neruo pedē meū.

סדן Linteum. ſindon. Prouerbiorum. xxxi. Sindonem fecit et uendidit. & pluraliter Iudicū decimoquarto. Triginta ſindones et totidē tunicas. nos uulgo camiſias lineas dicimus.

סדר Directio. ordo ſiue ordinatio. Iob decimo. Et nullus ordo. hebraice ſic. & non ordines. Inde gradus ordinati ad modum cochleę ad introitum domus uel ueſtibulum accepta per protheſin mem littera et in fine paragoge. tranſlatio noſtra poſticum uertit. Iudicum. iij. Per poſticum egreſſus eſt Ehud. eſt quando tranſmutatur ſamech in ſchin conſonantem. ut ſepe in aliis quoq;.

סהר Rotundum et politum ut ſplendeat. quod tranſlatio noſtra vertit tornatile. Canticorum. vij. Vmbilicus tuus crater tornatilis. In-

de ſpecies quędam monilium quibus ornatur cingulus aut phalera ſcilicet folium rotundum de metallo polito ad modum corporis lunaris.quod tranſlatio noſtra uertit lunulam. et tamen quandoqꝫ ſcribit ſchin litera loco ſamech.Iſaię.iij.Et lunulas et torques.

סֹהַר Vincula. carcer. Geñ.xl. Miſit eos in carcerem.ubi ponitur domus uinculorum.

סוּג Declinauit.auertit.receſſit.rediit.ij.Regum.i. Sagitta Ionathæ nunquam rediit retrorſum.quamuis qñqꝫ ſcriptū ſit per ſin,hoc fit tamē loco ſamech. itē Sophonię.i. Et qui auertūtur depoſt tergū domini.et p̄s..cxxix.Confundantur et conuertantur retrorſum.inde quidā deriuant ſpurcum.obſcœnum. lutulentum. fœdum. ſordidum et abominabile.p̄s.liij.Omnes declinauerūt ſimul inutiles facti ſunt. quod de uerbo ad uerbum ſic intelligunt. totum ſpurcicia.ſimul fetuerunt ſeu abominabiles facti ſunt.& Prouerbiorum.xiiij. Viis ſuis replebitur ſtultus.quod hebręi legunt.de uiis ſuis replebit̄ ſpurcus corde. nā corde eſt de textu aſteriſco notandum.logici unum ex quinqꝫ predicabilibus ſic nominant quod genus dicimus.

סוּגָה Regionatio.diſterminatio.limitatio.ſępes.Canticorum.vij. Vallatus liliis.

סוֹד Arcanum.ſecretum.myſterium. ſacramentum. p̄s.xxv, Firmamentum eſt dominus timentibus eum. quod rectius uertit Hieronymus.ſecretū domini timentibus eum.unde alij dicere uolunt. conſiliū ſilētiarium,quia ſecrete teneatur.uide Lyrā eodem in loco. ſic Amos iij.quia non faciet dñs deus uerbum niſi reuelauerit ſecretum ſuū ad ſeruos ſuos prophetas.ſed Ieremię.xv.Non ſedi in conſilio ludentiū. & pſalmo.cxi.In conſilio iuſtorum et congregatione.Cabaliſtę myſterium et ſacramentum interpretantur.

סָוָה Velauit.et prępoſitione mem literę ſignificat uelamen. Exodi xxxiiij.Poſuit uelamē ſuper faciem ſuā.unde propter facilē tranſitum ſamech in ſin lr̄am,cabaliſtę noſtri temporis nomen Iheſuh ſaluatoris interpretantur deum uelatum. ſicut in capnione noſtro et eius libri uolumine tertio ſcripſimus.

סוּךְ Perfudit.inunxit.Danielis.x.Sed neqꝫ ungento unctuſſum.& Ruth.iij.Lauare igitur et ungere.rabi Ionas geminando finalem lite-

ram dixit significari ungentū precioſiſſimū quo maximi reges ſolebāt inungi.unde loquit propheta de principe tyri. Ezechielis.xxviij. Tu cherub extentus et protegens.ubi.lxx.unctus tranſtulerūt.et ſecundū allegatum rabi Ionam ſic legendum eſt. Tu cherub unctus precioſiſſimo ungento.ideſt maieſtate preditus.et hęc lectio multū placet magiſtris hebręorū,et maxime rabi Dauid kimhi in libro de radicibus. et prępoſito mem ſignificat ſecundum pręceptorē meum rabi Iacobū iehielem urceolus olearius.iiij.Regū.iiij.Non habeo ancilla tua quicquam in domo mea niſi parū olei quo ungar. rectius ſic. niſi urceolū olei.Indicauit enim mulier ad neceſſitatē famis et nō ad ſuperfluitatē vnctionis aliquantulum ſibi ſupereſſe.& ſic quo ungar nō eſt de textu hebraico ſed obeliſco perimendum. Dauid kimhi interpretat aſuch lagunculam olei.ab hoc uerbo per protheſin aleph.

סוך Purgauit.i.Regum.xxiiij.Ingreſſus eſt Saul ut purgaret uentrem.et Iudicū.iij.Forſan purgat aluū in ęſtiuo cęnaculo. hic modus loquendi pertinet ad omnem curam rerum neceſſario incumbentiū. & ita Ionathas chaldęus interpretatur.Ingreſſus eſt Saul ad faciendū neceſſaria.alij deriuant a naſach. alij a ſachach.

סוס Equus.p̄s.xxxij. Nolite fieri ſicut equus et mulus.Exodi.xiiij. Et omnis equitatus Pharaonis.quod etiam in fœminino genere dicit Canticorꝝ.i.Equitatui meo in curribus Pharaonis aſſimilaui te.

סוס Species auis quam authores uarie nomināt. nam Iſaię.xxxviij. dicitur.Sicut pullus hirundinis.ſed ſunt ibi duo diuerſa uocabula per articulum hypodiaſtolis diſtinguenda. ut ſit ſenſus. Sicut hirundo & grus ſeu ardea uel ciconia.alij cornicē uocāt.Symmachus non aſpexit orthographiam et ergo errauit tranſferens.ſicut hirundo incluſa. Inuenitur in hac eadem dictione uau mutari in iod.Ieremię.viij. Turtur et hirundo et ciconia.ubi Symmachus ꝑ hirundine tranſtulit cicadā. vide quāta ſit dubitatio in uocabulis rerum non ſolum latinis uerum etiam hebręis.

סוף Defecit. deſiit. finiuit. terminauit.Eſter.ix. pro eo quod poſt longos ambages tranſlatio noſtra oratorie uertit.Iſti ſunt dies &c̄.ſic hebraice legitur.Et dies ſortium iſti non prętcribunt de medio iudęorum et memoria eorum nō deſinet uel finietur a ſemine illorū.ſequit.

Et ſcripſit Eſter regina &c̄.Inde nomen finis ſeu terminus.Eccleſiaſtis xij.Finem loquēdi pariter omnes audiamus.et eiuſdem.vij.In illa enī finis cunctorum admonet.& caue ne coincidas cum alio uerbo aſaph. quod congregare ſignificat,ut in litera aleph oſtēdimus. ut Geñ.xxv. Congregatuſq; eſt ad populum ſuum.ſic enim facile tibi error contin geret. ut Sophonię.i. Congregās cōgregabo omnia a facie terrę dicit dominus.congregās hominem et pecus cōgregans uolatilia cęli et pi ſces maris.quod.lxx.interpretes rectius traduxerunt ſic. Defectione deficiat a facie terrę dicit dominus deficiat homo et iumenta deficiant uolatilia cęli.

סוּף Papyrus.iuncus.uel carex.Exodi.ij. Et expoſuit eū in carecto. et infra.fiſcellam in papyrione. quaſi diceret in iunceto. Rabi Dauid kimhi in cōmentariis ſuper Ionā ſcribit uocari algam. eſt autem alga herba quę naſcitur in aquis.ſecūdum alios fucus marinus nominata. ſic enim Suidas ait.Fucus eſt graminoſum ſeu graminetū maris. unde mare rubrum ſic dicit.p̄s.cvi.Et irritauerunt eum aſcendentes mare rubrum.et infra eodem.Et increpuit mare rubrum ideſt caricoſum.

סוּף Ripa.extremitas.litus.ſummitas.et fortaſſe a primo deducitur, ij. Paralip.xx.Et inuenietis illos in ſummitate torrentis.

סוּף Procella.fluctus.pelagus.Ionę.ij.pelagus operuit caput meū. quod Ionathas chaldaice exponit mare papyri.

סוּפָה Tempeſtas. turbo. uentus boreas.Iſaię.xvij.Et ſicut turbo coram tempeſtate.alius ſicut globus ante turbinē. et Iob.xxi. Et ſicut fauilla quam turbo diſpergit.& Nahum.i.Dominus in tempeſtate et turbine uię eius.

סוּר Receſſit.declinauit.deſtitit.Numeri.xij.Nubes quoq; receſſit quę erat ſuper tabernaculo.& p̄s.xxxvij. Declina a malo et fac bonū. & p̄s.cxix.Declinate a me maligni.quia uero ut ſupra oſtendimus faci le tranſit ſamech in ſin et econuerſo.iccirco reperit hoc uerbum qñq; per ſin ſcriptū.ut Oſeę.ix.Sed et uę eis cum receſſero ab eis.inde uer bum graue ſeu tranſitiuum ideſt facio recedere.Deuteronomij.vij. Auferet dominus a te omnem languorem.ideſt recedere faciet. & in alia forma ſcilicet paſſiuoneutra.Exodi.iij.Cernēs autem dominus q̄

pergeret ad uidendum.ideſt ſi ſic loqui liceat q̄ fieret declinare ad uidendum.& ſupra eodem. Vadam et uidebo uiſionem hāc. ideſt fiam recedens et uidebo &c̄.

סָר Factum eſt putidum et fetidum.Oſeę.iiij.Separatum eſt conuiuium eorum.ideſt putidum et fetidum factum eſt. hoc eſt tātum uini potauerunt ut conuiuium eorum ebrietate grauiter oleret. Ionathas chaldaice principes potatorum hoc uocabulo notat quaſi ſcriberetur per ſin literam.

סָרָה Abalienatio.apoſtaſia.diſceſſio.plagia.error.auerſio. et ſecūdum rabi Salomonē eſt dogma peruerſum de eo quod neq̄ fuit neq̄ creatum eſt in ſęculo.Deutero.xiij.Propheta autē ille aut fictor ſomniorum interficiet quia locutus eſt ut vos auerteret a domino deo uestro.hebraice ſic.quia locutus eſt peruerſum dogma contra dñm deū ueſtrum.Inde uerbum tranſitiuum ſecundi Iob.xxvij. Viuit deus qui abſtulit iudicium meum, ideſt fecit errare.

סוֹרֵר Geminata finali litera a ſuperiore deriuatur.et ſignificat peruertit.abalienauit.threnorum.iij.Semitas meas ſubuertit.et Oſeę.iiij. Sicut uacca laſciuiens declinauit Iſrael. ubi ad imitationē primi uerbi tranſlationem habes.ſignificat autē propheta peruerſum īceſſum ſub iugo.ſic eiuſdem.ix. Omnes principes eius recedentes.quod Hiero. in cōmentariis ſecundum mentem.lxx.interpretum inobedientes traduxit.uult dicere peruerſe incedentes.ſic Zacharię.vij.Et auerterunt ſcapulam recedentes.pro quo.lxx.ſic.et dederunt dorſum contemnētes.quid multis? omnia eiuſcemodi uidentur in unam ſignificationem tendere quantumuis tranſferantur uarie.ut Iſaię. lxv. Ad populum incredulum.& Deuteronomij.xxi. Filium contumacem et proteruū. et infra eodem. filius noſter proteruus et contumax eſt.et ſic de aliis.

סוּת Velamen.ueſtimentum.pallium.Geñ.xlix.Et in ſanguine uuę pallium ſuum.et Geñ.xx,hoc erit ſibi uelamen oculorum.

סָחַב Detraxit.deiecit ſeu abiecit.ij.Regū.xvij. Circūdabit omnis Iſrael ciuitati illi funes et trahemus eā in torrentē.et Ieremię.xlix. ſi nō deiecerīt eos paruuli gregis.inde dicunt lacernę ueteres panni detracti et abiecti.Ieremię.xxxviij.Et tulit inde ueteres pannos.et paulo in-

ferius.Pone ueteres pannos.

סָחַח Abrasit. detriuit. Ezechielis.xxvi. Et radam puluerem eius de ea. Inde nomen fœditatis et superfluitatis quę ab aliqua re eradit̃. threnorum.iij.Erasionem et abiectionem posuisti me.

סָחַת Computruit.Ieremię.xlvi.Quare computruit fortis tuus.

סָחַר Vertit. conuoluit. girauit. circuiuit.Ieremię.xiiij.Propheta quoq; et sacerdos abierunt.i.circuierunt et more vertiginosoꝝ girauerunt in terra.et geminata syllaba finali p̃s.xxxviij. Cor meũ conturbatum est dereliquit me uirtus mea.i.cor meũ instar trochi girauit uł circumuoluit̃ nõ habens requiem.quapropter Hiero.in suo psalterio traduxit cor meũ fluctuauit. unde Onkelus uolens interpretari chaldaice eum locum quo scribit̃ Geñ.xlij.Auertitq; se parũper. quod rectius legit̃ uertit se ab eis et fleuit.hoc pręsenti uerbo usus est.Quia uero mercator seu negociator cõtinuo hinc et inde uadit pro emundis vendundisq; mercimoniis.iccirco etiã tali uocabł̃o nominat̃. Genesis xxiij.ubi hebraice legit̃.quadringentos siclos argenti transeuntis mercatori.ibi trãslatio nr̃a habet.argenti ꝓbatę monetę publicę. sic Geñ. xxxvij.Et prętereũtibus madianitis negociatoribus.et a giro ac circuitu rotũditatis dicit̃ parma quã in p̃lio pugiles sinistra ferunt in modũ scutellę.p̃s.xci.Scuto circumdabit te ueritas eius.quod hebręi legunt. scutum et parma.Hieronymus sic.scutum et protectio.

סֹחֲרֶת Lapis preciosus,quem translatio nostra lapidem parium nominat.Ester primo.Et pario stratum lapide.

סָחִשׁ Propago quę ex radicibus seminis orit̃. nr̃a translatio habet poma.Isaię.xxxvij.Et in anno secũdo pomis uescere.licet aũt hoc loco p̃sens dictio a sin lr̃a incipiat et in samech desinat,tamẽ hoc nõ facit diuersitatẽ significatiõis.talis enim lr̃arum metathesis in sacra scriptura sępe fieri consueuit.recte namq; ipsa reperitur.iiij.Regum.xix.In secũdo autem anno quę sponte nascuntur.

סִיג Rubigo.scoria.Isaię.i.Argentum tuum uersum est in scoriam. & infra eodem.et excoquam ad purum scoriam tuã. et Prouer.xxv. Aufer rubiginem de argento.

סִיר Chaldare.lebes.olla.Exo.xvi.Qñ sedebamus sup̱ ollas carniũ.

Ezechielis.xxiiij. Pone ollam pone. et eiusdem.xi. Hęc est lebes.nos autem carnes.& declinatur in plurali fœminine.ut Amos.iiij. Et reliquias uestras in ollis feruentibus.

סִיר Spina.uepris.Nahum.i.Sicut spinę se inuicem complectuntur. Oseę secundo.Sepiam uiam tuam spinis.

סִית Incitauit.suasit.consuluit. Deuteronomij.xiij. Si tibi uoluerit psuadere frater tuus.&.i.Regũ.xxvi.Si dñs incitauit te aduersum me.

סָבַךְ Obduxit. texit.operuit.occuluit.Exodi.xxv. Tegant expandentes alas et operientes oraculum.Inuenit̃ quandoq; per sin scriptũ propter facilem transitum alterius in alteram sibi symbolicam. Exodi xxxiij.Et protegam dextera mea donec transeã.& per apocopẽ sępissime inuenitur.ut threno.iij. Operuisti in furore.Item eodẽ.Operuisti in nube tibi.quod alias legit̃ et minus bene.opposuisti nubẽ tibi.et.iij. Regum.viij.Et ꝓtegebant cherubim arcã et uectes eius. quod nõ per beth ut ĩ aliqbus imp̃ssis sed per caph scribendũ est.Inde nominat̃ oẽ tegimẽ.tabernacl̃m.tuguriũ seu tentoriũ.threnoꝝ.ij.Et dissipauit q̃si hortũ tentoriũ suũ.licet ibi scribat̃ ꝑ sin lr̃am q̊d idẽ ualet. accipit etiã in fine he lr̃am generis fœmĩni.Isaię.iiij.Et tabernacl̃m erit in umbraculũ diei ab ęstu.etpl̃r Leuitici.xxiij.Erũt ferię tabernaculoꝝ septem diebus dño.recipit etiã ꝑ ꝓthesin mem lr̃am p̃s.cv.Expãdit nubem in protectionẽ eoꝝ.ex hac dictione sumit̃ nomẽ munimẽti bellici q̊ expugnatores urbiũ utunt̃ ponẽtes sup eos tectoriũ fabrefactũ ne desuper lapidibus obruant̃.q̊d Iulius pollux de armoꝝ nominibus scepasteriũ nominat.rabi Dauid kimhi dicit talpã uocari uidelicet a suffodiendis vrbiũ muris. trãslatio nr̃a mea opiniõe nõ recte umbracl̃m uertit Nahum.ij. velocit̃ ascendẽt muros eius et pręparabit̃ umbraculũ. melius autem.lxx.traduxerunt.et pręparabunt propugnacula.

סִבְסַךְ Miscuit.sumauit.recollegit.aggregauit in unã sumã. uel cõcurrere fecit.Isaię.xix.Et cõcurrere faciã ęgyptios aduersus ęgyptios.

סַךְ Sũma summaꝝ aliq̃ nũeralis.p̃s.xlij.ubi nos legĩus. qm̃ trãsibo ĩ locũ tabernacl̃i admirabilis.hebręi exponũt.trãsibo cũ quadã summa hoĩm cõgregatoꝝ.sic suauissimus hebręoꝝ poeta Ioseph hyssopęus in argumẽto libri iambici quẽ inscripsit scutellã argenteã hoc carmine vtitur.Scutellã argenteam uocaui eam כיסך זעירה כמשקלה

סָבַל Fatuus.stultus.insipiens.Ierem̃.v.Audi pplẽ stulte qui nõ habes cor.inde stulticia.fatuitas.insipiẽtia.Ecclesiastis.ij. Et uidi ꝙ tantũ p̃cederet sapiẽtia stultitiã quantũ differt lux a tenebris.Inde uerbũ infatuatus est.i.Regũ.xiij.Stulte egisti nec custodisti mãdata dñi.&.ij. Regũ.xv.Infatua q̃so dñe cõsiliũ Ahitofel.inuenit̃ qñq; ꝑ sin scriptũ. Ecclesiastis.i.vt scirem prudentiam atq; doctrinã erroresq; atq; stulticiam.reperit̃ et per literarum metathesin sępe in eodem libro.

סָבֵן Aequalis fuit.ęquiparatus est.cõpar fuit.Iob.xv.arguis uerbis eũ qui nõ est ęqualis tibi.et eiusdẽ.xxij. Nũquid deo potest cõparari homo.et eiusdem.xxxiiij.Non placebit uir deo etiam si cucurrerit cũ eo.idest non assimilabit̃ seu compar erit aut comparabitur deo.

סָבַן Pręuidit.didicit.explorauit.p̃s.cxxxix.et oẽs uias meas p̃uidisti. et Iob.xxij.Etiã cũ ꝑfectę fuerit sciẽtię.q̊d rabi Abrahã aben ezra intelligit sic.quomodo dei et hoĩs fit comparatio cũ inter utrosq; mediet intelligentia.ut sic legatur. Nunquid deo potest comparari homo cũ discatur inter utrosq; intelligentia.

סָבַן Consueuit.Nũeri.xxij.ubi nos legimus. Dic quid simile unq̃; fecerim tibi.hebręi habent. Nunquid consueta cõsueui facere tibi sic.

סֹבֵן Apotheca.repositorium.cellarium.granarium.promum et cõdum.ij.Paralippomenon.xxxij.Apothecas q̊q; frumenti uini et olei.

מִסְבֵּן Pauper.Ecclesiastis.iiij.Melior est puer pauꝑ et sapiens.& eiusdẽ.ix.Inuẽtusq; est in ea uir pauꝑ et sapiens.Inde paupertas et penuria.Deuteronomij.viij. Vbi absq; ulla penuria comedes panẽ tuũ.

סָבַר Clausit.obstruxit.obturauit.p̃s.lxiij.quia obstructũ est os loquentiũ iniq̃.Geñ.viij.et clausi sunt fontes abyssi. et inuenit̃ qñq; per sin.ut Isaię.xix.Oẽs.q faciebãt lacunas ad capiẽdos pisces.sic uerbum e uerbo.oẽs faciẽtes clausuras stagnoꝝ uiuarioꝝ.et scribit̃ sex punctis. et ponit̃ pisciũ pro animaꝝ etiam testante Hiero.in cõmentariis.

סָבַר Tradidit.Isaię.xix.& tradã ęgyptũ in manũ dñorum crudeliũ. quãuis aliq hebręoꝝ etiã exponãt secundũ superiorẽ significationem scilicet.et concludam ęgyptum in manu dominorum durissimorum. ad hoc thargum Ionatę astipulatur.

סבת Attendit.auſcultauit.Deutero.xxvij. Attende et audi Iſrael.

סבות Idolum dęmonis. Amos.v.Et portaſtis tabernaculum Moloch.ubi legi deberet.idolum regis ueſtri.

סל Cartallū.caniſtrū.Geñ.xl.Et in uno caniſtro q̄d erat excelſius.et pr̄ eodem loco.tria caniſtra.tres adhuc dies ſunt.et inuenit ea dictio tota gemīata.Iere.vi. Cōuerte manū tuā q̄ſi uindemiator ad cartallū.

סלסל Propago uel pampinus.nr̄a trāſlatio quaſi de ſuperiore geminatū traduxit cartallum quaſi uindemiator ad cartallum,

סלה Inęternū.ſemp.iugiter.uſq;.Habacuk.iij.Deus ab auſtro ueniet et ſanctus de mōte pharan ſemp.ſic nāq; Hiero. traduxit.quāuis quidā ex nr̄is uoluminibus aduerbiū ſemper nō habeāt. ꝓ q̄.lxx.interpretes diapſalma poſuerūt.ſed Ionathas chaldęus traduxit in uirtute ſęculorꝝ.et ſecundū rabi Eleazar Iacobi filiū cuicūq; loco ſacrę ſcripturę ſuperaddit ſelah uel nezah uel ad.ei nullus erit finis neq; in hoc ſęculo neq; in ſcā ſęculorꝝ.ſed Abrahā aben ezra putat hoc uocabulū ſela ſignificare ſcilicet uere.q̄d ſatis q̄buſdā hebręorꝝ authoribus placet.nihil enī hēt aliud cui iungat niſi harmoniā ipſam.unde per totam ſacrā ſcripturā nō niſi ī cāticis reperit.ut in pſalmorꝝ libro, et in cāti co Habacuk ſupra allegato.de hoc latiſſime poſt Origenē tractauit Hieronymus in epiſtola ad Marcellam de diapſalmate. et epiſcopus burgenſis in additiōe.iij.pſalmi.lxxxiiij.quā dilecta tabernacla. quē uide.

סלל Exaggerauit lapidibus ſeu luto.Iſaię.lvij.viā facite p̄bete iter. verbū e uerbo ſic.Exaggerate exaggerate ꝓuidete uiā.ſic Ieremię.vi. Et fundite circa Irl̄m aggerē.ſignificat aūt aliq̄d lutoſum ligno ſeu lapide eleuatius efficere ut leuius intrare poſſimus.Inde dicit uia ſtricta ſeu trita p̄poſitione mem lr̄ę.ij.Regū.xx.Amouit eū de uia in agrū.& trāſlatio nr̄a ꝓ aggeribus uertit munitōes in eodē loco.ij.Regū.xx. & circūdederunt munitiōibus ciuitatē.reperit ꝑ metatheſin uerbū Exodi.ix.Adhuc retines pp̄lm meū et nō uis eū dimittere.q̄d ſecundū Onkelū chaldęū exponit ſic.Adhuc ſubiicis populo meo interſticium ne

dimittant.ſic ergo de uerbo ad uerbū legi poſſet. Adhuc tu opponis aggerem ſeu munitionē contra ppl'm meū ne dimittant.alij legunt.ad huc eleuaris cōtra populū meū nec dimittis eos.et ſic trāſumptiue ſecundū eleuationē aggerū et uiarū hoc recte quidē etiam.nam et chaldęus ipſe aſcēſiones et gradus innuit.unde gradus etiā ſic nominant. Itē Iob.xix.Fecerūt ſibi uiā p me.i.aggerauerūt uiā earū contra me.

סָלָא Extimauit.laudauit. ornauit.threnorū.iiij.Et amicti auro primo.i.ornati.et mutat quandoq; aleph in he.Iob xxviij. ꝑ eo uerſiculo qui nō habet in hebraico ſcilicet.Nō conferet tinctis Indię coloribus. ſic eſt legendū.Non eſtimabit cum maſſa auri ophir.

סָלַח Implorauit.petiuit.obſecrauit.Iob.vi.Et hęc mihi ſit cōſolatio ut affligens me dolore non parcat.rectius ſic. Et petam cum terrore nec miſerebitur.

סָלַח Calcauit.peſſundedit.deiecit.p̄s.cxix.Spreuiſti oēs diſcedētes a iudiciis tuis.ꝑ q̄ Hiero.abieciſti.et threnorū.i. Abſtulit omnes magnificos meos.ideſt peſſundedit et calcauit.

סָלַח Propiciatus eſt.dimiſit offenſam.Numeri.xiiij. Dimiſi iuxta uerbum tuum.et ſuperius ibidem.dimitte obſecro peccatum.Inde p̄s. cxxx.Quia apud te propiciatio eſt.

סֻלָּם Scala.Geñ.xxviij.Viditq; in ſomnis ſcalam ſtantem.

סִלּוֹן Aculeus.ſpina.Ezechielis.xxviij. Et non erit ultra domui Iſrael offendiculum amaritudinis et ſpina dolorem inferens.ſuper quo ſcribit rabi Dauid kimhi in commentariis. cp duo hic nomina rem vnam ſignificant quaſi ſynonyma. rectius igitur ſic eſt legendum. Et non erit ultra domui Iſrael aculeus pungens et ſpina affligens. quod Ionathas chaldęus de regibus et prę ſulibus intelligit.Quamuis autem in numero ſingulari ſcribatur per hirek, tamen in plurali inuenitur per patha.ut Ezechielis ſecundo. Quoniam increduli et ſubuerſores ſunt tecum.pro quo hebręi legunt. Quoniam rebelles et pungentes ſunt tecum.

סַלְעָם Scarabeus.translatio nostra uertit atthacum.Leuitici.xi.Et atthacus atq; ophimachus.

סֶלַע Petra.Nūeri.xxiiij.Si in petra posueris nidū tuū.et eiusdē.xx. Loqmini ad petrā corā eis.etplr p̄s.ciij.Petrę refugiū erinaciis. Inde fortaliciū sup̄ petrā ędificatū.ij.Regū.xxij.Dns petra mea.sed melius in p̄s.xviij.Dns firmamentū meū.i. turris.arx seu fortaliciū.nā sic Ionathas chaldaice uertit.dns roboratio mea.ad similitudinē eius quod scribitur Prouerbiorum.xviij.Turris fortissima nomen domini.

סָלַת Reflexit.obliquauit.puertit.mutauit. Deute.xvi.Munera excęcāt oculos sapientū et mutāt uerba iustorz.astipulaī Onkelus chaldaice q uertit.et destruūt uerba iustorz.translatio nostra supplantare traduxit Prouer.xiij.Impietas aūt pc̄tōrem supplantat. sic eiusdē.xix. Stulticia hoīs supplātat gressus eius.inde nomē eiusdē.xi.et supplantatio puersorz uastabit illos. idest obliquitas et iniquitas.et eiusdē.xxi. Vt detrahat impios a malo idest reflectat.

סֹלֶת Simila.Leuitici.ij.Simila erit eius oblatio.et paulo infra.Pugillum plenum similę.

סְמָדַר Vuę immaturę. Canticorz.ij.Et uineę florentes dederunt odorem suum.

סַם Aroma. Exodi .xxx. Sume tibi aromata. Onkelus synonyme transtulit bisam idest odoriferum.

סָמַךְ Coniunxit. adiūxit.appositi.appodiauit.innixus est.Nūeri xxvij.et pone manū tuā sup̄ eū .et paulo inferius eodē. Et impositis capiti eius manibus.et Amos.v.Et innitaī manu sua sup̄ parietē.sic itelligiī q̄d legimus p̄s.cxlv.alleuat dns oēs q̄ corruūt. ꝑ q̄ rectius Hiero. Sustētat dns oēs corruētes.nō mlto secus etiā intelligiī uersiculus p̄s. lxxxviij.Super me cōfirmatus est furor tuus.significat aūt tūc accedere et approximare et circūdare.sicut Canticorum secundo.Fulcite me floribus.sic Geñ.xxvij.Frumento et uino stabiliui eum.idest ut accedant sibi frumentum uinum et oleum semper.similiter.p̄s.li.Et spiritu principali cōfirma me.idest spiritus prīcipalis accedat et approximet

mihi.eodē modo dicitur ſagum uel penula gauſapina ſeu tegumentū hominis.quod tranſlatio noſtra pallium uocat.Iudicū.iiij. Et opertus ab ea pallio.licet per ſin et nō per ſamech ſit ſcriptū.quod pax refert.

סֶמֶל Imago. effigies. Deuteronomij.iiij. Aut imaginem maſculi uel fœminę.ſignificat autem ſculptilia et idola.

סֵמָן Signum ſeu ſignificatio aut ſignatura ſiue nota. Iſaię.xxviij. Et hordeum et milium et uiciam in finibus ſuis. in hebraico ponitur.Et hordeum ſignatum ſiue notatum.

סָמַר Horrificauit. horripilauit. ut ait Virgilius. Obſtupui ſtete runtq; comę.ſic Iob.iiij.Inhorruerunt pili carnis meę.i.ſpiritus horrificauit pilos carnis meę . & p̄s . cxix. pro eo quod legimus. Confige timore tuo carnes meas . Hiero. in ſuo de hebraica ueritate pſalterio rectius tranſtulit ſic.horripilauit a timore tuo caro mea. ſic intelligunt uerſiculum Ieremię.li. Adducite equū quaſi bruchum aculeatū. ideſt adducite equitatum ſicut bruchum erectis oībus crinibus horripilantem. eſt enim illius criniti uermis in arboribus reptantis ea cōditio ut toto corpore pilos eleuet.

סָמַר Prępoſitione mem ſignificat idē quod clauus ſeu gomphus. Iſaię.xli. Et confortauit eum clauis ut non moueretur.per patha ſub mem.Inuenitur etiam hirek ſub mem. primo Paralippomenon.xxij. Ferrum quoq; plurimum ad clauos ianuarum . &pluraliter declinatur in fœminino genere Ieremię.x. Clauis et malleis compegit.reperitur ea dictio quandoq; per ſin ſcripta propter trāſitum ſymbolicū. et idem ſignificat quod per ſamech. Eccleſiaſtis ultimo. Et quaſi claui in altum defixi.

סַנְסִן Surculus.palmes. Canticorū.vij. Dixi aſcēdam in palmam et apprehendam fructus eius.debet dicere ſurculos eius ſeu frōdes eius.

סְנַפִּיר Pinnula piſcium.Leuitici.xi.Oīne quod habet pēnulas et ſquamas.et infra.quicquid autem pinnulas et ſquamas non habet.

סְנֶה Rubus.Exodi.iij.Quare nō comburaī rubus.et Deute.xxxiij. Benedictio illius qui apparuit in rubo ueniat ſuper caput Ioſeph.

סַנְוֵר Cęcitas quę gręce dicitur aoraſia. quarto Regum ſexto Percute obſecro gentem hanc cęcitate.

סִינַי Mons ſinai.Exodi.xix.Et peruenientes uſqꝫ in deſertum ſinai. Mons fortaſſe a crebris rubetis ſic dictus.

סָעַד Fulciuit.roborauit.firmauit.fundauit.quaſi ſuſtẽtari fecit.Prouerbio.xx.Et roboratur clemẽtia thronus eius.et p̃s.ciiij.Et panis cor hominis cõfirmet.uel ſecundũ Hiero.roboret.et ſic eſt trãſitiuum ad ſecundũ.reperiť et tranſitiuũ ad tertiũ.ut Geñ.xviij. Et confortet cor ueſtrũ.i.et facite q̃d cor ueſtrum corroboret uos.ſic p̃s.cxix. ꝓ eo q̃d nos habẽus.adiuua me et ſaluus ero.hebręi legũt ſuſtẽta uel fulci me.

סָעָה Flando cõmouit ſeu flatu euulſit.p̃s.lv. A puſillanimitate ſpiritus et tẽpeſtatis.Hiero.ſic.a ſpũ tẽpeſtatis et turbinis. uerius aũt ab hebręis ſic intelligiť.a flatu cõmotionis ſcilicet montiũ et euulſionis arborę ex tẽpeſtate.ita enĩ rabi Salomõ exponit, et ad hoc allegat uerſiculũ Iob.xix.Et q̃ſi euulſę arbori abſtulit ſpẽ meã.hũc ſpm̃ cõmotiõis ſiue terrę motũ.lxx.gręce oligopſychian.i.puſillanimitatẽ ſeu paruum frigus traduxerunt neſcio qua moti ratione.

סָעָף Palmes.ſurculus.cacumẽ arboris.ſeu ſummę uirgulti frõdes quas uerbera dicimus.ut Iſaię.xvij.In cacuminibus eius fructus eius. Inde metaphorice nominanť ſic hominis tanꝫ arboris euerſę pedes. iij.Regũ.xviij.vſqꝫ q̃ claudicatis in duas partes.i.utriſqꝫ pedibus ſicut mouenť frõdes aut uerbera uẽto.& tranſferť ad cogitatões cordis hĩc et inde mobiles.Iob.iiij.In horrore uiſionis nocturnę.uerius ita. In cogitationibus de uiſis nocturnis.quãuis illic ſcribať ꝓ ſin conſonantẽ.tm̃ ut ſępe diximus ſymbolica eſt tranſmutatio.&plr̃ inueniť in fœmino. ut Ezechielis.xxxi.Et in ramis eius fecerunt nidos om̃ia uolatilia cęli. Tranſfertur ad cacumina montiũ tanꝫ ramos rupium prominẽtes. in quibus ſunt fiſſurę et fracturę cauernoſę et ſpeluncę. Iudicum.iij. & deſcendens habitauit in ſpelunca petrę etam. cuius inſtar dicitur de vaſe fictili confracto.Iſaię.x.Confringet lagunculam in terrore. ideſt faciet fracturas teſtaceas.

סָעָף Aſtutus.callidus.cogitabundus.malicioſus.iniquus. p̃s.cxix.

Iniquos odio habui. rabi Dauid kimhi et rabi Ionas putant a uerbo proximo superiori tales sic dici scilicet a cogitatu prauo.

סַעַר Intumuit.tumultuauit.increbruit.uel ad similitudinẽ turbinis ingruit et mouebatur atq; irruit ut tẽpestas. Habacuk.iij. veniẽtibus vt turbo ad dispergendũ me.sic.iiij.Regũ.vi.Cõturbatũ est cor regis syrię.idest ad similitudinem turbinis mouebaꝫ. et Ionę.i.mare ibat & intumescebat.Inde nomen tempestas.turbo.Ionę eodẽ.& facta est tẽpestas magna in mari.&.iiij.Regũ.ij. Et ascendit Elias per turbinem in cęlum.reperiꝫ et quandoq; per sin consonantem scriptum et idem significat.ut Nahum.i.Dominus in tempestate et turbine uię eius. sic Danielis.xi.Et quasi tempestas ueniet contra illũ rex aquilonis. quod etiam per sin scribitur pro samech.

סַפַּת Sciphus.crater.calix..et generaliter omne poculũ ex quo uinum bibitur.quãuis trãslatio nostra superliminare traduxerit.Zacharię.xij.Ecce ego ponam Ierusalem superliminare crapulę. rectius sic. Calicem oppilatiuum uel poculũ soporiferũ inducẽs mortem.ad q̃d alludit Isaias ca.li. Vsq; ad fundum calicis soporis bibisti.quod alio loco cõpunctionis interpretaꝫ.p̃s.lx. Potasti nos uino compunctionis. Item Exodi.xij.Fasciculũq; hyssopi tingite in sanguine qui est in limine.ecce supra traduxit superliminare.nunc trãsfert limen. sed utrũq; non quadrat.scripsit aũt rabi Salomon q; sit uas q̃ddam. et Nicolaus de lyra dicit esse bacinum uult fortasse dicere peluim.ego putarem nominari phialam.ut sit sensus.Fasciculũq; hyssopi tingite in sanguine q̨ est in phiala.scilicet lata larga et argẽtea in quã sanguis paschalis accipiebaꝫ.sic intelligiꝫ q̃d legimus.iiij.Regũ.xxv. Et tres ianitores.i. tres custodes uasoꝝ.in antiqua interpretatione chaldaica traducitur sic.& tres custodes thesauri super domum sanctuarij. etpluraliter fœminine.iij.Regũ.vij.Et hydrias et fuscinulas et phialas.ubi notaꝫ punctus hirek et dagges.propter aphęresin duplicationis. super quo Ionathas in interpretatione chaldaica utitur hoc uocabulo kolaia.Onkelus chaldęus eodem uocabulo utitur in sua interpretatione koltha de hydria Rebeccę. Geneſis.xxiiij.

סַף Limen.Ezechielis.xl.Et mensus est limen portę calamo uno latitudinem idest limen unum.et post.& limen portę iuxta uestibulum

portę.& Amos.ix.Percute cardinem et cõmoueãtur ſuperliminaria. &.iĳ.Regũ.xiiĳ.Cũq; illa ingrederet limẽ domus puer mortuus eſt.

סָפַת Tutatuſ eſt.cuſtodiuit uigilias.p̃s.lxxxiĳ.Elegi abiectus eſſe in domo dei mei. quod rabi Salomon exponit ſecundum prędcedens vocabulum ideſt ad limen uigilare.aliĳ ſic. Elegi curare uel tueri.hoc eſt mallem eſſe operarius ſeu ſeruus in domo dei quam dominus in tabernaculis nequicię.dicunt autẽ aliqui quod conueniat cum uocabulo ſuperiore et deducatur ab eo.

סְפֵא Prępoſitione mem ſignificat oñe pabulum iumentoꝝ abſq; paleis ac ſtramine quod fœnum trãſlatio noſtra uertit. Geñ.xxiiĳ. Palearum quoq; et fœni plurimũ eſt apud nos.& Iudicum.xix.Habẽtes paleas et fœnum in aſinorum pabulum.

סָפַד Planxit.luxit.iĳ.Regum.xiiĳ.Et plangent eum omnis Iſrael. Eccleſiaſtis.iĳ.Tempus plangendi et tẽpus ſaltandi.& Zacharię.xĳ. Et plangent eum planctu quaſi ſuper unigenitum.item paſſiuum eius Ieremię.xvi.Non plangentur et non ſepelientur.

סָפַח Cõſumpſit.interemit.perdidit.abſtulit.peremit. Ieremię.xĳ. Conſumptum eſt animal et uolucre.et p̃s.xl.Qui quęrunt animã meã vt auferant eam.& Geñ.xviĳ.Nunquid perdes iuſtum cum impio.et Deuteronomĳ.xxxĳ.Congregabo ſuper eos mala. ideſt conſumam omnia mala mundi in eis.

סָפַח Addidit.adiecit.accumulauit.auxit.congregauit.Ieremię.vĳ. Holocauſta ueſtra addite uictimis ueſtris.et Numeri.xxxĳ. Vt auge retis furorẽ dñi cõtra Iſrael.et Deute.xxix. Vt aſſumat ebria ſitientẽ.

סָפַח Congregauit.iunxit.recollegit.i.Regum.ĳ. Dicatq; dimitte me ad unam partem ſacerdotalem.ideſt iunge me.Inde nomẽ. ut Habacuk.ĳ.Mittens fel ſuũ ideſt iungens.& Iob.xxx.Et eſſe ſub ſentibus delicias cõputabant.quod ſic uertendum eſt.Sub urticis recolligent. Inuenitur et per ſin ſcriptum.ut Iſaię.v.Et expectaui ut faceret iudiciũ et ecce iniquitas. uult dicere.& ecce liga ſeu alligantia ut ita loquar.

quasi diceret.expectaui iudicium et ecce conuenticulum.

סְפִיחַ Friatum quodcumq; minutum et ultro decidens.unde irro ratio pluuię sic dicitur.Iob.xiiij.Et alluuione paulatim terra consumit. rectius sic.Diluit irroratio eius puluerẽ terrę.sic intelligit illud Leuit. xxv.quę spõte gignit humus nõ metes.ideſt cadiua fragmina messis tuę non metes.vult enim dicere secundum rabi Salomonem.quãuis non seminaueris tamen neq; illud quod pululat ex semine quod tempore messis decidit in terram metere debes.

סְפַל Phiala.concha.quę uulgo tassia dicitur.poculi genus.Iudicũ v.Et in phiala principum obtulit butyrum.et eiusdem sexto.Expresso vellere concham rore impleuit.

סְפָן Tectum.laqueare siue testudo aut camura.Hagęi.i.Vt habitetis in domibus laqueatis.lxx.interpretantur concauis.uoluerunt dicere in domibus arcuatis.camuratis.testudinatis.Ieremię.xxij.Et facit laquearia cedrina.rectius si dicere liceret sic.et testudinauit domum in summitatibus.et Deuteronomij.xxxiij.q; in parte sua doctor esset repositus ideſt tectus.propter sepulchrũ quod Moyses in parte gad elegit,cuius tamen sepulchrum nemo uidit unquam.a tegendo igitur dicitur etiam illud quod paulo superius scribitur eodem ca.& absconditos thesauros arenarum ideſt tectos.

סְפִינָה Puppis.Ionę.i.Et Ionas descendit ad interiora nauis.

סָפַק Concussit.plausit.complosit.threnor.ij.Plauserunt super te manibus.et Numeri.xxiiij.Iratusq; Balac contra Balaam cõplosis manibus ait.et Ieremię.xxxi.Et postq; ostẽdisti mihi.percussi fœmur meũ. & Ezechielis.xxi.Iccirco plaude super fœmur.et Iob.xxxiiij.Quasi impios percusserit eos in loco uidentiũ.et in eodem ca.Inter nos interim constringatur.i.complosum sit.quasi diceret conuentum sit siue stipulatum.uel potius sufficiat.ut infra patebit.Inuenit et quandoq; per sin scriptum.ut Isaię.ij.Et pueris alienis adhęserunt.ideſt applauserũt.qd in antiquissimis libris manu exaratis per sin inueni.sed in impressis p samech.scribitur similiter.iij.Regum.xx.Si suffecerit puluis Samariæ pugillis omnis populi qui sequitur me.ubi significat hęc dictio satis.

& quamuis in uetuſtis uoluminibus per ſin eandem ipſam quoq; di-
ctionem ſemper inuenerim. tamen allegato in loco quandam reperio
notulã in uno ex bibliothecę meę libris hebraicis qui ante annos qua-
dringentos manu ſcriptus fuit. ubi in eodem capitulo circa iſtud uoca
bulum hoc aſſignatur ſcholion ſcilicet partim cũ ſamech. uult dicere
aliqui libri habent ſamech. et ſic Ionathas quoq; chaldęus per ſamech
ſcripſit. conſiderabis iterum in habẽtibus ſymbolum facilem tranſitũ
id quod ſępe commonuimus.

סְפָרַד Hiſpania. tranſlatio noſtra habet boſphorus. Abdię in fine.
et trãſmigratio Irl̃m quę in boſphoro. Hiero. a. lxx. diſcedens ſic dicit.
nos autem ab hebręo qui nos in ſcripturis erudiuit didicimus boſpho
rũ ſic uocari. ego aũt didici q̃ cõmunis hebręorũ cõſuetudo ſic hiſpa
niam appellat. quare miror Hieronymi pręceptorẽ cum etiam Iona-
thas chaldęus traduxerit hiſpaniam.

סָפַר Numerauit. cenſuit. ij. Regũ. xxiiij. Poſtq̃ numeratus eſt po
pulus. legi deberet. poſtq̃ numerauit populum. et Leuitici. xv. Nu-
merabit ſeptem dies purificationis ſuę. inde nomen Iſaię. xxxiij. Cor
tuum meditabitur timorẽ ubi eſt literatus. ubi legis uerba ponderãs.
vbi eſt doctor paruulorum. pro quo. lxx. ſic. Anima ueſtra meditabit̃
timorem. ubi grammatici. ubi conſiliatores. ubi eſt qui numerat eos
qui nutriunt paruum et magnum populum. ſed ſecundum hebræos
verbum de uerbo ſic tranſfertur. Cor tuum meditabitur terrorem.
ubi numerans. ubi ponderans. ubi cenſor oppidorum. quaſi diceret.
Tẽpore meſſię ſcilicet ſecũdi aduẽtus qñ iuxta Iſaiã ĩ decore ſuo uide
bunt oculi tui regem. recordabitur cor tuum oppreſſionem regum
huius mundi immundi. qualiter olim in hoc ſęculo coactus fueris ad
pręſtãda tributa. collectas. exactiones. indicta ſuper indicta. angarias
et perangarias. et cogitabis in mente tua illum terrorem quem tunc
habueras quotidie. hoe ubi eſt qui numerat qui ponderat. ideſt qui
nos cenſet per ęs et libram. ita enim maiores noſtri dicere ſolebant.
nam hoc erit beatis ſingulare gaudium pręteritorum meminiſſe ma-
lorum. ut ait Virgilius in primo ęneidos. Vos et ſcylleam rabiem. pe
nituſq; ſonãtes Acceſtis ſcopulos uos et cyclopea ſaxa Experti. reuoca
te animos, meſtumq; timorem Mittite forſan et hęc olim meminiſſe

iuuabit.sic in libro sapientię legimus ca.v. Tunc stabũt iusti in magna constantia aduersus eos qui se anguſtiauerũt et qui abstulerunt labores eorum.uidetis ꝙ hĩ sunt numeratores et ponderatores tyrannorum huius sęculi.hęc iccirco plurib⁹ egi, ut intelligatis ꝙ sopher hic sit scriba exactor qui nomina censitorum et capitationum conscribit, & pecuniam exactam numerat atq; ponderat tanquam notarius. Ieremię.xxxvi. Vt comprehenderent Baruch scribam et Ieremiã prophetam.et infra eodem.et dedit illud Baruch filio Nerię scribę qui scripsit in eo.& Ester.iĩj.vocatiq; sunt scribę regis.inde id quod scriba seu notarius scribit dicitur sepher per quĩq; pũcta idest liber.Ieremię.xxxĩj. Et scripsi in libro et signaui et adhibui testes.et paulo inferius. Et dedi librũ possessionis Baruch filio Nerię filio Maasię in oculis Anameel patruelis mei et in oculis testium qui scripti erant in libro. et Numeri v. Scribetq; sacerdos in libello ista maledicta. et Iosue.i.Non recedat volumen legis huius ab ore tuo.Inde trãsumitur scriptura et literę seu epistolę.ut Isaię.xxix.Et dabitur liber nescienti literas diceturq; ei lege et respondebit nõ scio literas. idest nescio scripturam legere.& Ester iĩj.Et literę signatę ipsius annulo missę sunt per cursores. & per he in fine scriptura literatura.p̃s.lxxi.Quoniã non cognoui literaturam. & similiter sine he Danielis.i.vt doceret eos literas et linguã chaldęor⁹. Inde descriptiones et enarrationes. p̃s.lxxxvĩj. Dominus narrabit in scripturis populorũ.et p̃s.xix. Cęli enarrant gloriam dei.unde quidã interpretantur illud quod scriptũ est Geñ.v. Hic est liber generationis Adam sic.hęc est enarratio seu descriptio generationis Adam. uel certe enumeratio.& ut redeam ad principium oĩa ex numeratione et supputatione descendũt.iĩj.Regum.iĩj.Qui enumerari et supputari non potest prę multitudine.et prępositio mem consonãte significat numerum.Exodi.xxiĩj.Numerum dierum tuorum implebo.similiter ĩj.Paralippomenõ.xĩj.Nec erat numerus uulgi. Inuenitur etiam sine mem significare numerum seu dinumerationem.ĩj.Paralippomenon ĩj.Post dinumerationem quam dinumerauit Dauid pater eius.

סַפִּיר Sapphirus.Exodi.xxviĩj.In secundo carbunculus et sapphirus et iaspis.rabi Abraham abẽ ezra scribit ꝙ sit gemma quędam rubea.Geon aũt scribit ꝙ sit lapillus albus quem cristallum uocant.nostra uero translatio semper habet sapphirum. Ionathas nõ specificat.

ſed tranſſert lapidē precioſum Ezechielis.x.ca.

סָקַל Lapidauit.Exodi.xvij.Adhuc modicum et lapidabunt me.& Deuteronomij.xiij.Lapidibus obrutus necabitur.paſſiuum eius Exodi.xxi.Lapidibus obruetur.ideſt lapidando lapidabitur.

סָרַר Abalienauit.deſueuit.declinauit.deſtituit.Oſeę quarto.Sicut vacca laſciuiens declinauit Iſrael. Iſaię.lxv. Ad populum incredulum ideſt declinantem. &.iij. Regum.xx. Reuerſus eſt igitur rex Iſrael in domum ſuam audire contemnens et furibundus .ubi pro audire contemnens traducere potuit a balienatus ſcilicet mente ſeu deſtitutus.de hoc ſatis dixi ſupra in litera ſamech ante vau.

סָרַב Renuit.rebellauit.rebellis.inuitus.nolens.renuens.Ezechiel' ſecūdo. Quoniam increduli et ſubuerſores ſunt tecum.ideſt rebelles et nolentes.nam Onkelus cum uellet interpretari chaldaice hanc dictionem noluitGeneſis.x xxvij. Noluit conſolationem recipere.hoc uerbo uſus eſt.

סָרַט Loricauit.uel loricam induit.Ieremię.li.Et non aſcendet loricatus.et quamuis inuenerim in omnibus bibliis hebraicis hunc locū perſin ſcriptum.tamen rabi Dauid kimhi in libro de radicibus illud notauit per ſamech.ſimiliter Ieremię.xlvi. Induite uos loricis inueni adnotatum uetus ſcholion ſcilicet,per ſamech aliqui.quaſi diceret aliqui libri habent ſcriptum per ſamech ſic Ionathas chaldęus ubicę per ſamech ſcribit.

סָרַח Superfluxit.ſuperfuit.tranſcendit.ſupereminuit.plus ſatis dependit.exceſſit.luxuriauit.uel laſciuiuit.Exodi.xxvi. Quod autem ſuperfuerit in ſagis quę parantur tecto.ideſt unū ſagum quod amplius eſt.hebraice ſic.reliquū ſagi excedens.item in eodem. Qui plus eſt in ſagorum longitudine.& Amos.vi.Et laſciuitis in ſtratis veſtris.quod hebraice ponitur in tertia perſona.ſic intelligeē.Et excedunt.ſupfluūt ac ſuper quā ſatis eſt prominent ſaga ſeu coopertoria longa et lata in ſtratis eorum.et infra eodem.Et auferet factio laſciuiētium. hebraice ſic.Et ceſſabit lętitia ſuperfluorum.

סָרַר Deteriorauit.paſſiuum eius ponitur Ieremię.xlix.Inutilis fa-

cta est sapientia eorum idest deteriorata est.

סָרָן Satrapa seu princeps .i. Regum.xxix.Sed satrapis non places. est autem satrapa quod grece satrapes nomẽ dignitatis. ut scribit Suidas.et principatum designat Iudicum.xvi. Veneruntq; ad eam principes philistinorum.

סַרְנָן Tabula.translatio nostra uertit axis.iij.Regũ.vij. Et axes ærei.

סָרִיס Eunuchus. Isaię.lvi. Et non dicat eunuchus ecce ego lignum aridum.& Ieremię.xxxviij.Audiuit autẽ Abedmelech idest minister regis æthiops uir eunuchus qui erat in domo regis. solent enim tales esse in domibus regum custodes cubicularij. ad tollendam suspicionẽ de reginis et gynecęi uirginibus,dicti a curandis lectulis quasi camerarij.vnde Putifar solo nomĩe fuit eunuchus idest camerarius regius quia habuit uxorẽ.Geñ.xxxix.q̃re Onkelus chaldaice traduxit Raba .i. mgr̃atus seu officialis.sic eiusdẽ.xl.Duo eunuchi.Onkeluschaldaice traduxit rabraban idest officialis.p̃fectus.seu magister officiorũ.

סַרְעָה Arbustum.cogitatio.ramus.Ezechielis.xxxi.Et multiplicata sunt arbusta eius.

סָרַת Prępositione mem significat fratrem matris quem nos anũculum nominamus.Amos sexto.Et tollet eum propinquus suus et comburet eũ ut efferat ossa de domo·ubi pręcedit dod idest frater patris qui patruus dicitur.et sequitur.frater matris qui est auunculus.unde textus sic legi deberet. Et tollet eum patruus suus et auunculus suus ad educendum ossa de domo. Quia uero aliqui codices uocabulum prędens habent per sin scriptum,putant abexustione dictum esse. qua propter transtulerunt & comburet eum.sed a me audiuistis persępe symbolicam uicissitudinem sin et samech etiam non uariata significatione.uerisimilius igitur de auunculo exponitur quam de comburẽte .quis enim comburit corpus humanum ut ossa maneant illęsa?

סִרְפַּד Sentes significat et paruas spinas.translatio nostra habet urticam.Isaię.lv.Pro urtica crescet myrtus.

סַתָּו Hiemale tempus quo dies minuunt̃.et nominat̃ bruma scilicet a libra ad capricornum ubi est brumale solsticiũ q̃d nos hyemale dicimus.Canticorz.ij.Iam enĩ hyems transiit. himber abiit et recessit.q̃d

rectius sic legitur. Quoniã ecce bruma transiuit. himber mutatus est. abiit sibi Est autem himber idem quod hyems quę grece a pluuia deriuatur. hyo enim idest pluo. et ab himber hibernus per excisionem m literę, sicut a pater paternus. vult ergo dicere tam bruma quam hyems idest totum tempus ab equinoctio autumnali ad equinoctium uernale transiuit et mutatum est atq; abiit.

סָתַם Obturauit. opilauit. obtudit. clausit. ij. Paralip. xxxij. Ipse est Ezechias qui obturauit superiorem fontẽ aquarũ gihon. & threnor. iij. Exclusit orationem meam. quãuis hoc per sin scribat tamen idem significat. & p̃s. li. Incerta et occulta sapientię tuę manifestasti mihi. pro quo Hiero. absconditũ et arcanum sapiẽtię tuę manifestasti mihi. sed rabi Salomon exponit. in corde quod est obtusum et obturatũ fecisti me cognoscere sapientiam. sic igit̃ uersus staret. In ebetudinibus et obtuso sapientiam ostẽdisti mihi. Danielis. xij. Quia clausi sunt signatiq; sermones usq; ad prefinitum tempus.

סָתַר Occultauit. absconditprotexit. auertit. Geñ. iiij. Et a facie tua absondar. et p̃s. xix. Nec est qui se absondat a calore eius. et. i. Regũ v. Et computrescebant prominentes extales eor. rectius sic secũdum doctores hebręor. Et occultabant̃ eis ficus scilicet quos habebant in ano. inuenio aũt hic sin scriptum, sed ponitur loco samech. ut extat in antiquis adnotationibus. Item p̃s. xxxi. Absondes eos in absondito faciei tuę. & p̃s. xci. Qui habitat in adiutorio altissimi. quod secundum hebraicam ueritatem sic legi deberet. Sedens in absondito altissimi. & per metathesin in titulo prenotato psalmi. liij. Nõne Dauid absc̃ditus est apud nos. et nomen per quinq; puncta. p̃s. lxxxi. Exaudiui te in absondito tempestatis. accipit etiam in fine he literã fœminini generis. Deutero. xxxij. Et in necessitate uos protegant. hebraice sic. Fiat super uos protectio. sic quandoq; per solam paragogẽ accipit he aspirationem nihil significantẽ. Deute. xxxij. Absondã faciẽ meã ab eis.

עב

Vbes.Iſaię.xix.Ecce dominus aſcendet ſuper nubẽ leuem.&
n eiuſdem.xiiij.Aſcendam ſuper altitudinem nubium.ideſt nu
bis in ſingulari.etpluraliter Iudicũ.v.Cęlicꝫ ac nubes ſtillaue
runt aquis.& Prouerbiorꝝ.xvi.Quaſi himber ſerotinus.ideſt ſicut nu
bes himbris ſerotini.tranſlatio noſtra quandocꝫ uertit caliginem. ut
Exodi.xix.Iam nunc ueniam ad te in caligine nubis.i.in denſa nube.

עָבַד Seruiuit.operatus eſt.miniſtrauit.Numeri.xviij.Solis filijs le
ui mihi in tabernaculo ſeruientibus.hebraice uerbum de uerbo ſic.Et
ſeruiet leui ipſe miniſterio tabernaculi fœderis. etpluralit̃ Geñ.xiiij.
Duodecim enim annis ſeruiuerũt Kedorlaomer.& eiuſdem.xxix.Ser
uiam tibi ꝓ Rachel filia tua.et in eodẽ.Seruiuit igit̃ Iacob pro Rachel
ſeptem annis.Inde opera.ſeruitus.miniſteriũ. in eodem.Et hanc q̃cꝫ
dabo tibi pro opere quo ſeruiturus es mihi ſeptem annis aliis.Inde ſer
uus quod ſcribitur ſex pũctis. Exodi.xxi. Si emeris ſeruum hebręum.
unde eſt cꝫ ſignificet agricolare et agriculturam.Geñ.iij.Vt operaret̃
terrã de qua ſumptus eſt.& in paſſiuo Deute.xxi. Quę nõ traxit iugũ
nec terrã ſcidit uomere.ex hebraica ueritate ſic uertit̃. Qua non fuerit
agricolatũ quę non traxerit iugũ.et eodem in loco. Quę nuncꝫ arata
eſt nec ſementẽ recepit.hebraice ſic.In qua non agricolabit̃ et non ſe
minabit̃.ſignificat etiam ſacrificare. Deuterono.vi. Dominum deum
tuum timebis et ipſi ſeruies.&.iij.Regum,xvi.Et ſeruiuit Baal et ado
rauit eum.ſimiliter ſacrificium diuinum.ij.Paralip.xij. Vt ſciant diſtã
tiam ſeruitutis meę et ſeruitutis regni terrarum.quare imperiti lingua
rũ magici immo ſophiſtę noſtri temporis librũ de ſacrificiis ęgyptio
rum quem in arabicũ trãſtulit eben uahaſia uarie nominant cuius titu
lus cum ſit auodath egiptij m. aliqui librum appellant de agricultura
ęgyptiorꝝ.alij de ſeruicio ęgyptiorꝝ.melius aũt de ſacrificio ęgyptiorꝝ
& mea ſentẽtia adhuc optime ſic. de factione ęgyptiorum. idcꝫ latine
admodum. nam apud maiores noſtros facere ſignificauit idem quod
ſacrificare. vnde factio ſacrificiũ . Virgilius in bucolicis ęgloga tertia.
Cum faciam uitula pro frugibus ipſe venito.ideſt cum ſacrificabo.

עָבֹת Craſſauit.denſauit.ingroſſauit.Deuteronomij.xxxij.Incraſſa
tus impinguatus dilatatus.Inde nomẽ denſus. groſſus.iij. Regum.xij.

Minimus digitus meus groſſior eſt dorſo patris mei.hebręi legũt paruus meus.ideſt auricularis digitus groſſus eſt plus quam lumbi patris mei.Ionathas chaldaice traduxit ſic.Imbecillitas mea eſt robuſta plus quã uirilitas patris mei.& Ieremię.lĳ.Porro groſſitudo eius quatuor digitorum.et per aphęreſin Habacuk ſecundo. Et aggrauat contra ſe denſum lutum.

עָבַט Pignorauit.Deuteronomĳ.xxiiĳ.Nõ ingrediaris domũ eius ut pignus auferas..& quia ſuper pignoribus mutuatur.iccirco ſignificat mutuari.eiuſdẽ.xv.Et dabis mutuũ quo eum indigere ꝑſpexeris.

עָבַט Declinauit.Ioelis.ĳ.Et non declinabunt a ſemitis ſuis. et in ea ſignificatione nuſquam reperitur alibi.

עָבְטִיט Vna dictio quę tamen exponitur tãquam duę dictiones ſcilicet denſum lutum.Habacuk.ĳ.Aggrauat contra ſe denſum lutũ.

עָבַר Tranſgreſſus eſt.prętęriuit.tranſiuit. progreſſus eſt.Geneſis xxxiĳ.Et ipſe progrediens adorauit. hebraice ſic. Et ipſe procedebat ante eos et adorauit.et Exodi.xij.Et trãſibo per terram ęgypti nocte illa.Deuteronomĳ.xvĳ.Vt tranſgrediantur pactum illius.&.ĳ. Paralippomenon.xxiiĳ.Quare uos tranſgredimini pręceptum domini.Inde dicitur ille qui luſtrat homines per ignem.Deuteronomĳ.xviiĳ. Nec inueniatur in te qui luſtret filium aut filiam ſuã ducens per ignẽ. vbi tranſlator exponit et declarat ſeipſum cum dicit ducens per ignẽ. ideſt tranſire faciens.nam alio in loco ſcilicet.ĳ. Paralipome. xxviĳ. cum dicitur luſtrauit filios ſuos in igne.uel eſt metatheſis uel aliud uerbum quod exurere ſignificat.recte legitur.ĳ. Regum.xij. Et trãſduxit in typo laterũ.dicunt hebręi quod focus quidã fuerat ubi exurebant lateres illic luſtrauit eos hoc eſt cõbuſſit eos. ſignificat etiam tranſferre tare.traiicere nauẽ.trãſuadare.ut.ĳ.Regũ.xix. tranſierũt uada ut trãs ducerẽt domũ regis.q̃d de uerbo ad uerbũ ſic intelligit.Et trãſuadauit ſcapha ut traduceret domũ regis.et ſic deducit nomẽ ſcaphę a traiicie do flumine ut ibi.et ꝑpoſitione lr̃ę mem ſignificat uadum.Geñ.xxxij. Trãſiuit uadũ Iabok.et recipit in fine he lr̃am fœminini generis. Iſaię decimo.Tranſierunt curſum ideſt uadum. &pluraliter in fœminino Iudicum tertio.Et occupauerunt uada Iordanis.et dicit tranſumptiue

de moneta currẽte eoꝙ hincinde et datur et ſumitur. Geneſis.xxiij. Quadringẽtos ſiclos argenti probatę monetę publicę. ideſt monetæ tranſcurrentis apud mercatores. ſignificat etiam ſuperare. pręualere. quaſi tranſcendere. Ieremię.xxiij. Et quaſi homo madidus a uino. rectius ſic. Quaſi uir quem ſuperauit uinum.

עֵבֶר Trans. Iſaię.ix. Trans Iordanem galileę. & recipit prępoſitionem ſicut alia ſyncategoremata plurima. Iſaię.xvij. Quę eſt trans flumen ęthiopię. ſignificat enim partem locum uel latus aduerſum in proſpectu. ut Ioſue primo. Quam tradidit vobis Moyſes trans Iordanem. ideſt in parte altera Iordanis.

עִבְרִי Hebręus. Ionę.i. Et dixit ad eos hebręus ego ſum. et Gen. xiiij. Nunciauit Abram hebręo qui habitabat in conualle mamrę. q̃d Hieronymus in libro hebraicarum quęſtionum interpretatur. Nunciauit Abram tranſitori. a uerbo abar ſuperius expoſito.

עִבֵּר Repagulauit. iij. Regum. vi. Et affixit laminas clauis aureis. q̃d hebraice ſic legit̃. Et repagulauit peſſulis aureis ante oraculum.

עָבַר Succenſuit. iratus eſt. p̃s. lxxxix. Diſtuliſti chriſtum tuum. pro quo rectius Hiero. in ſuo de hebraica ueritate pſalterio ſic. Iratus es aduerſus chriſtū tuū. ſic Prouer. xiiij. Sapiẽs timet et declinat a malo. ſtultus trãſilit et cõfidit. ubi ponit̃ trãſilit ſecundū primi uerbi ſignificationẽ. ſed hebręi legũt. ſtultus iraſcit̃ et cõfidit. ſic p̃s. lxxviij. Audiuit deus et ſpreuit. i. iratus eſt. ſimilit̃ infra eodẽ. & hęreditatẽ ſuã ſpreuit. ideſt cõtra hęreditatẽ ſuã iratus eſt. Inde ira. indignatio. furor. Sophonię. i. dies irę dies illa. et Iſaię. x. Et cõtra pp̃lm furoris mei mãdabo illi. Tu uero in uno ỹſu cognoſces tria unius originis ſignificata. Deute. iij. Trãſibo igit̃ et uidebo terrã hãc optimã trãs Iordanẽ. iratuſq; ẽ dñs mihi. ecce uerbū tranſibo et dictionem trans. et uerbū iratus eſt.

עֲבוּר Frumentum. fruges. Ioſue. v. Et comederunt de frugibus terrę. item eodem. Defecitq; manna poſtquam comederunt de frugibus terrę. et dicunt quidam ſic uocari ab anno pręterito. nam aliter uocatur prouentus pręſentis anni. ut in litera b ante v.

בְּעַבוּר Prępoſita beth litera ſignificat propter.p̄s.cxxxij.Propter Dauid ſeruum tuum non auertas faciem chriſti tui.ſignificat et quandoqꝫ propterea quod ut.Micheę.ij.Propter immundiciem ſuam corrumpetur.quod legendum eſt.propterea qꝫ putruit corrumpetur.

עָבַשׁ Computruit.Ioelis.i.Cōputruerunt iumenta in ſtercore ſuo. hebrei ſic.computruerunt grana ſeminis in pulueribus.ſcilicet ut non poſſint pullulare.et dicitur quaſi עָפַשׁ ſolet enī ſępe pe in b uerti. ut ſcribit rabi Dauid kimhi in cōmentariis ſuper duodecim.

עֲבֹת Cohęrētia.uinculū. frondes intrichatę atqꝫ perplexę ſeu dēſę. uel etiam tricha ſeu perplexio quarumcūqꝫ rerum. Leuitici.xiij. Et ramos ligni denſarū frondiū.etpluraliter in maſculino genere p̄s.cxvij. Conſtitue diem ſolēnem in cōdenſis.Hieronymus in ſuo pſalterio ſic. in frondoſis.ſimiliter pluraliter in fœminino.Exodi.xxvij.Duas catenulas auri puriſſimi ſibiinuicē cohęrentes.et ex tali perplexitate ac intrichatione dicūtur ſic laquei uel funes qui ex tribus funiculis plectūt ſecūdum rabi Ioſeph patrem Dauidis kimhi qui illud Micheę.vij. Et cōturbauerunt eam exponit ſic.Et triplicauerūt eam. ſecūdum qꝫ tres ibidem cōmemorātur ſcilicet princeps iudex et magnus.

עָגַב Inſaniuit prę amore. ſeu ardebat.Ezechiel.xxij.Et inſaniuit in amatores ſuos.et infra.Inſaniuit ſuper eos cōcupiſcētia oculorū ſuorū.

עוּגָב Organum.p̄s.ultimo.Laudate eum in chordis et organo.et Geñ.iiij.Ipſe fuit pater canentium cithara et organo.et Iob.xxx. Et organum meum in uocem flentium.

עָגַת Derelictus eſt. ſuperſtes fuit. Ruth.i. Si eos expectare uelitis donec creſcāt et annos pubertatis impleāt ante eritis uetulę quā nubatis. ꝓ iſta lōga periphraſi et digreſſiōe hebrei uerius ſic habēt.an expectabitis donec creſcāt.An ſuperſtites uel derelictę eritis nedum ut futuri ſint mariti. ab eo magiſtri hebręorum derelictam ſic uocant quę ſine uiro manet.

עָגֹל Rotundum.ij. Paralippomenon.iiij.A labio uſqꝫ ad labium

rotundum per circuitum. etpluraliter.iij. Regum .vij. Intercolumnia quadrata non rotunda.inde nomen circi ſepti in caſtris quem foſſatis et quadrigis circumcirca muniunt.quod tranſlatio noſtra tentorium uertit.i.Regum.xxvi.Et Saulem dormientem in tentorio et reliquū vulgus per circuitum eius.et accipit in fine he literam.i. Regum.xvij. Et uenit ad locū magala.Ionathas chaldaice traduxit charkoma ideſt fortalicium ſeu munitio.& ſic non eſt nomen proprium loci ut interpres noſtrę tranſlationis putauit.uulgo uocant quadrigoburgium. ſignificat etiam callem.ſemitam.Iſaię.xxvi.Rectus callis iuſti ad ambulandū.et p̄s.xvij.Perfice greſſus meos in ſemitis tuis.

עֶגִיל Ornamentū.monile.inauris.Numeri.xxxi.Annulos et dextralia ac murenulas.etp̄r Ezechielis.xvi.Et circulos in auribus tuis.

עֵגֶל Vitulus.Exodi.xxxij.Et fecit ex eis uitulum conflatilem. et in fœminino Oſeę.x. Ephraim uitula docta.etpluraliter eodem paulo ſuperius. Vaccis bethauen coluerunt habitatores ſamarię.

עֲגָלָה Plauſtrum. quadriga. currus.i.Regum.vi.Facite plauſtrū nouum unum.etpluraliter Geñ.xlv.Quibus dedit Ioſeph plauſtra ſecundū Pharaonis imperiū.ſic dicta fortaſſe a rotunditate rotarū.

עָגַם Contriſtatus eſt. compatiebatur. Iob.xxx. Et compatiebatur anima mea pauperi.

עָגוּר Grus.Iſaię.xxxviij.Sicut pullus irundinis.alij ſicut irundo & grus.vide ſupra in litera ſamech ante vau.

עַד Donec.uſq̄.uſq̄ ad.uel uſq̄ in.aduſq̄.uel uſq̄ quo. Iudicū.iij. Deſcenderūt uſq̄ quo oīno deficerent. & Exodi.xiiij. Vſq̄ in ſempiternū.& eiuſdē.xxix.Siue de panibns uſq̄ mane. et quando ſequitur verbū pręteriti uel futuri tēporis aut gerundiū ſępe deficit relatiuū q̄ vl̄ q̄d cauſa breuitatis.q̄nq̄ aūt nō deficit.ut Ioſue.i.donec det requiē dominus.et Geñ.iij. Donec reuertaris in terrā.et recipit in fine iod literam. Micheę.iiij. Vſq̄ ad te ueniet.interpretatur etiam tranſlatio noſtra dictionem hanc articulariter pro tam et quam. Geneſis.vij.

ab homine uſq; ad pecus tam reptile quam uolucres cęli. et recipit in principio beth lr̃am ſignificatq; pro.prę.uel ante.uł per. uel propter. Geñ.vij.Et incluſit eum dominus deforis. hebraice ſic. & clauſit dñs pro ſe uel ante ſe.ſic Exodi.viij.Rogate pro me. et Geñ.xxvi.Proſpiciens Abimelech rex palęſtinorum per feneſtram. et ſicut uſq; apud latinos aduerbialiter ꝑpetuo ſignificat,ita et hęc dictio ſignificat ęternitatem et perpetuitatem. in ſęculum. ſempiternū. Iſaię.lvij. Excelſus et ſublimis habitans ęternitatem.et inuenit̃ geminatū.Iſaię.xxvi. Speraſtis in domino in ſęculis ęternis.et ſignificat ſęculum ſeculorū quod tranſlatio noſtra uertit ultra.ut Exodi.xv. Dominus regnabit in ęternum et ultra.

עֲרִים Centones ſeu panni abiecti. tranſlatio noſtra interpretatur pannos mẽſtruatos.Iſaię.lxiiij.Et quaſi pãnus menſtruatę. rectius ſic. quaſi ueſtimentum centonum ſeu pannorum abiectorum.

עָרַר Subleuauit.erexit.ſuſcepit.p̃s.cxlvi.Pupillum et uiduam ſuſcipiet.Hieronymus eriget.ſic p̃s.xx.Nos autem ſurreximus et erecti ſumus.& p̃s.cxlvij.Suſcipiens mãſuetos dominus.rabi Ioſeph kimhi hiſpanus uult hoc uerbum ſignificare adiutorium. ſuſtentationem & fulcimentum.

עָרָה Ornauit. Oſeę.ij. Et ornabatur inaure ſua.et Ezechielis.xvi, & ornaui te ornamento.et infra.et ornata es auro.Inde nomen ornamentum.gloria.decus.monile.iocale.p̃s.lxxx.in titulo quẽ noſtri habent.ad uictoriam ſuper lilia teſtimonium Aſaph pſalmus.hebręi ſic legunt.ad uictoriam erga roſas decus Aſaph pſalmus.quaſi diceretur ſecundum Dauid kimhi,pſalmus iſte gloria eſt et decor ipſi Aſaph.itẽ nomen in alia forma Ezechielis.vij.Et ornamentum monilium ſuorꝝ in ſuperbiam poſuerunt.

עָרָה Abiit. tranſiuit.ceſſauit.pertrãſiuit.Iob.xxviij. nec pertrãſiuit per eam leęna. et tranſitiuum ſecundi eiuſdem.xxv.ubi nos legimus. Ecce luna etiam non ſplendet.tranſlatio noſtra omiſit hanc noſtrã dictionem.quare ſic legit̃ hebraice.Ecce facit trãſire lunã nec ſplẽdebit. q̃d ſic exponũt. ecce deponit ſeu aufert lumen lunę et nõ ſplẽdebit.

עֵרָה Examen. ſynagoga. cœtus.concilium.pſalmo.i.Neq; pecca-

tores in concilio iuſtorum. Hieronymus et Lyra in congregatione.

עֹר Os oris. quod noſtra tranſlatio maxillam interpretat. p̄s. xxxij. In camo et freno maxillas eorum conſtringe. hebrei legunt ora eorū. alij ornamenta ſeu monilia eorum a ſuperiore uocabulo. quos imitat Hieronymus in ſuo pſalterio de hebraica ueritate. p̄s. ciij. Qui replet bonis ornamentum tuum. ſed Dauid kimhi exponit ſic. Qui replet bonis os tuum.

עֵד Teſtis. Geñ. xxxi. Cumulus iſte teſtis erit inter me et te. Deuteronomij. xvij. In ore duorum uel trium teſtium. et infra. Nemo occidatur uno contra ſe dicente teſtimonium. et infra. manus teſtiū prima interficiat eum. Inde teſtamentum. teſtimonium. ij. Paralippo. xxiiij. Multitudo Iſrael in tabernaculum teſtimonij. et p̄s. cxix. Mirabilia teſtimonia tua. et p̄s. xcij. Teſtimonia tua credibilia facta ſunt nimis. Inde uerbum teſtificari uel cōteſtari. Deuteronomij. iiij. Teſtes inuoco hodie cęlum et terram. ideſt conteſtor uel teſtificor contra uos hodie cęlum & terram.

עָרַן Leniuit. delectauit. deliciauit aut uoluptuauit ſi liceret ita loqui. ſed libet deliciis affecit. Nehemię. ix. Et abundauerunt deliciis in bonitate tua magna. Inde nomen uoluptas. delicię. q̄d grece dicit ſimiliter edone. Geñ. xviij. Poſtq̄ conſenui et dominus meus uetulus eſt uoluptati operam dabo. hebraice ſic. poſtq̄ inueteraui erit mihi uoluptas. et ſic cum he finali terminationis fœminine. inuenitur etiam ſine ea. ut Geñ. ij. Plantauerat autem dominus deus paradiſum uoluptatis. & Ezechielis. xxxi. Et emulata ſunt eum omnia ligna uoluptatis quę erāt in paradiſo dei. et ſcribit quinq̄ pūctis. et. ij. Regum. i. Qui ueſtiebat uos coccino in deliciis. hebrei pro in habent cum. rabi Ionas expoſuit ſic. qui ueſtiebat uos in diebus deliciarum. alij dicūt. qui ueſtiebat uos coccino et comedere uos fecit delicata. ut ſit oratio defectiua. cui expoſitioni alludit chaldaica Ionathę interpretatio. ſed rectius ſecundum Dauid kimhi ambo uocabula de ueſtibus dicuntur ſcilicet coccinū et delicioſum. et id cōprobat diſputatio rabi Iudę et rabi Nehemię quā Dauid kimhi recitat in cōmentariis Regum. Inde nomen adiectiuum Iſaię. xlvij. Audi hęc delicata. recipit protheſin mem literę Geñ. xlix. et

prębebit delicias regibus.et.i.Regū.xv.ubi nos habemus. Agag pinguissimus.ibi hebręi legunt.Agag delicatus.nam tremens non est de textu.et sunt qui dicant eū minime tremuisse sed accessisse cū delectatione,et pro deliciis habuisse uitam morte commutare. alij exponūt. Et accessit ad eū Agag cum ligaturis.nam et ligaturę atq; combinationes hoc nomine dicuntur. Iob.xxxviij. Nunquid coniungere ualebis micantes stellas pliadas.i.nunquid obligabis applicationes stellarę.

עֹדֶת Excrescens.superstes.excedens.Exodi.xxvi. Quod autem superfuerit in sagis.et Numeri.iij. qui excedūt numerę leuitarum.item infra.precium eorū qui supra sunt.item pecuniam eorum qui fuerant amplius.Inde uerbum graue Exodi.xvi.Nec qui plus collegit habuit amplius.nec qui minus parauerat repperit minus. hebraice sic. Et nō excessit plus et minus non defecit.

עָדַר Defecit. priuauit. diminuit. defuit.i.Regum.xxx.Nec defuit quisquam a paruo usq; ad magnum.

עָרַךְ Parauit aciem.instruxit.ordinauit.disposuit.i.Paralippomenon.xij.Expediti ad pugnam corde perfecto. idest instructores apparatus bellici.et paulo superius.In auxiliū nō in corde duplici. hebraice sic.Et ad disponendum in non corde et corde.

עֵדֶר Grex.Cāticorum.vi.Sicut grex caprarum. et Geñ.xxix. Tres quoq; greges ouium.et infra.Mosq; erat ut cunctis ouibus congregatis deuoluerent lapidem.pro quo hebraice sic legit. Et congregabant illuc omnes greges et deuoluebant lapidem ab artificio putei.

עָדַר Fodit.repastinauit.sarriuit.occauit.Isaię.v. Non putabitur & non fodiet.et eiusdem.vij.Et omnes montes qui in sarculo sarrentur. maxime autem de uineis dicitur. unde hebręorum est adagium.fode mecum et ego fodiam tecum.

עָדָשׁ Lens.tis.Ezechielis.iiij.Et tu sume tibi frumētum et hordeū et fabam et lentem.& Geñ.xxv.Accepto pane et lentis edulio.

עוּג Coxit inter prunas.torridauit.ustulauit sub testu.Ezechiel.iiij.

Et ſtercore quod egreditur de homine operies illud in oculis eorum. pro quo uerius hebrei teſte Nicolao de lyra ſic legunt. Et in ſtercore quod egredit de homine coquas oculis eorū. Inde panis teſticius ſiue ſubcinericius. torta. toſta. placēta. ſpira. ſpherica ſub teſtu ac inter pru nas cocta. ut ſupra eodem. Et quaſi ſubcinericiū hordeaceū comedas illud. et Oſee. vij. Ephraim factus eſt ſubcinericius panis qui nō reuer ſatur. et. iij. Regum. xix. Et ecce ad caput ſuū ſubcinericius panis. unde quidā hunc uerſum pſalmi. xxxv. Subſannauerūt me ſubſannatione. de cibario pane ac potu intelligunt uertentes ſic. Inter adulatores ad coquentes cibarium. quibus Hieronymus noſter non multum refra/ gatur ī ſuo de hebraica ueritate pſalterio ſic tranſferens in ſimulatiōe verborum fictorum. & rabi Salomon exponit ſic.. Per uiam adulatio nis ut accipiant cibum et potum a Saul quatenus eos cibet et potet ic/ circo frenderūt ſuper me dētibus ſuis. et dicit maog ideſt eſca. hec ille. alij exponunt ſic. adulantes ijs qui ſubigunt et depſitant cibariū panē. alij uerſum allegatum non accipiunt ab hoc uocabulo, ſed a מעג quod ridiculum uarium et uacuum ſignificat.

עזר Prędatus eſt. rapuit. ſpoliauit. plagiauit. ꝑs. cxix. Funes peccato rum circumplexi ſunt me. uel ſecundū Hieronymū implicauerūt me. pro quo rabi Salomon et poſt eum cęteri hebręi legunt. Cœtus ſeu cunei peccatorū rapuerunt uel prędati ſunt me. inde uenit nomen ap pellatiuū ſpolium. rapina. pręda. Geñ. xlix. Mane comedet prędam. & Sophonię. iij. Quapropter expecta me dicit dñs in die reſurrectionis meæ in futurum. quod hebręi legunt. In die inſurrectionis meæ ad prędam ſeu ſpolium. pro quo ſeptuaginta interpretati ſunt in teſtimo nium. ſed Hieronymus ſcribit in commentariis hebręum quendā qui ſe in ſcripturis docuerat aſſeruiſſe ꝙ laed in pręſenti loco magis in fu turum debeat intelligi. rabi Dauid kimhi uult intelligi diem Gog & Magog quos faciet deus inſurgere ad ſpolia.

עוד Adhuc. ultra. Amos. iiij. Cum adhuc tres menſes ſupereſſent uſq; ad mēſem. Geneſis. xxv. Adhuc pater meus uiuit? & Iſaię quinto. Quid eſt quod debui ultra facere uineę meę. et ſignificat terminum uł finem. & accipit paragogen pronominum Geneſis uiceſimoquinto. Dum adhuc ipſe uiueret. & Exodi nono. Adhuc retines populum

meum.ſignificat etiam a nunc uſq; in ęternum. Geñ.ix. Et non erunt ultra aquę diluuij ad delendum uniuerſam carnem. ſignificat et quan doq; breuem terminum.ut quarto Regum ſexto. Et ultra nō uenerūt latrones ſyrię in terram Iſrael.

עָוָה Malefecit. peccauit. et ſi liceret dicere iniquauit.Eſter.i. Non ſolum regem leſit regina Vaſthi ſed et omnes principes.qoud hebręi ſic legunt.Non contra regem ſolum peccauit Vaſthi regina ſed con/ tra omnes principes.quod tamen ſecundum alios ab alio uerbo deri uatur.ut infra Eccleſiaſtis.i.Peruerſi difficile corriguntur.ideſt iniqui tas nō poteſt rectificari.Quia uero quod iniquū eſt id nō eſt ęquum. & quod ęquum non eſt id non eſt rectum. quod autem rectum non eſt curuum eſt.iccirco tranſtulerunt uocabulum hoc ad curuum ſic. pſalmo.xxxviij.Miſer factuſſum et curuatus ſum uſq; in finem.Hiero nymus ſic.Afflictus ſum et incuruatus ſum.hebręi ſic. Incuruatus ſum et humiliatus. & Danielis nono. Iniquitatem fecimus impie egimus. Inde nomen Ezechielis.xxi.Iniquitatem iniquitatem iniquitatem po nam eam.et in alia forma Geneſis.iiij. Maior eſt iniquitas mea quam ut ueniā merear.etpluraliter declinatur tam in fœminino. ut pſalmo cxxx.Si iniquitates obſeruaueris domine.quam in maſculino genere. ut Iſaię.lxiiij.Et iniquitates noſtrę quaſi uentus abſtulerunt nos. et in fra.In manu iniquitatis noſtrę.

עוֹל Lactans.ſic enim ambo chaldęi Onkelus et Ionathas interpre/ tantur.Geneſis.xxxij.Oues et boues fœtas mecum ideſt lactantes.& primo Regum.vi.Et duas uaccas fœtas quibus non eſt impoſitum iu/ gum.& quamuis utrobiq; tranſlatio noſtra uerterit fœtas. tamen pri mo Regum.vi.paulo inferius ad noſtram expoſitionem redit circum loquendo dicens.Et tollentes duas vaccas quę lactabant uitulos, hoc eſt iuuencas iuuenes. inde hoc uocabulum etiam tranſlatum eſt ad homines iuuenes atq; iuuēculas.i.Regum.xv. Interfice a uiro uſq; ad mulierem et paruulum atq; lactantem. uult dicere a iuuene ad in/ fantem.duplicaturq; lamed ſic pſalmo octauo.Ex ore infantium et la ctentium. ideſt paruulorum et lactentium. ſic threnorum.i. Paruuli eius ducti ſunt in captiuitatem.

עָוֹל Iniquitas.iniquū. Leuitici decimonono.Nolite facere iniquū

aliquid in iudicio.in regula.in pondere.in menſura.Ezechielis.xxxiij. Confiſus in iuſticia ſua fecerit iniquitatem.in iniquitate ſua quam operatus eſt in ipſa morietur.et eiuſdem.xxviij.In multitudine iniquitatū tuarum.in iniquitate negociationis tuę.et accipit quoqꝫ terminationem fœmininam Ezechielis eodem.Donec inuēta eſt iniquitas in te. Iob.vi.Reſpondete obſecro abſqꝫ contentione.pro quo uerbum e uerbo ſic.Reſpondete obſecro nec ſit iniquitas.et infra eodem.Et non inuenietis in lingua mea iniquitatem.Inuenit̄ et in alia forma Iob.xvi. Concluſit me deus apud iniquum.inde dicuntur uerba et aliorum deriuatiuorum formationes.

עוֹן Prępoſito mem.habitatio.habitaculum.Nahum.ij·Vbi eſt habitaculum leonū.&Ieremię.x. Habitacula draconū. Quia uero domus noſtra tutiſſimum nobis eſt refugium,iccirco ſępe pro refugio interpretatur.pſalmo.xc.Domine refugium tu factus es nobis.et p̄s.ſequē te.Altiſſimum poſuiſti refugium tuum.et accipit paragogen he. Deuteronomij.xxxiij.Habitaculum eius ſurſum. etpluraliter Nahū.ij. Et cubile ſuū rapina.et p̄s.lxxvi.Et habitatio eius in ſion.

עוֹנָה Tempus ſtatum et hora determinata.Exodi.xxi.Quod ſi alteram acceperit prouidebit puellę nuptias et ueſtimenta et preciū pudicicię non negabit.ubi teſte Nicolao de lyra tranſlatio noſtra multū diſcrepat ab hebraica litera.pro eo enim quod dicitur. & precium pudicicię non negabit.hebręi legunt.& horam eius non minuet. hoc eſt tēpus cōpetens ſecundū rabi Salomonē ut ei deſeruiat.

עָנַן Ariolatus eſt.ueneficia exercuit.quarto Regū.xxi.Et ariolatus eſt & obſeruauit auguria.Inde nomen ariolus ueneficus.Deuterono. xviij.Aut qui ariolos ſciſcitetur.et uerbum Leuitici.xix.Non auguraberimini.rabi Akiba interpretatur hoc uerbum de illis qui obſeruant tempora et dies ęgyptiacos menſes et horas. dicentes quoſdam atros quoſdā fauſtos ad electiones operū humanorū.

עוּף Volauit.Iſaię.vi. Et uolauit ad me unus de ſeraphim.et p̄s.xci. A ſagitta volante in die.inde quod ſcribitur ultima geminata. Geñ.i. Et uolatile uolitans ſuper terram. & Danielis .ix. Cito uolans tetigit me.ubi iod abundat per protheſin. de quo ſcripſimus ſupra in litera

iod ſequente ain.et de hac ſignificatione putat rabi Iuda illud eſſe q̄d legitur Zacharię.v. Volumen uolans.

עָפַר Caligauit. obſcurauit.Iob.xi. Orieris ut lucifer.quod hebręi legunt.ſi obſcuraberis.uel ſi dicere liceret.ſi crepuſculaberis tunc ſicut matutinum eris. rabi Salomon exponit nominaliter ſic. Obſcurum quod in te eſt et caligo tua ſicut mane erit.inde illud Amos.iiij.Faciēs matutinam nebulam.quod alij per articulum ſiue cata dięreſin proferunt ſic. Faciens auroram et caliginem. ſic Iob.xi. Terram miſerię & tenebrarum.dicunt hebręi q̄ ſit locutio ſynonyma quia duo uocabula idem ſignificant.uolūt dicere terram obſcuram et caliginoſam ſiue tenebroſam.et quod ſequitur in Iob ſed ſempiternus horror inhabitans non legitur in hebręo,ſed ſic.et obſcurat̄ ſicut caligo. ſignificatio horum uocabl̄or̄ eſt obſcuritas et tenebrę.ſunt qui econtrario motū inſtātaneum. illuminationem ſubitam. illuſtrationem. vibrationem. fulgurationem et coruſcationem eo uerbo ſignificari uolunt. Exechielis.xxxij. Cū uolare cœperit gladius meus ſuper facies eorum. rectius ſic. In vibrādo me gladium meum.ideſt cum faciam coruſcare ſeu fulgurare gladium meum.eſt enim uerbum tranſitiuum.et Iſaię.xi.Et uolabunt in humeros philiſtim.ideſt ſubito mouebūtur ſeu fulgurabūt. & Iob.iij.Nec illuſtretur lumine.et geminat pheut in eodē loco. nec ortum ſurgētis auroręquod hebraice ſic legitur.Et nō uidebit fulgores auroręrabi Salomon interpretatur ſplendores.

עִפְעַף Palpebra. pſalmo decimo.Et palpebrę eius interrogant filios hominum. & Ieremię nono. Et palpebrę noſtrę defluant aquis. Ionathas chaldęus interpretatur ipſos oculorum orbes.

עָפַף Defecit ſecundo Regum.xxi.Deficiente autem Dauid.et Ieremię quarto.Quia defecit anima mea propter interfectos. ſimiliter intelligi debet quod legitur Iudicum quarto.Qui ſoporem morti ſociās defecit et mortuus eſt.ſcribiturq̄ per punctum patha ad differentiā alterius ſibi ſimilis uerbi alterius autem ſignificationis ut ſupra dictū eſt.Solemus autem propter ſitim etiam ſępe deficere,ideo pro ſitiente reperitur ſcriptum. ut pſalmo.cxliij. Sicut terra ſine aqua tibi.quod Hieronymus uerius ſic traduxit.Quaſi terra ſitiens ad te.& tranſlatio

noſtra diuiſas ſignificationes in uno uocabulo concludit. Iſaię.xxix. Laſſus adhuc ſitit. Infra enim uidebis laſſum ſignificari in litera ain ſequente iod. et ſupra in litera iod ſequente ain.

עור Excitauit. ſuſcitauit. Iob.xli. Non quaſi crudelis ſuſcitabo eum. & ſic eſt actiuum tranſitiuum. inuenitur autem neutrum et ualet idem quod expergiſcor. pſalmo.lvij. Exurge gloria mea exurge pſalterium et cithara. exurgam diluculo. & Iudicum quinto. Surge ſurge Debora ſurge ſurge et loquere canticū. q̄ſi dicat expgiſcere expgiſcere. ut p̄s. xliij. Exurge quare obdormis domine. et ſic pro uigilare trāſumitur. Canticorum quinto. Ego dormio et cor meum uigilat. uerbum paſſiuum legitur Zacharię ſecundo. Quia conſurrexit de habitaculo ſancto ſuo. uerius ſic. quia excitatus eſt. Inuenitur et ultima litera geminata. Cāticorum ſecundo. Ne ſuſcitetis neq̄ euigilare faciatis dilectam. & pſalmo.lxxx. Excita potentiam tuam et ueni. & geminatis ſyllabis pſalmo.cij. Reſpexit in orationem humilium. pro oratione experrecti ſeu potius excitantis nā qui orationē ſuam excitat continue ad illius preces reſpicit deus. Inde denominatur עור magiſter qui mentem diſcipuli excitat ad doctrinam. Malachię ſecundo. Magiſtrum et diſcipulum de tabernaculo Iacob. ideſt excitantem quem nos dicimus arguentem in diſputationibus et reſpondentem. unde magiſtri hebr̄eorum dicunt. arguens inter ſapientes. reſpondens inter diſcipulos.

עור Hoſtis. inimicus. oſor. Micheę quinto. Et cōteram ciuitates tuas. hebr̄ei legūt inimicos tuos. cui etiā alludit chaldaica trāſlatio Ionathę.

עור Nudum ſeu nuditas. Habacuk ſecundo. Vt aſpiciat nuditatem eius. et eiuſdem tertio. Suſcitans ſuſcitabis arcum tuum. pro nudus relabitur arcus tuus.

עור Pellis. Geneſis tertio. Fecit quoq̄ dominus deus Adę et uxori eius tunicas pelliceas. ideſt tunicas pellem appoſitiua conſtructio. & Iob ſecundo. Pellem pro pelle. & pluraliter in fœminino genere Exodi.xxxvi. Fecit et opertorium tabernaculi de pellibus arietum. et in genere maſculino threnorū.v. Pelles noſtrę quaſi clibanus exuſtę ſunt.

עור Cęcauit.iiij. Regū.xxv. Et oculos eius effodit. rectius ſic. Et ocu

los Sedechię cęcauit. Inde nomẽ adiectiuum generis maſculini cęcus Exodi quarto. Videntẽ aut cęcum. & fœminini generis Leuitici. xxij. Si cęcũ fuerit ſi fractum.

עשׁ Conuenit. coiuit. agglomerauit. Ioelis tertio. Erũpite et uenite. pro quo uerius. lxx. interpretes poſuerunt congregamini et introite. Inde dicitur עש totũ ſydus draconis et urſarũ circa polum arcticũ ab agglomeratione et collectione pluriũ ſtellarum ſic nominatũ. quẽ tranſlatio noſtra arcturũ uocat. Iob. ix. Qui facit arcturũ et oriona. eſt autẽ ſydus quod ſupradictã congeriem aſtrorũ plauſtrũ et ſeptẽtrionęs ſequitur. de quo Virgilius Georgicon primo. Maximus hic flexu ſinuoſo elabitur anguis Circũ percꝑ duas in morem fluminis arctos. rabi Salomon ſimpliciter dicit eſſe ſydus. ſed rabi Dauid kimhi ſcribit cꝑ ſit congeries ſtellarũ circa caudam arietis ſiue intelligat arcturum pliadas hyadas geminoſue triones. quod autẽ legitur Iob. iij. Conſumentur velut a tinea. id alij de circulo arctico hoc eſt polo intelligũt. quaſi dicat omni tempore quod polus uerſat. ideſt inęternum. unde ſequitur inęternum peribunt. & accipit per epentheſin iod. eiuſdem xxxvij. Aut girum arcturi poteris diſſipare.

עות Malefecit. peccauit. iniquauit. ut Eſter. i. Regem lęſit regina. Inde uerbum tranſitiuum tercij ideſt peccare fecit. threnorũ. iij. Vt perueteret hominẽ in iudicio ſuo. viſum eſt ſupra in עוה et ſignificat curuare. eſt enim iniquum curuum eo cꝑ nõ ſit rectum. ſic Eccleſiaſtis vij. cꝑ nemo poſſit corrigere quem ille deſpexerit. verbũ e uerbo ſic. Quis poterit rectificare quẽ curuauit ille. in alia forma Eccleſiaſtis. xij. Et nutabunt uiri fortiſſimi ideſt incuruabuntur.

עז Capra. Geneſis. xv. Et capram trimam. etpluraliter. i. Regũ. xxv. Ouium tria milia et mille caprę. et in compoſitione ſignificat caprum emiſſarium. Leuitici. xvi. Et alteram capro emiſſario. cõponitur autẽ ab עז ideſt caper et עזל ideſt abiit. quod Onkelus ſic interpretat. et p̃s. xxxi. In mãibus tuis ſortes meę. q̃d neſcio q̃re ita trãſtulerint. nã in manu et nõ in manibus ſcriptũ eſt. nulla etiã dictio in uerſu ponit q̃ ſortes ſignificet. recte igit̃ ſecundũ ueritatẽ hebraicam Hiero. in ſuo pſalterio ſic traduxit. In manu tua tempora mea. q̃d rabi Salomon ex-

ponit. Omnia tempora mea tranſierunt ſuper me ſecundum decreta oris tui et iuxta diſpoſitionem tuam.

עזז Inualuit.confortauit.roborauit.firmauit.fortificauit.Eccleſiaſtis vij.Sapientia confortauit ſapientem.et Iudicum.vi. pro eo quod nos legimus.Et oppreſſi ſunt ualde ab eis.veritas habet.et inualuit manus Madian.inde nomen ſubſtãtiuum deriuatur robur.fortitudo. uirtus. pſalmo.xxix.Dominus uirtutem populo ſuo dabit.et ſcribitur per ho lem uel hatefcamez.pſalmo.cxviij. Fortitudo mea et laus mea domi nus.ſcribitur et quandoque per ſurek uel kibuz. ut pſalmo ultimo. Laudate eum in firmamẽto uirtutis eius.reperitur et duplicata litera zain ſecundum naturam primitiui.ut pſalmo.cxlv. Et uirtutem terri bilium tuorum dicent.recipit etiam cata protheſin literam mem. Iſaię xxx.Sperantes auxilium in fortitudine Pharaonis. inde nomen adiectiuum Iſaię.xix.et rex fortis dominabitur eorum.etpluraliter pſalmo lix.Irruerunt in me fortes.& adiectiuum ſecundum formam primitiui pſalmo.xxiiij.Dominus fortis et potens. inde nominat auis quędã ex immundis uolucribus atq; uetitis, quam alij gryphem uocant. noſtra uero tranſlatio haliętum.Leuitici.xi.Gryphum et haliętum.eſt autem haliętus aquila marina et dictio quinq; ſyllabarum ſcribitur tertio ſyllaba per diphthongon æ.hoc dico ut emendentur libri latini in loco allegato.uocatur autem hebraice ſic a fortitudine. grece uero a mari et piſcationibus.

עזב Dereliquit. ut pſalmo.xxij.Deus deus meus reſpice in me quare me dereliquiſti. quod hebraice canitur in paſſione domini. Eli eli lama aſabtani.ideſt uerbum e uerbo. Deus meus deus meus ut quid dereliquiſti me.ubi cernitur cp reſpice in me non eſt de textu.et Geñ. ſecundo.Quamobrem relinquet homo patrem ſuum.

עזב Fortificauit. auxit.roborauit.adiuuit.Nehemię.iij. Et dimiſerunt Ieruſalem uſq; ad murum plateę latioris.quod Nicolaus de lyra ediſſerit rectius ſic. Et extenderunt murum eius.rabi Salomon expo nit hoc uerbum. per fortificauit. Deuteronomij triceſimoſecundo. ubi nos legimus. Et clauſi quoque defecerunt reſiduique conſumpti ſunt. Veritas ſimpliciter habet.Et deficiet ſeruatus et fortificatus.

ſic Nehemię. iiij. Num dimittent eos gentes. pro quo legunt hebręi. Num fortificabunt ſe. ſeu ędificabunt ſibi.

עִבּוֹן Mercatus. nundinatio. Ezechielis. xxvij. Propoſuerunt in mercatu tuo. et paulo ſuperius ſub eodem capite. Argento. ferro. ſtanno. plumboq; repleuerunt nundinas tuas. tranſlatio chaldaica Ionathę uult eſſe apothecas mercatorum ſiue tabernas inſtitorias. circumloquitur enim hoc uocabulum ſic. Aurum. ferrum. ſtannum et plumbum attulerunt in domum gazę tuę.

עוּק Sepiuit. circūdedit. Iſaię. v. Et ſepiuit eā et lapides collegit ex ea.

עוֹר Auxiliatus eſt. adiuuit. i. Regum. vij. Hucuſq; auxiliatus eſt nobis dominus. & Iſaię. xli. Vnuſquiſq; proximo ſuo auxiliabitur. et paulo iferius. Ego auxiliatuſſum tibi. & in paſſiuo. ut p̄s. xxvij. In ipſo ſperauit cor meum et adiutus ſum. Inde nomē uerbale per quinq; pūcta. Deuteronomij. xxxiij. Et adiutor illius contra aduerſarios eius erit. ſic Geñ. ij. ubi nos legimus. Faciamus ei adiutorium ſimile ſibi. hebraica ueritas ſic legit. Faciam ei adminiculum tanquam penes eum. et ponit in ſingulari faciam et nō faciamus. quod nota. & in fœminino. p̄s. lxx. ubi nos legimus. Deus in adiutorium meum intende domine ad adiuuandum me feſtina. hebraica ueritas ſic habet. Deus ad protegendum me domine in adiutorium meum feſtina.

עֹזְרָה Crepido. Ezechielis. xliij. Et de ſinu terrę uſq; ad crepidinē nouiſſimā. item eodem. & a crepidine minore uſq; ad crepidinē maiorem. item eodem. & crepido quatuordecim cubitorę. rabi Dauid kimhi in libro de radicibus dicit q̄ ſit atrium in quo congregabat Iſrael in templo ad adorandum ut eos deus adiuuaret. quaſi hoc modo a ſuperiore uocabło adiutorij deriuaretur. idem rabi Dauid in cōmentariis ſuper Ezechielem ſcribit q̄ in ſinu terrę, hoc eſt in medio pauimenti conſtructum erat altare et locus in quo circumſtant ſacerdotes offerētes ſacrificia dicit aſara. rabi Salomō dicit hoc uocabulū ſignificare pauimentū ſeu areā. et ſic interpretat per hoc nomē eſterig. germanicū cōpopularibus ſuis vangionibus ubi habitauit notū. ego putarim ab ipſo pauimento ſoli adpactos ad altare gradus eſſe ꝓminentes ubi ſit ſtatio ſacrificuli quod uetuſtatis amātiſſimus Leo baptiſta Albertus

de re ędificatoria libro octauo ubi de columnis ſcribit, recte mihi nominare uidetur propodium et crepidinem. eſt enim crepido ut ait Feſtus ſaxum prominens. et Seruius grammaticus inquit. Crepido eſt abrupti ſaxi altitudo. Virgilius in. x. Forte ratis celſi coniuncta crepidine ſaxi. expoſitis ſtabit ſcalis.

עֵט Stilus. tranſlatio noſtra calamum interpretatur. p̄s. xlv. Lingua mea calamus ſcribę uelociter ſcribentis. ſed rectius noſter Hieronymus in ſuo pſalterio de hebraica ueritate ſic. Lingua mea ſtilus ſcribę velocis. & Iob. xix. Stilo ferreo et plumbi lamina.

עָטָה Induit. amiciuit. operuit. Ieremię. xliij. Et amicietur terra ęgypti ſicut amicitur paſtor pallio ſuo. et p̄s. ciij. Amictus lumine ſicut ueſtimento. et pſalmo. cix. Fiat ei ſicut ueſtimentum quo operitur. & infra. Operiantur ſicut diploide confuſione ſua.

עָטָה Aduertit. reſpexit. diſceſſit. diuertit. uagatus eſt. declinauit. i. Regum. xv. Sed uerſus ad prędam es. et ſic etiam Ionathas chaldaice traduxit. ſed tranſlatio noſtra interpretatur aliter. Canticorum. i. Ne vagari incipiam poſt greges ſodaliū tuorę. Origenes in omilia prima ſuper cantica traduxit iuxta ſuperiorē ſignificationem ſic. Nequando fiam ſicut coopertus ſuper greges ſodaliū tuorū. melius ſic. tanc̄ᵱ aduertens uel diſcedēs ad greges ſodaliū tuorę. rabi Salomon aſtipulari uidetur Origeni. ad hoc enim allegat uerſiculum Leuitici. xiij. Caput nudum os ueſte contectum. licet ibi poſſint intelligi labra uulgo auerſa. rabi Dauid kimhi exponit declinans et diſcedens.

עַטָלֵף Veſpertilio. Leuitici. xi. Veſpertilionē et upupam quoc̄ᵱ.

עַטִין Vas mulctrale in quo lac colligit. ut Virgilius in bucolicis. Bis venit ad mulctram. ego aūt neſcio quare tranſlatio noſtra interpretat viſcera. Iob. xxi. viſcera eius plena ſunt adipe. nam etiam in hac dictione adipe putatur error. ſcribitur enim per camez et non quinc̄ᵱ punctis. hebraica igitur ueritas ſic legit. Mulctralia eius implent lacte.

עָטָה Obduxit. occultauit. operuit. abſcondit. p̄s. lxv. Et ualles abundabūt frumento. Hieronymus ſic. Et ualles plenę frumento coęqua-

bunt.tu uero ſecundū etymologiā rectius ſic dixeris.Et ualles operiēt frumento. ita Iob.xxiij. Si me uertam ad dexteram nō uidebo illum. melius ſic.Abſcondetur dextrorſum et non uidebo.hoc eſt,ſi in parte meridionali occultauerit ſe non uidebo eum.

עָטַף Syncopizauit.in extaſi fuit.defecit.mœſtus eſt. contriſtatus. anxiatus.ps.lxi.Dum anxiaretur cor meū.et in titulo pſalmi.cij. Oratio pauperis cum anxiaret.ideſt ſecūdum rabi Salomonē cum anima eius operiretur.ſeu ſecundum alios deficeret in tribulatione.threnorꝝ ij.Cum deficeret paruulus et lactens.et infra.cum deficerēt quaſi uulnerati.Inde nomen ut eodem in loco. Pro anima paruulorum tuorū qui fame pereunt.ideſt in ſyncopi conſtitutorum propter famem.& ps.cvij.Anima eorum in ipſis defecit.

עָטַף Serotinauit. tardauit.poſteriorauit.Geñ.xxx.Quando uero ſerotina admiſſura erat et conceptus extremus non ponebat eas.& infra.Factaq; ſunt ea quę erant ſerotina.ideſt de poſtremis. hoc eſt poſteriore tempore.

עָטַר Circumdedit.coronauit.Cāticorꝝ.iij. In diademate quo coronauit eum mater ſua.Inde ſertum.corona.diadema.ps.xxi.Poſuiſti in capite eius coronam de lapide precioſo. rectius de hebraico uerbum de uerbo ſic.pones ad caput eius coronā auri. uult dicere auri optimi et purgatiſſimi.quod hic Hieronymus obrizum appellat.Inde nomē verbale uel participium.i.Regum.xxiij.In modum coronę cingebant Dauid et uiros eius.et ps.cij.Qui coronat te in miſericordia et miſerationibus.ſic ps.viij.Gloria et honore coronaſti eum.

עָטַשׁ Oſcitauit.ſternutauit.cuius nomen inuenitur Iob.xli.Sternutatio eius ſplendor ignis.quod alij exponunt de oſcitatione.

עִיב Obtenebrauit. threnorum.ij. Quomodo obtexit caligine.putant aliqui deriuatum a nube quaſi obnubilauit.

עִיָּה Deſertum.uaſtitas.fodina et diſperſio lapidū.aceruus.Micheę primo.Et ponam ſamariam quaſi aceruum lapidum.ideſt in deuaſta-

tionem et in deſertionem. et hoc indicat chaldaica tranſlatio per uocabulum quod ſignificat cumulos lapidum et diſperſionem lapillorum. vtitur enim Ionathas chaldęus eadem interpretatione hic ſicut facit Ieremię. li. Et erit Babylon in cumulos. Item Iob. xxx. Verũtamen non ad conſumptionem eorum emittis manum tuam. rabi Salomon exponit. Sed nõ ĩ tumulo ſepulchro foſſa vel fouea cõſ ueuit iudex mittere manum ideſt poteſtatem ſuam. et pluraliter p̃s. lxxix. Poſuerunt Ieruſalem in pomorum cuſtodiam. ubi. lxx. uolentes oſtẽdere cp Ieruſalẽ euerſa et deſtructa eſſet ipſi pro palatiis eminentiſſimis Ieruſolymitanę urbis oſtenderunt poſita eſſe tuguria. ſic enim gręce legi ſolet. poſuerunt Ieruſalem quaſi oporophylacium ideſt tugurium. hoc eſt domunculam hortulanorum. ſed hebraice legit̃ in numero plurali quod ſecundũ Paulum epiſcopum burgenſem recte tranſfert̃ foſſas ſiue foueas. quę cum fodiuntur ſolẽt ex eis lapides in aceruũ cumulari. unde tranſlatio Hieronymi de hebraica ueritate ſimul ſtare poſſet qui ſic tranſtulit. poſuerũt Ieruſalem in aceruos lapidum. et Iſaię. xvij. Et erit ſicut aceruus lapidum in ruina. placeret mihi fodinas dicere. nam nihil hic de pomis agit̃. pręceptor meus Iacobus iehiel loans doctor iudęus dixit hoc uocabulum ſolitudinem ſignificare.

עִיִּין Aceruauit. congregauit. cumulauit. Exo. ix. Mitte ergo iam nũc & congrega iumẽta tua. ſic etiã Onkelus chaldaice traduxit. ſed trãſlatio noſtra legit aliter Ieremię. v. Cõfortamini filij Beniamin in medio Ieruſalem. credens uerbum eſſe עִיִּין de quo ſuperius diximus. quod rabi Ioſeph kimhi pater magiſtri Dauid in eius cõmentariis exponit cõgregamini. quem hebręorum ſchola ſequitur. ſimiliter interpretat eiuſdem. iiij. Confortamini nolite ſtare. ideſt congregamini et fugite ad arcem ſion altiſſimum fortalicium. ſic Iſaię. x. Habitatores gebin cõfortamini. dicere debuit congregamini.

עַיִט Auis. uolucris. turba auium. Iſaię. xviij. Et relinquentur ſimul auibus mõtium. et infra. Et eſtate perpetua erunt ſuper eum uolucres. & Geñ. xv. Deſcenderuntcp uolucres ſuper cadauera. et Iſaię. xlvi. uocans ab oriente auem. ubi quidam interpretantur conſiliarium. et ab hoc nomine deriuat̃ uerbum quod ſignificat inuehi. obſtrepere. increpare. et ſubito cõmoueri. ſicut cum multitudo auium in campo ſimul

commorantium perterrita ſubito inuehitur cum quodam impetu & ſtrepitu.ſic.i.Regum.xxv.Et auerſatus eſt eos.ideſt et inuectus eſt in eos.et dicunt grãmatici hebręorum quod uerbum ſit nominale deriuatum a pręſente uocabulo quia iod ſcribitur per patha.

עין Aſpectus. color.oculus.Iſaię.lij.Oculo ad oculum uidebunt. & pluraliter p̃s.cxv.Oculos habent et non uidebunt.inde uerbum deriuatur עירן Inuidebat.quod tranſlatio noſtra circumloquit̃ ſic.i. Regum.xviij.Non rectis ergo oculis Saul aſpiciebat Dauid.Inde ſuperficies.aſpectus.ſpecies.Ezechł.i.Quaſi ſpecies electri de medio ignis. et infra.Et ſcintillę quaſi aſpectus ęris candentis,

עין Fons.Geñ.xvi.Iuxta fontem aquę quę eſt in uia ſur.&pluraliter fœminini generis.Exodi.xvi.vbi erant.xij.fontes aquarę et ſeptuaginta palmę.et per prothęſin accipit mem.Canticorę.iiij.Hortus conclusus fons ſignatus.et infra.Fons hortorũ puteus aquarum uiuentium. etpluralit̃ in maſculino.haurietis aquas in gaudio de fontibus ſalutis. ſimiliter in fœminino genere Geneſis.vij. Rupti ſunt omnes fontes abyſſi magnę.

עית Laſſus.deficiens..Deutero.xxv.Quãdo tu eras fame et labore cõfectus.perifraſticos Iſaię.v.Nõ eſt deficiens neq; laborãs. et eiuſdẽ xxviij.Hęc eſt requies.reficite laſſum.Inde deriuatur uerbum laſſatus eſt ſeu defecit.Iſaię.xl.Et non deficiet neq; laborabit.et infra. deficient pueri et laborabunt.

עיק Gemuit.tranſlatio noſtra habet ſtridit.Amos.ij.Ecce ego ſtridebo ſubter uos ſicut ſtridet plauſtrũ onuſtũ fœno. magis aũt ꝓprie ad gemitũ referẽ quã ad ſtridorẽ.iuxta Virgiliũ in.vi ęneidos.gemuit ſub põdere cymba.vox enĩ illa tribulationis ꝑ quã ſignificamus anguſtiã qua premimur hoc uocabulo rectiſſime ſignificaẽ.unde Ionathas chaldęus ubi apud nos legit̃ tribulatio ibi p̃ſens hoc uocabulũ poſuit. ſicut Nahũ.i.Confortãs in die tribulatiõis interpretaẽ in tẽpore Aka. et in hoc loco primũ q̃d ponit̃ eſt uerbũ trãſitiuũ ſignificatq; gemere facio.ſecũdũ eſt abſolutũ.i.gemit.ut ſit ſenſus.Ecce ego gemificãs uos ſubter ſicut gemit plauſtrum plenum ſibi frumento.

עיר Ciuitas.urbs.Geñ.xi.venite faciamus nobis ciuitatẽ. et in plu-

rali deponit iod.ut Gen̄.xli.Om̄is etiā frugū abūdantia in ſingulis urbibus recondita eſt.eſt qn̄ retinet etiā in plurali iod.ut Iudicū.x.Principes trigīta ciuitatū.q̄d de uerbo ad uerbū ſic legit̄.Et trigīta ciuitates eis ſuple erāt.ſed qn̄ iod abiicit tūc ſępe p̄ ſynonymiā coīcidit cū hoſte et inimico in numero plurali.ut Micheę.v.ubi nos legimus.Et conteram ciuitates tuas.hebręi habent.& conteram hoſtes tuos.

עֵיר Pullus.Iob.xi.Pullū onagri ſe liberū natū putat.et Zacharię.ix.

Et ſup̄ pullū filiū aſinę.ſic intelligit̄ illud Iudicū.x.Habēs.xxx. filios ſedentes ſup̄ triginta pullos aſinarū.ſimilit̄ iod facit diphthongū Gen̄.xlix.Ligās ad uitē aſinā ſuam.ubi o fili mi nō eſt de textu ueritatis hebraicę.ſignificat autem pullum tam muli quam aſinę.

עֵישׁ Sydus eſt ſic dictū.quē trāſlatō nr̄a ueſperū uocat.Iob xxxviij.

Et ueſperum ſuper fines terrę cōſurgere facis.diximus de eo ſuperius in litera ain ſequente.vau.

עַכְבָּר Mus. Leuitici undecimo. Muſtela et mus.

עַכָּבִישׁ Aranea.Iſaię.lix.Telas araneę texuerunt.et Iob.viij. Aranearum tela fiducia eius.

עֶכֶס Monile calceamētorū uarigeratū et ſquamatū.ac ornamentū pedū.q̄d Iulius pollux li.v.nomīarit̄ ſui ca.xvi.appellat periſphyrion. Iſaię.iij.Auferet dn̄s ornamentū calceamētorum.Inde uerbū deriuat̄ quod ornare pedes ſignificat.Iſaię eodem ca.Et pedibus ſuis cōpoſito gradu incedebant.quod uerbum e uerbo ſic dicitur.et in pedibus ſuis ornabantur ſcilicet periſphyrio.cuius inſtar etiam cōpedes et pedicę nominant̄.quia ſolent ad ſimilitudinem talium ex ęre fieri quibus uinciuntur pedes.Prouerbiorum.vij. Et quaſi agnus laſciuiens et ignorans.et neſcit quod ad uincula ſtultus trahatur. lōga periſraſis in qua nihil de agno dicitur.ſed uerbum e uerbo ſic interpretatur. Et quaſi pedica ſeu compes ad caſtigationem ſtulti.quidam hebręorum in germania uolunt hoc uocabulo uenenum ſignificari.et ſcribit̄ ſex pūctis.

עָבַר Turbauit.Gen̄.xxxiij.Turbaſtis me.et Ioſue.vij.quia turbaſti nos exturbet te dominus in die hac.&.i.Regum.xiiij.Turbauit pater meus terram.& Paralippomenon.ij.Qui turbauit Iſrael.

עַכְשׁוּב Aſpis.p̃s.cxl. Venenum aſpidum ſub labiis eorum.et no
ta q̃ iſte uerſiculus non ponit̃ in p̃s.xiij.uel.xiiij.ſicut nos legimus.

עֹלֵל Paruulus.Ieremię.vi.Effunde ſuper paruulum foris. etplura
liter threnorꝝ.iiij.Paruuli petierunt panem.et p̃s.viij.Ex ore infantiū
et lactentium.patitur etiam prępoſitionem mem uel thau et fit nomẽ
adiectiuum.Iſaię.iij.Et effœminati dominabuntur eis. pro infantiles.

עֲלִילָה Actus.conatus.ſtudium.cogitatio.conſilium. debita ope
ra.p̃s.lxvi. Terribilis in conſiliis ſuper filios hominū. melius ſic ſecun
dum Hieronymū. Terribile conſilium ſuper filios Adam.ideſt opera
eius ſunt terribilia.ſic Ieremię.xxxij.Magnus conſilio et incōprehenſi
bilis cogitatu.Inde uerbum deriuat̃ Exodi.ix. Quotiens contriuerim
ęgyptios.quod rectius ſic intelligitur.quid parauerim in ęgypto.ſeu
quid egerim aut conatus fuerim.& p̃s.ix.Adnūciate inter gentes ſtu
dia eius.ideſt opera.ſic ubi nos legimus threnorꝝ.i. Sicut dolor meus
quoniam uindemiauit me.hebręi habent.ſicut dolor meus qui factus
eſt mihi.et ſic rabi Salomon exponit.ſimiliter infra. Et uindemia eos
ſicut uindemiaſti me.pro quo rectius.Et fac eis ſicut feciſti mihi. ſic ex
ponit rabi Dauid kimhi.ſignificat etiã illudere et opprobrari. Nume
ri viceſimoſecundo. Quia illuſiſti mihi.ſic primo Regum.xxxi.Ne for
te ueniant incircumciſi iſti et interficiant me illudentes mihi. Inde no
men Deuteronomij.xxij.Imponit ei nomen peſſimum. ideſt oppro
bria inquiſitionis.huc aliqui canonizant id quod ſcribitur Nehemiæ
octauo. Et reſpondit omnis populus amen amen eleuantes manus
ſuas.et ſic ſignificat eleuare.

עֲלִיל Eſt leo ſeu vas alkimicum in quo ſublimatur aurum et argen
tum. quod magiſtri eius artis aludel nominant.pſalmo duodecimo.
Argentum igne examinatum probatum terrę.

עֵלִי Mortarium.pila.ſic Prouerbiorum viceſimoſeptimo.Si contu
deris ſtultum in pila quaſi ptiſanas feriente deſuper pilo. quidam pu
tant uas eſſe ad ſimilitudinem ſuperioris, & hoc eſſe a ſuperiorę deri
uatum.huius ſententię fuit Ioſeph kimhi.

עוֹלֵל Reliquias collegit.uindemiauit.et ut ſic dicam racemauit. Ieremię.vi. Vſq; ad racemum colligant quaſi in uinea reliquias Iſrael. & eſt interpretatio ſenſus de ſenſu.lxx.ſic.Racemantes racemate quaſi in uinea reliquias Iſrael.ſed rectius uerbum e uerbo ſic. Vindemiãdo vindemiabunt quaſi uitem reliquum Iſraelis. dicitur autem de frugibus quarum poſtremo tandem reliquię colliguntur. Deutero.xxiiij. Non colliges remanentes racemos ſed cedent in uſus aduenę pupillę ac uiduę.

עוֹל Iugum.i.Regum.vi.Duas uaccas fœtas quibus non eſt impoſitum iugum.uerbum e uerbo ſic.q; non aſcenderit ſuper eas iugum. & Deuteronomij.xxviij.Et ponet iugum ferreum ſuper ceruicẽ tuam.

עִוֵּג Balbus.Iſaię.xxxij. Et lingua balborum uelociter loquetur & plane.i. diſerte pure ac nitide.& p metatheſin laag.i.ſubſannauit.Iſaię xxxvij.Subſannauit te uirgo filia ſion. et p̃s.ij. Dominus ſubſannabit eos.vide ſupra in litera lamed ante ain.

עָלָה Aſcendit. Exodi.xix. Moyſes autem aſcendit in montem ad deum.ubi in montem ſignatur obeliſcus.& p̃s.lxviij. Aſcendiſti in altum. Canticorum.iij. Quę eſt iſta quę aſcendit.Inde multa deriuata quę ſurſum ſignificant ſicut aſcenſiones et gradus. Item Ioſue octauo. Et duxerunt eos ad vallem Achor.

עוֹלָה Hoſtia.holocauſtũ.ſacrificiũ.Leuitici.i.In holocauſtũ et ſuauem odorẽ dño.& Iſaię.lxi. Odio habens rapinã in holocauſtũ.etplr iij.Regũ.iij.Mille hoſtias in holocauſtũ obtulit Salomon.

עַל In.ad.apud.ſuper.ſupra.aduerſum.iiij.Regũ.ix. Lẽticulam olei fundes ſuper caput eius.et p̃s.ij.Aduerſus dñm et aduerſus chriſtum eius.et.i.Regũ.ij.Et abiit Elcana in ramatha in domũ ſuã.i. ad domũ. & quidã libri habẽt אֶל ſed antiqſſimi habẽt עַל Inuenit̃ ſępe per defectũ cõſequentis Oſeę.vij.reuerſi ſunt ut eſſent abſq; iugo. melius lxx.In nihilũ. Terentius. adeo uenuſta ut nihil ſupra.et.ij.Regũ.xxij. Dixit uir cui nõ cõſtitutũ eſt ſupra.ſic enim legi debet et eſt diſtinctio.

מַעַל מִמַּעַל מִמַּעֲלָה Super. deſuper. deſurſum. ſuperne. Ezechielis.i. Nam cū fieret uox ſup firmamentū quod erat ſup caput eorꝝ. Item eodē. & facies eorꝝ et pennę eorū extentę deſup. itē Iſaię.vi. Seraphim ſtabant ſuper illud. dicunt aliqui q̄ he finalis ſit paragoge. alij q̄ ſit litera terminalis generis fœminini.

עָלָה Finiuit. cōſumauit. terminauit. depoſuit. trāſlatio nīa habet reduxit. reuocauit. adduxit. Gen̄.xlvi. Et ego inde adducā te reuertentē .i. ſepeliā te. et p̄s.cij. Ne reuoces me in dimidio dierū meorꝝ. rabi Salomō expōit. ne finias t̄mines uł cōſumes me. et ſecundū hoc intelligit rabi Ioſeph kīhi uerſiculū q̄ legit Nahū.ij. miles captiuus abductus ē.

עֲלִיָּה Cubile. cœnaculum. uel ut ſic dicam camera. iiij. Regum. iiij. Faciamus ergo cœnaculum paruum.

תְּעָלָה Riuus. aquęductus. iiij. Regum. xviij. Steterunt iuxta aquę ductum piſcinę ſuperioris. & Iſaię. vij. Ad extremum aquęductus piſcinę ſupioris. et. iij. Regū. xviij. Et foſſa aquęductus repleta eſt aquis.

עָלָה Curauit. Ieremię. viij. Quare non eſt obducta cicatrix filię populi mei. inde nomen.

תַּעֲלָה Sanitas. Ieremię. xlvi. Fruſtra multiplicas medicamina. ſanitas non erit tibi. et eiuſdem. xxxij. Ecce ego obducam eis cicatricem et ſanitatem et curabo eos.

עֲלָה Crater quo libat uinū. ij. Paralip. xxiij. De qua facta ſunt uaſa templi in miniſteriū ad holocauſta phialę quoq; et cętera uaſa.

עָלִי Inſtrumentum muſicum. p̄s. xcij. In decachordo pſalterio cum cantico in cithara.

עָלִי Coxa. et id quod crure ſuperius eſt. i. Regū. ix. Leuauit autem cocus armum. pro quo hebraica ueritas legit. Leuauit autem cocus crus et coxam eius. ſic etiam chaldaica tranſlatio Ionathę continet.

עָלֶה Foliū arboris. Geñ. viij. Portās ramū oliuę uirētibus foliis in ore ſuo. veritas hebraica ſic hēt. et uenit ad eū colūba ad tēpus ueſperę et ecce foliū oliuę raptū in ore ſuo. ſic p̄s. i. Et foliū eius non defluet. & Geñ. iij. Et cōſuerunt folia ficus. trāſlatio nr̄a ſepe frōdes et ramos interpretatur. ut Nehemię. viij. Afferte frondes oliuę et frondes ligni pulcherrimi et frondes myrti et ramos palmarum &c̄.

עֶלְיוֹן Supremus. ſummus. altiſſimus. p̄s. xci. Qui habitat in adiutorio altiſſimi. & Ezechielis. xli. Et ſic de inferioribus aſcendebatur ad ſuperiora et in medium. ideſt de infimo ad ſummum.

עָלַז Exultauit. lętatus et gauiſus eſt. p̄s. cxlix. Exultabunt ſancti in gloria. et p̄s. Gaudebunt campi et omnia quę in eis ſunt. & Sophonię tertio. Lętare et exulta in omni corde.

עַלְטָה Caligo tenebroſa. Geñ. xv. Cum ergo occubuiſſet ſol facta eſt caligo tenebroſa. et Ezechielis. xij. In caligine egredietur.

עָלַם Abſcōdit. cuius paſſiuū legit Leuitici. v. Et oblita fuerit. q̄d uerius ſic legere. Et abſconditū fuerit ab eo. nā Onkelus chaldęus interpretat et copertū fuerit ab eo. i. latuit ei. ſic Iob. xxviij. Abſcōdita ē ab oculis oīm uiuentiū. et p̄s. xxvi. Et cū iniq̄ gerētibus nō introibo. q̄uis aūt iſta trāſlatio nō ſit de uerbo ad uerbū, tn̄ melius ad ſenſū q̄drat q̄ Hiero. quertit. & cū ſupbis nō introibo. nā ſupbi uolūt eſſe ī aperto. ſed iniq̄ gerētes cupiūt eſſe in abſcōdito et fugiūt lucē. veritas aūt hebraica ſic legit. Et cū abſcōditis nō ambulabo. Quod rabi Salomon exponit ſcilicet cū ijs qui agunt cōuenticula in occulto ad perpetrandū actus eorę in tenebris. & Iob. vi. Qui timēt pruinā irruet ſup eos nix. hebręi legūt. obfuſcata a gelu abſcōdet ea nix. et p̄s. xliij. Ip̄e enī nouit abſcōdita cordis. vnde quidā huc referūt titulū p̄s. ix. pro occultis. & quāuis Burgeñ. p iuuētute exponat. tn̄ rabi Dauid kīhi intelligit ſup occltis cātici et arcanis eius. uide illic Nicolaū de ly. et pau. bur. ī addi.

עֶלֶם Puer. iuuenis. aduleſcēs. i. Re. xvij. Inr̄oga tu cuius filius ſit iſte puer. et loq̄t de dauid qñ īt̄fecit gigātē philiſtęū. īde adl̄eſcētia עֲלוּמִים vt Iob. xxxiij. Reuertatur ad dies aduleſcētię eius. et Iob. xx. Oſſa eius

implebuntur uitiis adulescentię eius.

עַלְמָה Puella. iuuencula.adulescentula.uirgo.Gen̄.xxiiij. Et uirgo quę egredieť ad hauriendā aquā audierit a me.ubi Onkelus chaldaice traduxit.puella uel adulescētula. & Exodi.ij. Perrexit puella & vocauit matrē pueri.& Isaię.vij.Ecce uirgo cōcipiet et pariet filiū.ubi Ionathas chaldęus eodē utiť uocabl'o q̄ superius Onkelus de Rebecca usus est.& Prouer.xxx. Via aquilę in cęlo.uia colubri sup̄ petram.uia nauis in medio mari.et uia uiri in adulescētula.ubi mēdosi codices habent adulescētia sed male.etpl'r p̄s.lxviij.In medio iuuencularū tympanistriarum.et mouetur a superiore uocabulo generis masculini in fœmininum.sicut puer puera siue puella.

עֹלָם ętternitas. ętternū.sęculū. Exodi.xv.Dn̄s regnabit inętternū et ultra,Isaię.xlv.Israel saluatus est in dn̄o salute ętterna. ubi ponit pluralis numerus quasi dicat salute sęculorꝫ scilicet amborꝫ tā presentis quam futuri.vnde in p̄s.xli.dicit.Benedictus dn̄s deus Israel a sęculo usq̄ in sęculū amen amen.Significat aūt non semper infinitum sed quandoq̄ determinatū et quandoq̄ longum.ut Exodi.xxi. Et erit ei seruus in sęculum.et p̄s.cxix. Inęternum non obliuiscar iustificationes tuas.idest quoad uixero.et finaliter sciendū est q̄ hęc dictio significat durationem secundū materiam subiectā.Ecclesiastis.i. Iam enim pręcessit in sęculis quę fuerunt ante nos.exponit rabi Salomon in sęculis quę transierunt ante nos.et sic finita sunt.

עָלַס Lętabatur. gaudebat.exultauit.Iob.xx.Iuxta multitudinē ad inuentionū suarum sic sustinebit.ubi scribit rabi Salomon q̄ hoc uerbum significat gaudium cōuersione zain in samech.ut sit sensus. iuxta diuitias permutationis suę non gaudebit.

עָלַף Defecit.syncopizauit.defessus est.Ionę.iiij. et p̄cussit sol sup̄ caput Ionę et ęstuabat.lxx.rectius traduxerunt sic.et angustiatus est.sed melius ita.et defecit.sic Amos.viij.In die illa deficiēt uirgines pulchre et adolescentes in siti.

עָלַף Obduxit.texit.Canticorū.v.Venter eius eburneus distinctus sapphiris.p̄ q̄ melius obductus uel tectus.alij circumductus. et Gen̄.

xxxviij. Assumpsit teristrū et mutato habitu sedit ī biuio. istud profecto arbitratu meo aliquantum obscure interpretatur. nam ueritas hebraica sic habet. Et deposuit uestimenta uiduitatis ab ea et operuit se calyptra seu peplo. et obducta seu tecta est.

עָלַץ Lętatus est. exultauit. gauisus est. i. Regum. ij. Exultauit cor meum in domino. & primo Paralippomenon. xvi. Exultent agri & omnia quę in eis sunt

עֲלוּקָה Sanguisuga quę perpetuo haurit sanguinem. Prouerbiorum. xxx. Sanguisugę duę sunt filię. licet aliqui hebręorū interpretent sic. Inferni duę sunt uoces da da. alij transumptiue exponunt duas esse perpetuas uoragines paradisum et infernum, quarum ista dicit da mihi iustos, illa uero da mihi prauos. eam dictionem alibi nō reperio in canone sacrarum literarum.

עִם Cum uel in. Canticorum. iiij. Cum pomorum fructibus cyperi cum nardo cum uniuersis lignis libani. et in compositiōe pronominū profertur mem per dagges quasi sit litera geminata.

עַם Populus. Deuteronomij. xxxij. Populę stulte et insipiens. et uidetur esse ortum a dictione superiore quę aliquem concursum et coniunctionē significat. hominū enim cōcursus siue cōiunctio facit ppl'm.

עָמַם Occultauit. obduxit. obscurauit. threnorum. iiij. Quomodo obscuratū est aurū. sed translatio nostra uariauit Ezechielis. xxxi. Cedri nō fuerūt altiores illo ī paradiso dei. ueritas enī hebraica sic legit. Cedri non occultarunt eum in horto dei. idest q̄ non fuerit inferior cedris, neq̄ obductus siue depressus a cedris.

עָמַד Stetit. Iosue. x. Steteruntq̄ sol et luna donec ulciscerē se gēs. et in fœminino. p̄s. xxvi. Pes meus stetit in directo. Nahum. ij. State state. ex q̄ multa oriunt̄ transitiua similit̄ et nomina. ut Nehemię. xiij. Et feci stare in stationibus suis. inde etiā deriuat̄ uocabulū q̄d sequit̄.

עִמָּדִי Penes. apud. secus me. hoc est in eo loco ubi ego steti atq̄ mecū. ut p̄s. l. & pulchritudo agri mecū est. i. apd' me. Iob. xxiij. Nolo multa fortitudine cōtendat mecū. alij uolūt dictū quasi p̄ epenthesim daleth a p̄positione cum. et non reperitur nisi primę personę.

עַמּוּד Columna. Ieremię.i. Et in columnam ferream.et Iudicum xvi. Tangam columnas quibus omnis imminet domus.et ad eius ſimilitudinem dicitur columna nubis.Exodi.xiij.Per diem in columna nubis et per noctem in columna ignis.

עָמַל Exercuit. fatigauit. laborauit.Ionę.iiij.In qua nō laboraſti.& Prouer.xvi.Anima laborantis laborat ſibi.& p̄s.cxxvij. In uanū laborauerunt qui ędificant eam.et Eccleſiaſtis.i. de uniuerſo labore ſuo q̄ laborat ſub ſole.inde nomē.p̄s.x.et p̄s.xc.Labor et dolor.

עָמַס Onerauit ſeu onus impoſuit.Geñ.xliiij.Oneratiſq; rurſum aſinis.hebraice ſic.& onerauit unuſquiſq; aſinū ſuū.ſic Zacharię.xij. Ponā Ilſrm lapidem oneris.item.oēs qui leuabūt eum. et Nehemiæ xiij.Et onerantes ſup aſinos uinū.mutat aliqñ ſamech in ſin, inueniſq; per ſin ſcriptū.Nehemię.iiij.ędificantiū muros et portantiū onera.

עָמַק Profundauit uel ,pfundus fuit.p̄s.xcij. Nimis profundę factę ſunt cogitatiōes tuę.Inde adiectiuū.Leuitici.xiij.Ipſamq; ſpeciē lepręhumiliorē cute.ideſt ,pfundiorē.etplr Prouer.xx. Sicut aquę ,pfundę ſic conſilium in corde uiri.ſcribiturq; per dagges.Inde uerbum graue tranſitiuum.Iſaię.xxix. Vę qui profundi eſtis corde ideſt profundificati.Inde a profunditate nominatur uallis,& ſcribitur quinq; punctis pſalmo.lxxxiij.In ualle lachrymarum.&pluraliter tertio Regum.xx. Et non eſt deus uallium.a uerbo deriuatur nomen profunditas. Prouerbiorum.xxv.Cęlum ſurſum et terra deorſum.hebraice ſic. Cęlum ad altitudinem et terra ad profunditatem.& recipit in principio protheſin mem literę.p̄s.cxxx.De profundis clamaui ad te domine.

עָמַר Venundedit.uendidit uel uenale proſtituit ſiue locauit. Deuteronomij viceſimoprimo. Nec uendere poteris pecunia nec opprimere per potentiam.pro. nec proſtituere ſiue locare.

עֲמֹר Gomor. Exodi decimoſexto. Gomor per ſingula capita. Et ſcribit Suidas græcus q̄ gomor ſit ſpecies cuiuſdam menſuræ hebraicæ. quod & Rabi Salomon commentator affirmat non

tamen oſtendens cuius quãtitatis ſit niſi in fine huius capituli ubi eius menſurã uenatur deſcendẽdo ab una ad aliã in uerſiculo. Gomer aũt decima pars eſt epha. ſed Hiero. hoc explicat in libro hebraicorũ nominũ dicens. Gomer eſt menſura atticarũ chœnicũ trium. et abundat apud nos g litera quę apud hebrẽos nõ aſcribit ſed nobis ſolũ indicat primam ſyllabam de gutture fore proferẽdam. ut in ca. vij. primi libri oſtendimus in uerbo ragan.

עֹמֶר Manipulus ariſtarũ ſeu ſpicarũ collectio ſiue faſcis. Iob. xxiiij. Et eſurientibus tulerunt ſpicas. licet. lxx. interp̃tes traduxerint ſtipulã. Zacharię. xij. ubi nos legimus. & ſicut facem ignis in fœno. illi habent in ſtipula. et per hirek cũ dagges Amos. ij. Plauſtrũ onuſtum fœno. quod Hiero. in cõmentariis corrigẽs addit uel ſtipula. et ponitur collectiue ꝑ faſcibus frumentorꝝ ſecundũ rabi Dauid kimhi in commẽtariis ſuper duodecim.

עִמַּת Aduerſum. preſto. contra. econuerſo. Eccleſiaſtis. v. Quomõ uenit ſic reuertet. hebraice ita. totũ econuerſo q̃d uenit ſic uadit. ſignificat et cum. coram. apud. prope. ut Leuitici. iij. Et caudam totam cum renibus. et ſignificat. conſimilem. parem. ſocium. proximum. eiuſdem vi. Negauerit proximo ſuo depoſitum.

עָנָן Nubes. Exodi. xix. Iam nũc ueniã ad te in caligine nubis. Geñ. ix. Apparebit arcus meus in nubibus. Inde deriuat uerbũ tranſitiuum in eodem ca. q̃d ſignificat obnubilare ſeu nubibus obducere. cumq; obduxero nubibus cęlum. hebraice ſic. Et erit in obnubilãdo me nubem ſuper terram.

מְעוֹנֵן Maleficus. ueneficus. preſtygiator. Deuterono. xviij. Ne ſit maleficus nec incantator. uide ſupra in ain ſequente vau.

עֲנָב Vua. Deute. xxxij. Et ſanguinẽ vuę biberẽt meraciſſimũ. etp̃r Oſeę. ix. Quaſi uuas in deſerto inueni Iſrael. et Leuitici. xxv. Et uuas primitiarum tuarum nõ colliges. ubi ponit dagges ꝓpter euphoniã.

עָנַג Delectauit. p̃s. xxxvij. Delectare in domino et dabit tibi peti-

tiones cordis tui.similiter in eodem.Et delectabuntur in multitudine pacis.Inde nomen delectatio delicię seu oblectatio. Prouerbiorꝝ.xix. Non decent stultū delicię.etpluraliter Canticorum.vij. Quam decora charissima in deliciis.

עָנַד Annodauit.ligauit.adnexuit.circūdedit.Iob.xxxi.Et circūdem illum quasi coronam mihi.et Prouerbiorum.vi. Et circumda gutturi tuo.idest liga super guttur tuum.

עָנָה Exaudiuit.respondit.i.Regū.xxviij.Et non respondit ei.Ioelis ij.Et respondit dominus.et.iij.Regum.xviij.Baal exaudi nos.idest responde nobis hoc est uotis nostris.inde nomen uerbale in eodē loco. Et non erat uox nec qui responderet.hebraice sic.& non respondens. & Exodi.xix.Moyses loquebatur et dominus respōdebat ei. Oseę.ij. Exaudiam cęlos et illi exaudient terrā et terra exaudiet triticum. idest correspondebunt necessariis.et est trāsitiuum tercij. ut Ecclesiastis.x. Pecunię obediunt omnia.idest pecunia correspondere facit omnia. significat autem quandoqꝫ sine interrogatione respondere siue loqui. ut.i.Regum.ix.Cumqꝫ aspexisset Samuel Saulem dns dixit ei.

עָנָה Testificatus est.loquutus est.asseruit.Exodi.xx.Nō loquaris contra proximum tuum falsum testimoniū.et Deutero.xix. Si steterit testis mendax cōtra hominem accusans eum.uerius.i. ad testificandū. et infra.Inuenerunt falsum testem dixisse contra fratrem suum mēdacium.quod Onkelus sic uertit chaldaice uerbū e uerbo. Et ecce testis falsus testificatus est falsum testimonium in fratrem suum.et ubi nos legimus Geñ.xxx.Respōdebitꝫ mihi cras iusticiamea.ibi hebrꝫorū grāmatici exponūt sic.Et testificabit mihi iusticia mea in die crastino. &.i.Regū.xij.Loquimini de me corā dño.i. testificamini contra me.

עָנָה Alternis cecinit. responsorie cantauit. prꝫcinuit.ut p̄s.cxlvij. Prꝫcinite domino in confessione.et Exodi.xv. Quibus prꝫcinebat dicens.Oseę.ij.Et canet ibi iuxta dies iuuentutis suę. & Exodi.xxxij. Vocem cantātium ego audio.totum hoc significat exaltationem uocis in cantico.quamuis significet quandoqꝫ in genere om̄em clamorem.ut in eodem.Non est clamor adhortantium ad pugnam.Inde quidā he-

brẹorum exponunt illud Geñ.xvi.eoq; audierit dominus afflictionẽ tuam.ſic ſcilicet.quia audiuit dominus clamorem tuum.

עָנָה Afflixit.humiliauit.p̃s.xxxv.Humiliabam in ieiunio animam meam.ſic p̃s.cxvi.Ego autem humiliatuſſum nimis.et Zachariẹ.x.affligentur quia non eſt eis paſtor.ſic Iſaiẹ.xxxi.A uoce eorũ non formidabit et a multitudine eor̃ non pauebit.uerius ſic. a multitudine eor̃ non humiliabitur.unde.lxx.interpretes uerſiculum illum qui legit̃ p̃s. cxix. Antequam humiliarer ego deliqui. rectius traduxerunt quam Hieronymus qui uertit ſic.Antequã audirem ego ignoraui. Inde nomẽ adiectiuum humiliatus.humilis.egenus.inops. afflictus. Ezechiel xvi.Et manum egeno et pauperi non porrigebãt. et p̃s.lxx. Ego uero egenus et paup̃.etpluraliter Iſaiẹ.xli.Egeni et pauperes quẹrunt aquas. & p̃s.xij.Propter miſeriam inopum.Inde nomen ſubſtantiuum humilitas.p̃s.xxij.Quoniam non ſpreuit neq; deſpexit deprecationẽ pauperis.uerius ſic.Afflictionem ſiue humilitatem pauperis ſiue afflicti ſeu humilis. nam in eodem p̃s ſic interpretat̃.Et a cornibus unicornium humilitatem meam.ſimiliter p̃s eodem.Edẽt pauperes et ſaturabunt̃. Item Zachariẹ.ix.Pauper et aſcendens ſuper aſinam. omnia quandã depreſſionem.paupertatem et humilitatẽ ſpiritus ſignificant.ſed et laborem.negocium et occupationem quoq;.Eccleſiaſtis.i. Hanc occupationem peſſimã dedit deus filiis hominũ ut occuparẽtur in ea. ideſt hoc negocium ut laborarent in eo.ſic eiuſdem.iij.Cuncti dies eius doloribus et erumnis pleni ſunt.hebraice ſic.Quia cuncti dies eius doloroſi. et iracundia ſeu indignatio negocium eius.Inde לְמַעַן ideſt cauſa motiua propter quam eſt totum negociũ.p̃s.li.Vt iuſtificeris in ſermonibus tuis.ideſt propterea q;.uel ob eam cauſam iuſtificaberis. ſignificat enim propter.ſic Prouerbiorum.xvi. Vniuerſa propter ſe metipſum operatus eſt dominus.ideſt ad ſui negocium.

מַעֲנָה Iuger quod par boum in die poteſt arare.i.Regum.xiiij.ubi tranſlatio noſtra uocabulum hoc deſcribit per circumlocutionẽ cum dicit.In media parte iugeris quã par boum indie arare cõſueuit. aliter enim et multo breuius hebraice legit̃ ſic. Quaſi in medio iugere combinationis ſiue bigarum arui.hoc eſt binorum boum in aruo.rabi Da

uid kimhi in libro radicum ſcribit uocari ſulcum.

עֹל Bigę aratri.hoc eſt iugum tranſuerſum ad quod boues ligan
tur.Oſeę.x.Cum corripientur propter duas iniquitates ſuas.quod ue
rius hebraice ſic legitur.Congregabuntur ſuper eos populi ligando
eos ad bina iuga eorum.nō enim ſignificat hoc in loco iniquitates cū
ſecundum ueram orthographiam poſt ain hic non debeat ſcribi vau
ſed iod loco eius.et nihilominus per holem punctari.

עָנָו Mitis.manſuetus.benignus.Numeri.xij.Erat enim Moyſes uir
mitiſſimus ſuper omnes homines. rabi Salomon exponit humilis &
tolerans ſiue patiens.etpluraliter Prouerbiorum.xvi. Melius eſt hu
miliari cum mitibus.

עָנָף Frondis.ramus.tranſlatio noſtra uertit germen.Malachię.iiij.
Quę non derelinquet eis radicem et germen.ſed rectius.lxx.ſic. Non
relinquetur eis radix neqꝫ ramus.ſic Leuitici.xxiij.Et ramos ligni den
ſarum frondium.

עָנָק Torques.et monile colli tendens circū guttur. Canticorꝫ.iiij.
Et in uno crine colli tui.quod legendum eſſet. Et in una torque colli
tui.hoc ſatis indicat uerſiculus ille Prouer.i. Et torques collo tuo.ubi
ponitur plurale maſculinum.declinaī etiam quandoqꝫ in fœminino.
vt Iudicum.viij.Et pręter torques aureas circum colla camelorū. ſed
illud quod legitur Deutero.xv.Dabis uiaticum. intelligi debet ſecun
dum linguę proprietatem ideſt,ornans ornabis eum,uidelicet aliquo
honorario.rabi Salomon ſcribit aliquos ſic exponere. Onerans one
rabis eum ſcilicet muneribus.quod cęteri iudęi ſequuntur.

עָנַשׁ Excuſſit.concuſſit.mulctauit. collectauit. damnauit pœna pe
cuniaria.Deute.xxij. Condēnantes inſuper centum ſiclis argēti. &.ij.
Paralip.xxxvi.Et condēnauit terrā centū talētis. inde nomen mulcta.
collecta.angaria.iiij.Regū.xxiij.Et impoſuit mulctā terrę centū talen
ta.et nomen adiectiuū Amos.ij. Vinum damnatorum bibebant.

עָסַס Suppſſit.cōculcauit.calcauit.cōpreſſit.coegit.Mala.iiij. Et cal
cabitis ipios.ſiue iuxta.lxx.Et cōculcabitis iniqs. alij legūt. et cogetis.

עָסִיס Muſtum.ſucus.dulcis potus nuper expreſſus.Ioelis.i.Qui bi

bitis uinum in dulcedine.et eiuſdem.iij.Stillabunt montes dulcedinẽ. & Canticoꝝ.viij.Et muſtum malorum granatorum meorum.

עֹפֶא Ramus.frondis.quod tranſlatio noſtra improprie petrã uertit.p̃s.ciij.De medio petrarum dabunt uoces.ideſt uerius. de medio frondium uel ramorum dabunt uocem. unde rectius traducẽdo Hieronymus ait.de medio nemorum dabunt uocem. hebrꝝorum aliqui exponunt de medio filiorum arboris.

עֹפֶל Munitio.arx.fortaliciũ. ꝓpugnacl̃m. repugnãtia. Micheę.iiij. Et tu turris gregis nebl̃oſa filia zion.i.fortaliciũ filia zion. et Iſa.xxxij. Tenebrę et palpatio factę ſunt ſuper ſpeluncas.ex quibus authoritatibus intelligis tranſlationẽ noſtrã putare hoc nomen caliginẽ ſiue tenebras ſignificare.ſed hoc ab hebrꝝis nõ recipiť p̃ſertim doctis.nam rabi Salomõ uerſum illũ qui legiť Numeri.xiiij. At illi contenebrati aſcenderunt.exponit.muniti fortificaticꝫ ſunt ad aſcendendũ. et rabi Dauid kimhi in libro radicum aſſentiť et dicit cꝙ eleuauerunt cor ſuũ et confortabanť.Inde illud q̃d legitur Habacuk.ij. Ecce qui ĩcredulus eſt non erit recta anima eius in ſemetipſo.legũt ſic.Ecce repugnantia. contentio ſiue temeritas.et Ionathas chaldęus interpretať malignitas ſiue impietas.rabi Dauid kimhi dicit ſuperbia et elatio cordis inſtar eleuati & alti propugnaculi.

עָפָר Puluis.Geñ.ij.Formauit igitur dñs deus hominẽ de limo terrę.rectius puluerem de terra.& Iob.xxviij. Ferrum de terra tollitur. verius de puluere.ſicut Deutero.ix.Omnino quoqꝫ in puluerẽ rediǵens.et in ſumma uocabulum hoc quatuor ſignificata habet quę ſunt puluis.lutum.terra orbiſterrarum. unde legitur uerbum pulueriſare. ſecundo Regum.vij. Terramqꝫ ſpargens.

עֹפֶר Hinnulus.Canticoꝝ.ij.Similis eſt dilectus meus capreę hinnuloqꝫ ceruoꝝ.et eiuſdẽ.iiij.Duo ubera tua ſicut duo hinnuli.

עוֹפֶרֶת Plumbum. Ieremię.vi. Conſumptum eſt plumbum.& Zacharię quinto.Et ecce talentum plumbi portabatur.

עֵץ Lignum.arbor.Geñ.i.Et lignum pomiferũ faciens fructũ iuxta genus ſuum.& Oſeę.iiij.Populus meus in ligno ſuo interrogat.

עָצַב Sollicitauit. contendit. irritauit. contriſtauit. perturbauit. ad iracundiã ꝓuocauit. corripuit. et ſi dicere liceret erũnauit. iij. Regũ. i. Nec corripuit eũ pater ſuus. et Iſaię. liij. Mœrentẽ ſpiritu uocauit te dñs. i. perturbatã et irritatã. et Geñ. vi. Et tactus dolore cordis. et eiuſdem. iij. Multiplicabo erũnas tuas. oĩa illa laborẽ. dolorẽ et ſollicitudinẽ ſignificant. unde illud Canticorũ. x. qui trãſfert lapides affligẽt in eis. et Geñ. iij. In dolore paries filios. ſcribitur tunc ſex punctis. ſic Prouerbiorũ. x. Nec ſociabitur ei afflictio. ſignificat etiam elaborare cum ſollicitudine. Iob. x. Manus tuę fecerunt me.

עֶצֶב Pecunia. et bonorũ ſubſtantia. Iſaię. lviij. Et omnes debitores veſtros repetitis. ꝗd rabi Dauid kimhi in cõmentariis exponit ſic. Et pecũias uras exigitis. dicũt aũt pecũię ſic forſitã a ſollicitudie et erũna.

עֶצֶב Sculptile. idolum. ſimulacrum. effigies. a fingendo ſiue faciendo. Oſeę. iij. Particeps idolorum ephraim. et pſalmo. cvi. Quas ſacrificauerunt ſculptilibus canaan.

עֲצָר Prępoſito mem cõſonante ſignificat inſtrumentũ fabri ęrarij. Iſaię. xliij. Faber ferrarius lima operatus eſt. rabi Salomon ſcribit hic ꝙ ſit unum ex inſtrumentis exuflatorũ ſeu officinę ſufflatorię.

עֲצָה Spina dorſi. Leuitici. iij. Et caudam totam cum renibus. hebraice ſic. Et caudam totam proxime ſpina dempta.

עָצֵל Piger. ocioſus. Prouerbiorũ. vi. Vade ad formicam piger. & eiuſdem libri ca. xxxi. Et panem ocioſa non comedit.

עָצַם Valuit. roborauit. fortis fuit. pręualuit. Danielis. xi. Et ſuperabit in modico ppło. et Geñ. vi. Quoniã potẽtior nobis fctũs es ualde. et p̃s. xxxviij. Inimici autem mei uiuunt et confirmati ſunt.

עֶצֶם Os oſſis. Geñ. ij. Hoc nũc os ex oſſibus meis. et p̃s. cij. Adhęſit os meũ carni męę. etplr declinaẽ tam in maſculino quam ĩ fœminino. Ezechiel. xxxvij. Et acceſſerũt oſſa, os unumquodꝙ ad iuncturã ſuã. In maſculino autem ſic Eccleſiaſtis. xi. Et qua ratione compingantur oſſa in uentre pregnantis. dictum forte a robore et fortitudine.

עֶצֶם Subſtantia. corpus. ſpecies. threnorũ. iij. Rubicũdiores ebore

antiquo.q̊d hebrẹi legunt.rutilant corpore de auro.rabi Salomon ex ponit q̊d rubescunt specie plus quã aurꝝ secundũ Lyrã,uel plus quam gemmẹ secundũ Dauid kimhi.sed ebur nescio quare uerterũt nisi qa os elephantis est.in logica uero arte dicitur substantia. quod scholasti ci pro primo prẹdicamento interpretati sunt.

עֶצֶם Idem.ipsemet.illeipse.Geñ.xvij.In ipsa die sicut prẹceperat ei deus.et ibidẽ.Eadẽ die circũcisus ẽ Abrahã. et sic de oĩbus rebus dicit̃. vt de cẹlo.Exodi.xxiiij.Et q̃si cẹlũ cũ serenũ ẽ.q̊d hebraice sic legit̃. Et q̃si idẽ illd̃ ip̃mmet cẹlũ.i.secũdũ aliq̊s sicut corpus et substãtia ip̃a cẹli

עִצֵּם Clausit.Isaiẹ.xxxiij.Et claudit oculos suos ne uideat malum.& eiusdem.xxix.Claude oculos uestros.

עָצַר Constrĩxit.clausit.astrinxit.cõiurauit.ligauit. amouit.defecit. cessauit.Geñ.xx.Cõcluserat enĩ dñs oẽm uuluã domus Abimelech.et eiusdẽ.xvi.Ecce cõclusit me dñs ne parerem.et Deute.xi. Iratusqꝫ dñs claudat cẹlũ.et in passiuo Nũeri.xvi. & plaga cessauit.i.clausa est siue restricta.Inde nomẽ Prouer.xxx.Os uuluẹ.uerius sic. clausura matricis.passiuũ eius legit̃ etiã Numeri.xvi.ubi nos habemus. postq̃ꝫ qeuit interitus.veritas hebraica legit.Et plaga claudebatur idest amouebat̃. et Deuteronomij.xxxij. Et clausi quoqꝫ defecerũt residuiqꝫ cõsumpti sunt.q̊d hebrẹi germaniẹ exponunt.Et finiuit sustentatio atqꝫ robur. ponitur autem sic in tẹxtu וְאָפֵס עָצוּר וְעָזוּב de quo rabi Ioseph pater lr̃atissimorũ iudẹorũ Dauidis et Moysi kimhi sic scripsit quod עָצוּר est diuitis substantia quẹ domi clauditur. sed עָזוּב est substantia quam quis ruri possidet.ut sunt pecuaria et similia.

עָצַר Prẹfuit.dominatus est.i.Regum.ix.Iste dominabitur populo meo.Inde nomen quod scribitur tribus punctis.Iudicum.xviij.Magnarumqꝫ opum.pro hẹreditantes regna siue dominia.non enim habebant regem electum illi de terra lais. scribunt autem doctores hebrẹorum ꝙ illud nomen עֶצֶר significet regnum. imperium siue dominium.

עֲצָרָה Cœtus et concursus populi in unum locum.Ioelis primo.

Vocate cœtum.et ſi qua ſunt alia interpretamenta ut feſtiuitates quibus conuenit populus ad eligendum regem &cętera.

עָקַב Supplantauit.Ieremię.ix..Omnis frater ſupplantans ſupplantabit.et Geñ.xxvij.Supplantauit me en altera uice.Inde nomen adiectiuum.Oſeę.vi.Supplantata ſanguine. item nomen ſubſtantiuū calcaneus ueſtigium planta. Iob .xviij. Tenebitur planta illius laqueo. & Geñ.iij. Tu inſidiaberis calcaneo eius.et a calcaneo ſignificat retrorſum.declinaſ autem tam maſculine quam fœminine.maſculine ut Canticorum.i.Abi poſt ueſtigia gregum tuorum. fœminine ut p̄s.lxxvij. Et ueſtigia tua non cognoſcentur.ſignificat etiam calcem. terminum. finem et extremitatē tranſumptiue.eoq; planta ſit ultimū corporis. & tunc ſcribitur quinq; punctis.ut p̄s.cxix.Inclinaui cor meum ad facien das iuſtificationes tuas in eternum propter retributionē. ſcribitur ſic hebraice לְעוֹלָם עֵקֶב ideſt ad ſęculi calcem ſeu finem.hęc dictio metaphorice etiam ſignificat mercedem laboris eoq; ſit finis laboris. Deuteronomij.vij.Si poſtq; audieris hęc iudicia. hebraice ſic.& erit merces ſi audieritis iudicia hęc &c̄.hoc eſt finis.quod noſtra trāſlatio ſępe retributionem interpretaſ.p̄s.xix. In cuſtodiendis illis retributio multa.ſignificat etiam propter uel propterea quod.quia iuxta philoſophos propter finem oīa fiunt.Numeri.xiiij.Seruum meū Caleb qui plenus alio ſpiritu ſecutus eſt me inducam.quod in hebraica ueritate uerbū e uerbo ſic legitur.Et ſeruus meus Caleb propterea q; fuit ſpiritus alter cum eo implebit poſt me et inducam eum.

עָקַר Vinciuit.ligauit.Geñ.xxij.Cumq; alligaſſet Ishac filiū ſuum. & ab eo nominatur locus ubi paſtores ſolent oues ligare iunctis anterioribus et poſterioribus pedibus,uel locus ubi tondentur oues.ſcribiturq; tunc quinq; punctis ideſt per zere et ſęgol.iiij. Regū.x. Cūq; veniſſet ad cameram paſtorum.inde tales oues ligatę ab hoc appellationē capiunt.ut Geñ.xxx.Maculoſa et uaria et diuerſo colore reſpſa.

עֵקֶה Pertica quę prę ędificiis intignaſ ne quid inde poſſit excidere. noſtra tranſlatio putat ſignificari murum. Deuteronomij.xxij. Cum ędificaueris domum nouam facias murū tecti per circuitum ne effun-

datur ſanguis in domo tua et ſis reus labente alio et in p̃ceps ruente.

עָקַל Peruertit.cuius nomen uerbale paſſiuum eſt in uſu. Habacuk .i.Propterea egreditur iudiciū peruerſum ſiue iniquū ſeu tortuoſum.

עִקְּלְתּוֹן Tortuoſus.peruerſus.ſinuoſus anguis.Iſaię.xxvij.Et ſup leuiathan ſerpentem tortuoſum.

עִקְלָקַלָּה Peruerſa. deuia.iniqua.tortuoſa.Iudicum quinto.Per calles deuios.

עָקַר Extirpauit.eradicauit.euulſit.Eccleſiaſtis.iij.Tempus plantandi et tempus euellendi.& Sophonię.ij.Et Accaron eradicabitur. ideo magiſtri hebr̃eorum uocant literas ſubſtantiales uocabulorū עִקָּר vt rabi Moyſes kimhi in ſua grammatica capitulo de literis.quaſi ſint nerui dictionum.ſic Ioſue.xi.Equos eorum ſubneruauit.

עֲקָרָה Impotens.ſterilis.p̃s.cxiij.Qui habitare facit ſterilem in domo.ſic et de uiro maſculine dicit.& putatur ita dictum q̃ eis ſit aliqd eradicatum.extirpatum ſeu euulſum.quo parere potuiſſent.

עַקְרָב Scorpio.Numeri.xxxiiij.Per aſcenſum ſcorpionū. et Deuteronomij.viij.Scorpio ac dipſas.

עִקֵּשׁ Peruerſus.Deuteronomij.xxxij.Generatio peruerſa atq̃ prauа.Sic.ij.Regū.xxij.Et cum peruerſo peruerteris.Inde uerbū Micheę tertio.Et omnia recta peruertitis.

עֲרִירִי Orbus.orbatus.qui nullos habet liberos.Geñ.xv. Ego uado abſq̃ liberis.&pluraliter Leuitici.xx.Abſq̃ liberis morient. item paulo poſt.Abſq̃ filiis erunt.

עַרְעָר Species arboris naſcentis in locis deſertis. et putant eſſe iuniperum.et propter eius humilitatem atq̃ perplexitatem dicūt ſignificare captiuitatem hebr̃eorū.et huc aptāt uerſiculum p̃s.cij. Reſpexit in orationem humilium.alij uolūt hoc uocabulū ſignificare myricas. Ieremię.xvij.Erit enim quaſi myricæ in deſerto.

עָרַב Fideiuſſit.fidem pollicitus eſt.vadem promiſit. cautionē prę-
ſtitit.Prouerbiorum.xi. Affliget malo qui fidem facit pro extraneo.
Inde arra ſiue arrabon.Geñ.xxxviij.Patiar quiduis ſi dederis mihi ar-
rabonem.et infra.Quid tibi uis pro arrabone dari.

עֶרֶב Veſpera. Geñ.i. Et factum eſt ueſpere et mane dies unus. ſic
tempus poſt crepuſculū ueſpertinū ſignificat.Exodi.xij. Multitudo fi
liorum Iſrael ad ueſperam.uerius ſic. inter crepuſculum ueſpertinum
ſcribit aūt hic in numero plurali quia dicunt duas eſſe ueſperas.unam
quando declinat ſol ad occaſum.aliam quando iamiam occidit necdū
tenebrę obducunt.et ideo textus dicit inter ueſperas.quaſi uellet dice
re q̄ filij Iſrael deberēt inter primā ueſperam et ſecundam ueſperam
imolare.Inde uerbū obtenebrauit.obfuſcauit. Iſaię.xxiiij. Deſerta eſt
omnis lętitia.i.rectius obtenebrata et obfuſcata quaſi extincta eſt oīs
lętitia.& nota q̄d hoc uocabulū recipit nominū paſſiones et figuras.
nam p̄poſito mem litera ſignificat partē mundi qua ſol occidit. Iſaiæ
xliij.Ab oriente adducā ſemen tuū et ab occidente congregabo te.&
eiuſdem.lix.& timebunt qui ab occidente nomen domini. ſic facit iun
cto he in fine per paragogen.

עֵרֶב Subtegmen.ſcilicet filum quod textores ſtamini ſubtexunt.et
ſcribitur quinq̄ punctis.Leuitici.xiij.Quę lepram habuerit in ſtami-
ne atq̄ ſubtegmine.

עֹרֵב Coruus.Leuitici.xi. Et omne coruini generis.etplr.iij. Regū
xvij.Coruiſq̄ p̄cepi ut paſcāt te.et ſeq̄t. coruiq̄ deferebāt ei panē.

עָרוֹב Muſca uenenoſa ſecundum noſtram tranſlationem. Exodi
viij.Et implebuntur omnes domus ęgyptior̄ muſcis diuerſi generis.
ſimiliť paulo poſt. et uenit muſca grauiſſima.rabi Salomō ordinarius
enarrator ſacrę ſcripturę exponit ſic אֵת הָעֵרֹב os ſpeciei ani-
malia nociua ut ſerpentes et ſcorpiones.

עָרַב locundū.amœnū.dulce fuit.ſeu dulcuit.tranſlatio noſtra uer-

tit placuit.et bene etiã acceptũ fuit et cõgruit.Malachię.iij. Et placebit dño ſacrificium Iuda et Ieruſalẽ.ideſt dulceſcet.ſic p̃s.ciij. Iocundũ ſit ei eloquiũ meum &c̃.Inde nomen Canticorũ.ij. Quia uox tua dulcis. Item p̃s.cxix.Suſcipe ſeruũ tuum in bonum.quãuis multi uarie trãſferant,tamẽ ſecundũ ꝓprietatem huius uocabuli ſic ſonat. dulceſcat ſeu cõgruat ſeruus tuus in bonũ.et inde cęlum beatorũ dicit̃ : ſic p̃s.lxvij. vbi nos legimus.qui aſcẽdit ſuꝑ occaſum. et Hiero.ſic. Aſcendẽti per deſerta.ego expono iuxta hebręos ſic. Qui uehitur in amœnis iocundiſcꝫ beatorum cęlis.

עָרַב Sub cautione cõmodato cœpit.fideiuſſit. Geñ.xliij. Qui in meã hunc recepi fidẽ.Prouer.vi.Si ſpoponderis pro amico tuo. Inde nominant̃ obſides homines qui loco pignoris dantur.ij. Paralip.xxv. Nec nõ et filios obſidũ reduxit in ſamariã. ſimiliter .iij. Regũ.xiij. Et obſides et reuerſus eſt in ſamariam. Inde deriuat̃ uerbũ Nehemię.v. Agros noſtros et uineas et domos noſtras oppignoramus ut accipiamus frumentũ in fame.ecce ſignificat pignorare.et quia negociatorũ eſt multa ĩpignorare et hypothecare.ideo ſignificant̃ eo uocabulo negociatores.inſtitores.et mercatores. et nũdinatores. Ezechiel.xxvij. Naues tharſis prĩcipes tui ĩ negociatiõe tua.et paulo ſuperius. Reſinã ꝓpoſuerunt in nũdinis tuis.et ſic recipit in principio mem.

עֲרֵבָה Deſertũ.uaſtitas.Iob.xxiiij. Vigilãteſcꝫ ad prędã p̃parant. panẽ liberis.hebręi legũt.Scrutãtes ad rapinã deſertũ ad eſcã iuuenibus.Iſaię.xxxv.Exultabit ſolitudo.etplr Numeri.xxxv. In cãpeſtribus moab.i.in deſertis.ſępe etiã deponit̃ he ĩ fine. ut Sophonię.iij. Iudices eius lupi ueſpere.q̃d mgr̃i hebręorũ dicũt lupi deſerti. ſic Habacuk.i. Velociores lupis ueſpertinis.melius lupis deſerti.quãuis ſeptuaginta tranſtulerint lupis arabię.

עֲרַב Arabia regio.Ezechiel.xxvij.Arabia et uniuerſi prĩcipes cedar.Iſaię.xxi.Onus in arabia.ſic dicta quia prope deſertum eſt.

עֵרֶב Diuerſorum populorum cõmixtio. quod tranſlatio noſtra uocat uulgus promiſcuum.Exodi.xij.Sed et uulgus promiſcuũ innumerabile aſcendit cum eis.& ſcribitur punctis ſex.

עֲרָבָה Salix.Leuitici.xxiij.Et ſalices de torrente.& Iſaię quadrageſi-

moquarto. Quasi salices iuxta fluentes aquas.

עָרַג Clamauit ut est proprium cerui. translatio nostra desyderare vertit. ps. xlij. Quemadmodum desyderat ceruus ad fontes aquarum ita desyderat anima mea ad te deus.

עַרוּגָה Linea plantationum. translatio nostra areolam uertit. Cãticorum. v. Genę illius sicut areolę aromatum. et pluraliter Ezechielis xvij. Vt irrigaret eam de areolis germinis sui.

עָרֹד Onager. i. onos agrios. hoc est asynus syluestris. Iob. xxxix. Et uincula onagri quis soluit. est aũt animal mediũ inter mulũ et asynũ.

עָרָה Discooperuit. nudauit. secundũ nostrã translationẽ. Isaię. xxij. Et parietẽ nudauit clypeus. sed hebręorę aliqui dicunt parieti adhęret clypeus. alij dicũt ꝙ קִיר sit nomẽ ciuitatis regis assyriorum. ut Isaię xv. Et incolę eius scutati discooperuerunt clypeos suos. ita tradit rabi Dauid kimhi in cõmentariis super Isaiã. Item Leuitici. xx. Ipsaq; aperuerit fontẽ sanguinis sui. et ꝗd legit a nobis Habacuk. iij. Suscitans sti scitabis arcum tuum. magistri ascribunt huic uerbo exponentes sic. Denudatione denudabis arcum tuum.

עָרָה Effudit. exinaniuit. euacuauit. Isaię. liij. Pro eo ꝗd tradidit in mortẽ animã suã. i. effudit. sic Geñ. xxiiij. Effundẽsq; hydriã in canalibus. ad hoc intelligũt uersiculũ threnorę. iiij. Inebriaberis atq; nudaberis. ꝗd legũt euacuaberis. sic enĩ mos est uinolentorę ut euacuent effũdentes ex se uina. et ps. cxxxvij. Qui dicũt exinanite exinanite usq; ad fundamentũ in ea. Inde עֶרְוָה ꝗd nra trãslatio uertit turpitudinẽ a nuditate scilicet secretarę partiũ hominis. ut Leuitici. xviij. ferme per totum. et sic significat turpitudinem. abominationem. et detestationem cuiuscumq; rei.

עָרַה Adiunctũ est. adhęsit. Isaię. xxij. Et parietem nudauit clypeus. pro quo hebręi. & parieti adhęsit clypeus. inde dictũ est.

עֲרוּגָה Herbę atq; gramina quę minutis radicibus solo adhęrent. vnde et radicare et radicitus hęrere dicitur. translatio nostra de superiore uocabulo interpretatur. Isaię decimonono. Nudabitur alueus

riui a fonte ſuo.hebrę ſic.Graminetum ſuper flumen ſuper ore ideſt ſuper ripa fluminis et omnis ſementis fluminis areſcet proiicieturq;. ſic p̄s.xxxvij.ubi noſtra tranſlatio legit.vidi impiū ſuperexaltatum & eleuatum ſicut cedros libani.Hiero.ſicut indigena uirens. alij ſicut cinnis floridus.hoc eſt diues et potēs.ſed hebraica ueritas ita uertit. Vidi malignum potentem radicatum ſicut laurum uiridem.

עָרַךְ Poſuit.diſpoſuit.ordinauit.prępparauit.Leuitici.vi. Et impoſito holocauſto deſup.hebraica ueritas et Onkelus chaldęus ſic legūt. Ordinabitq; ſuper eā holocauſtū.Leuitici.xxiiij.Ponetq; eos Aaron a ueſpere uſq; in mane.et p̄s.v.ubi nr̄a tranſlatio uertit. mane aſtabo tibi.rectius Hiero.in ſuo pſalterio de hebraica ueritate ſic tranſfert. Mane prępparabor ad te. ſed hebrę orū magiſtri melius exponunt ita. mane ordinabo ad te ſupple orationē meā.eſt enim uerbū actiuum et non paſſiuū.ſed hic eſt paſſiuum.Ioelis.ij.Sicut populus fortis prępparatus ad pręlium.Item Exodi.xl.Ordinatis corā ꝓpoſitionis panibus. item in eodē.pones ſuper eam quę rite pręcepta ſunt.uerbū e uerbo ſic.& ordinabis ordinationē eius.inde nomē loci ubi bellaī uel acies.i. Regum.iiij.Ego ſum qui ueni de pręlio et ego qui de acie fugi hodie.

עָרַךְ Aeſtimauit.comparauit.coęquauit.ęquauit.Iob.xxviij.Non adęquabitur ei aurum uel uitrum.et p̄s.lxxxix. Quoniam quis in nubibus ęquabitur domino.

עָרַל Prępputiauit.Leuitici.xix.Auferetis prępputia eorum.hebraice ſic.Prępputiabitis prępputia eius fructus illius.et ſequitur. Tribus annis erunt prępputiati ne comedatur.Inde nomen prępputium. Geñ.xxxiiij. Nec dare ſororem noſtram homini incircumciſo. uerbū e uerbo ſic. Non poterimus facere rem hanc dādo ſororem noſtram uiro cui eſt prępputiū.& Geñ.xvij. Maſculus cuius prępputij caro circumciſa non fuerit.dicitur autem de omni homine qui duro corde et incompoſitis aut ineptis labiis atq; auribus extat q; ſit incircumciſus atq; prępputiatus.Exodi.vi.Cum incircumciſus ſim labiis.& Ieremię.vi.Ecce incircumciſę aures eorum et audire non poſſunt.& Ezechielis.xliiij.Incircumciſos corde et incircumciſos carne.et ſic ſignificat obturamen.

עָרַם Aſtutus.callidus.Prouerbiorum.xxvij. Aſtutus uidens mala

abſconditus eſt. Inde uerbum aſtutus fuit uel calluit. Prouerbiorꝝ. xv. Qui autem cuſtodit increpationes aſtutior fiet. et nomen adiectiuum Geñ. iij. Serpens erat callidior. Inde nomen ſubſtantiuū aſtutia. Prouerbiorum. i. Vt detur paruulis aſtutia. et eiuſdē. xiij. Et expectabunt aſtuti ſcientiam.

עָרוֹם Nudus. Ezechielis. xvij. Et nudum operuit ueſtimento. ſcribiturqꝫ illic per iod poſt ain. Item eiuſdem. xxij. Et dimittent te nudā et ignominia plenam ſine iod. ſic Geñ. iij. Eoqꝫ nudus eſſem. et pluraliter Iob. xxij. Et nudos ſpoliaſti ueſtibus. et dicit maſſora hoc eſt ſcholion qꝫ ſuperius uocabulum raphatur et prẽſens recipit dagges.

עָרֵמָה Aceruus. cumulus. Ruth. iij. Iſſetqꝫ ad dormiendum iuxta aceruum manipulorum. & Canticorum. vij. Venter tuus aceruus tritici. et pluraliter in fœminino. ij. Paralippomenon. xxxi. Fecerunt aceruos plurimos. quamuis in maſculino quoqꝫ apud Ieremiam reperiat̃. Inde uerbum deriuatur paſſiuum. Exodi. xv. Et in ſpiritu furoris tui congregatẽ ſunt aquẽ.

עַרְמוֹן Arbor caſtaneę, pro quo trāſlatio noſtra uertit platanum. Geñ. xxx. Virgas populeas uirides et amygdalinas et ex platanis. ſed rabi Salomon in gloſſa ordinaria et rabi Dauid kimhi in libro de radicibus primam expoſitionem amplexant̃. quos cęteri merito conſequuntur. lxx. abietem interpretati ſunt. Ezechielis. xxxi. Et platani nō fuerunt ęquę frondibus illius.

עֲרֵסָה Paſta ideſt farina ſic ſubacta ut ſit iam parata ad coquendum cibum. tranſlatio noſtra pulmẽtum interpretat̃. Numeri. xv. Sicut de areis primitias ſeparabitis ita de pulmentis dabitis primitias domino. ſed primam expoſitionem Nicolaus de lyra ſequitur.

עֹרֶף Ceruix. Geñ. xlix. Manus tuę in ceruicibus inimicorum tuorꝝ. & Exodi. xxxij. Cerno qꝫ populus iſte durę ceruicis ſit. inde oritur uerbum Exodi. xiij. Quod ſi nō redemeris interficias. ubi ponit̃ hebraice deceruicabis eum. tranſlatio noſtra latinius interpretatur. Iſaię. lxvi. Quaſi qui excerebret canem. Inde comuniter confringere ſignificat.

Oſeę decimo. Ipſe confringet aras eorum.

עַרְפֶּל Caligo ſeu tenebroſitas. Deuteronomij quarto. Tenebrę et nubes et caligo.

עָרָה Influxit. guttauit. ſtillauit. fluxit. ſic rabi Salomō. quamuis noſtra tranſlatio uerterit concreuit. Deuteronomij. xxxij. Concreſcat ut pluuia doctrina mea. ſic eiuſdem. xxxiij. Cęliq caligabūt rore. uerius ſic uerbum e uerbo. Denicq cęli ipſius ſtillabunt rorē. et Iſaię. vi. Et lux obtenebrata ē in caligine ſuo. rectius ī influētiis eius. et loqtur de ſole.

עָרַץ Fractus animo et cōſternatus et territus eſt. horruit. pauit. tremuit. Deuteronomij. vij. Non timebis eos. rectius ſic. Ne frangaris a vultu eorum. ſic Deuteronomij. xx. Nolite metuere nolite cedere nec formidetis eos. & Ioſue. i. Noli metuere et noli timere. Inde fractura. Iob. xxx. In deſertis habitabāt torrentiū. ideſt in fractis tophis & fiſſis petris torrentium. quia uero formidantur ij qui fortiores ſunt, iccirco ſignificat hoc uocabulum forte. robuſtum. potens. Ieremię. xx. Tancq bellator fortis. & pſr p̄s. liij. Et fortes queſierūt animam meam. Inde nomen uerbale paſſiuum robuſtus uel metuendus. ut p̄s. lxxxix. Deus qui glorificabit in conſilio ſanctorum. ſed rectius Hiero. in ſuo de hebraica ueritate pſalterio ſic. Deus robuſtus in arcano ſanctorū nimio. eſt autē ſenſus. Deus tremendus et metuēdus eſt in maximis ſacramētis ſanctorum. aliud nomen fortitudo uel terror. Iſaię. viij. Ipſe pauor veſter et ipſe terror ueſter. ideſt ipſe formidabitur atcq timebit a uobis. et hoc eſt ſanctificare deum.

עָרַק Fugit. ſic Onkelus chaldaice trāſſert loco uerbi נוּס ut Geñ. xiiij. Itacq rex Sodomorum et rex Gomorrę terga uerterunt. i. fugerunt, et qui remanſerunt fugerunt ad montē. ubi chaldęus utrobicq poſuit pręſens uerbum. cum igitur plurimus in Iob ſyriacus ſit ſermo. teſte Hiero. in illius prologo. quam nos appellamus chaldaicā linguā decebit locos ipſius Iob in dubio magis ſecundū linguam chaldaicam quam ad meram uoluntatē noſtrā tranſferre. tu uero audiuiſti ſupra cp ubi hebręus utitur uerbo fugere uel fugare. ibi chaldęus pro eo poſuit pręſens uerbū. Debemus igit locos binos Iob. xxx. ad hūc intelle-

ctum interpretari.nō ꝙ rodere uel comedere ſignificetur, ſed potius fugere et fugare.legimus autem ſic Iob.xxx. Qui rodebant in ſolitudine.et infra.Et qui me comedunt non dormiūt.pro quo rabi Salomō exponit.Qui fugati erant in ſolitudine hoc eſt in tenebris. et infra exponit ſic.Et perſecutores mei et fugantes me.

עֶרֶשׂ Lectus. grabbatum. Deutero.iij. Et monſtratur lectus eius ferreus.& p̄s.xli.Dominus opem feret illi ſuper lectum doloris eius. et Canticorum.i.Lectulus noſter floridus. et quandoq; mutat̄ ſchin in ſamech.p̄s.vi. Lachrymis meis ſtratum meum rigabo.

עָשַׁשׁ Tinea.uermis.per apocopen ultimę literę.Iſaię.l. Tinea comedet eos.inde orit̄ uerbū p̄s.vi. Turbatus eſt a furore oculus meus. corroſus & obfuſcatus. quaſi uitro laternę obductus. ſimilit̄ p̄s.xxxi. Conturbatus eſt in ira oculus meus anima mea et uenter meus. Hieronymus tranſtulit ubiq; caligauit.ſed quid de oſſibus? cum ſequitur et oſſa mea conturbata ſunt.ubi ponitur idem uerbum.

עֵשֶׂב Herba.Geñ.i.Germinet terra herbam uirentem et afferentem ſemen iuxta genus ſuum. et eiuſdē.iij. Et comedes herbam terrę. et ſcribitur quinq; punctis et etiam declinatur in fœminino genere. vt Prouerbiorū.xxvij. Et collecta ſunt fœna de montibus.ideſt herba montium.et ſchin litera pronunciatur per dagges proprer euphoniā.

עָשָׂה Apparauit. fecit.adaptauit.threnorū.ij. Fecit dominus quæ cogitauit.Inde uerbū paſſiuum.Eccleſiaſtis.i.de oñibus quę fiunt ſub ſole.debuit uertere.quę facta ſunt ſub ſole.et paulo ſuperius. quid eſt quod factum eſt ipſum q̄d faciendū eſt. et Deutero.xxi. Et circūcidet vngues.verius ſic.Et adaptabit ungues. rabi Akiba ſubaudit ut faciat eas creſcere.ſed rabi Eliezer ſupplet ꝙ deponat eas.et.i.Regū.xij. Dominus qui fecit Moyſen et Aaron.ideſt ſublimauit et adaptauit.

עָשַׁן Fumauit. Exodi.xix. Totus autem mons ſinai fumabat.et p̄s. cxliij. Tange montes et fumigabūt.inde nomen fumus.Exodi.xix. Et aſcēderet fumus ex eo quaſi de fornace..ſic uerbū e uerbo.& aſcendit fumus eius ſicut fumus fornacis.et aliter nomen adiectiuū.Iſaię.vij. A

duabus caudis titionū fumigantiū. Quia uero fumus repreſentat ignē et ignis iram. iccirco tranſumitur etiam pro ira. ut p̄s. lxxx. Quouſq; iraſceris ſuper orationem populi tui. ſic p̄s. lxxiiij. Iratus eſt furor tuus ſuper oues paſcuę tuę. &. ij. Regum. xxij. Aſcendit fumus de naribus eius. ideſt ira in furore ſuo.

עָשַׁק Vim fecit. cōcuſſit. calumniatus ſeu iniuriatus eſt. uiolētauit. .i. Regū. xij. Si quēquam calumniatuſſum. et infra. Non es calūniatus nos. & Leuitici. vi. Aut calumniā fecerit. item reddet omnia quę per fraudem uoluit obtinere. & tranſumptiue ſignificat rapere. ingurgitare. abſorbere. Iob. xl. Ecce abſorbebit fluuium. Inde nomē Eccleſiaſtis vij. Calumnia conturbat ſapientē. Item eiuſdem. iiij. nomen uerbale paſſiuū. Et lachrymas innocentiū ꝓ iniuriatorę. i. eorum quibus facta eſt uis et iniuria. & ſequit. neſcio quę rhetorica periphraſis ſcilicet ſic. nec poſſe reſiſtere eorum uiolentię cunctorum auxilio deſtitutos. pro q̄ hebraica ueritas ſic legit. Ecce lachrymas iniuriā paſſorū et nō eſt eis cōſolator. et de manu iniuriarū ſuarū uiolentia et nō eſt eis cōſolator.

עָשֻׁק Lis. iurgium. et ſcribit quinq; punctis. Geñ. xxvi. quāobrem nomen putei ex eo quod acciderat uocauit calumniā. rectius ſecundū hebręos uocauit iurgium. ſic etiam rabi Salomon exponit. Inde orit verbum iurgari litigare. quod etiam in prędicto loco ponitur et tamen non tranſfertur.

עָשַׁר Ditatus ſeu diues eſt. locupletatus eſt. Oſeę. xij. Diues effectus ſum. et Iob. xv. Non ditabit et non perſeuerabit ſubſtantia eius. Inuenit etiam in alia forma intrāſitiue p̄s. xlix. Ne timueris cum diues factuſſuerit homo. inuenit etiam tranſitiuū. ut. i. Regū. xvij. Virum q̄ percuſſerit eum ditabit rex diuitiis magnis. Inde nomē diues. Iſaię. liij. Et diuitē ꝓ morte ſua. etp̄r Eccleſiaſtis. x. Et diuites ſedere deorſum.

עָשַׂר Decimauit. i. Regū. viij. Et uineaꝝ redditus addecimabit. & Geñ. xxviij. Cunctorū quę dederis mihi decimas offerā tibi. Inde nomen decima uel decimatio. Malachię. iij. Inferte omnem decimam. & Nūeri. xviij. Decimas quas dedi uobis. ubi ponit hebraice in ſingulari numero. & p̄r declinat in forma fœminina. ut ī eodē loco ubi iterꝝ in-

tulcauit translator oīa. sed hebraice ita uerbum e uerbo legitur. Sic offeretis etiam uos primitias domini de oībus decimis uestris quas accepistis a filiis Israel. dabitisq; de eo primitias dñi ipsi Aarō sacerdoti. cętera uide infra in uolumine sequēti de nominibus numeralibus.

עֲשׂוֹר Instrumentum musicum a decem nominatum, quod nos decachordum uocamus. p̄s. xcij. In decachordo psalterio. et psalmo cxliij. In psalterio decachordo psallam tibi.

עֲשֻׁת Purum. candidum. mundū. purgatum. Cantico rū. v. Venter eius eburneus. hebraice sic. Venter eius purum seu candidum ebur. quasi diceret sicut candor eboris. Inde uerbum nominaq; urbalia. Ezechielis. xxvij. In nundinis tuis proposuerūt ferrum fabrefactum. rectius ferrum purgatum, quod nos dicimus chalybeum. vnde uersiculum Iob. xij. Lampas contempta apud cogitationes diuitum parata ad tempus statutum. sic intelligit rabi Dauid kimhi q; Iob de seipso dicat q; sit teda contempta quę antequam fuerit ad puritatem restituta tunc paratus sit ad nutationem pedis. et placet ualde hic intellectus quia uerborū proprietati est propior et bona comparatio. sicut si quis noctu per plateas ambulat cū lucerna quę incipit exiccari ac tenebrescere. ambulans uult eū emūgere atq; purificare. et inter emundandū iam offendēs ad lapidem pedes cadit. sic igitur uerbum e uerbo legit. Teda neglecta ad purificationem statuta parata ad nutationē pedis.

עֲשֹׁת Recogitauit. Ionę. i. Si forte recogitet deus de nobis. Inde nōmen cogitatio. p̄s. cxlvi. Peribunt omnes cogitationes eorum. scribiturq; prima per sęgol.

עֲשָׁתֵי Ponitur pro uno uel una quando iungitur aliis nominibus numeralibus. sicut infra in libro tertio inuenies Zacharię. i. vndecimi mensis sabat. Exodi. xxvi. Saga cilicina undecim.

עֲשְׁתָּרוֹת Oues fœmellę. Deutero. vij. Gregibus ouiū tuarum.

עֵת Tempus. Gen̄. xxix. Nec est tēpus ut reducantur ad caulas greges. et pluraliter in masculino. Iob. xxiiij. Ab omnipotente nō sunt abscōdita tempora. et in fœminino. ut psalmo. xxxi. Et in manu tua sunt

tempora mea.quod nos legimus ſortes meę.& p̃s.x.ubi nos legimus. In oportunitatibus in tribulatione.hebraica ueritas teſte Hieronymo habet ſic.In temporibus anguſtię.

עַתָּה Iam.nunc. uolunt eſſe deriuatum a ſuperiore uocabulo tem poris.nihil enim habemus de tempore niſi preſens nunc.p̃s.cxiij.Ex hoc nunc et uſq; in ſeculum.ideſt a tempore ad eternitatem.

עָתִיד Iminens.futurus.Iob.xv.Sicut regẽ qui preparatur ad preliũ. ideſt rex affuturus prelio pro incendio. & Eſter.viij. Paratos eſſe iudeos ad capiendam uindictam.verius ſic.Eſſe iudeos futuros ad diem illum uindicare &c̃.ſic Iob.iij.Qui parati ſunt ſuſcitare Leuiathan.

עַתּוּדִים Hirci.p̃s.l.Neq; de gregibus tuis hircos. ſunt autem ma gni hirci capraꝝ aſcẽſores ſic nominati. nã parui uocant̃ שְׂעִירִים vt Leuitici.iiij.Hircum de capris immaculatum.ſignificat autem quã doq; tranſumptiue maiores in pplo qui precedunt ſicut hircus gregẽ.

עָתַם Obſcurauit.paſſiuum eius eſt in uſu.Iſaię.ix.In ira dñi exerci tuum conturbata eſt terra.ſed rabi Dauid kimhi interpretatur obſcu rata eſt terra.

עָתַק Veterauit.antiquus fuit. Iob.xxi.Quare impij uiuunt ſuble uati ſunt confortatiq; diuitiis.p ſubleuati ſunt rectius hebrei loquunt̃ inueteraueruntſeu fiunt ueteres atq; ſeneſcunt. & ſimul atq; ſunt lon gœui roborantur etiam diuitiis.hoc eſt augẽtur et fortificantur.ſic.i. Paralip.iiij.Hec autem uerba uetera.&.i.Regum.ij.Recedant uetera de ore ueſtro.& p̃s.xxxi.Que loquuntur aduerſus iuſtum iniquitatẽ. pro quo Hieronymus ſic.Que loquũtur contra iuſtum dura ideſt du rabilia et inueterata. et rabi Salomon exponit illa antiqua que antea locuti erant ad Saul ſuper Dauid ſcilicet quod quereret ei malum. q̃d tamen non fuit uerum.ut.i.Regum.xxiiij. Exponit autem ſecũdo etiã aliter idem Salomon iuxta ſecundam ſignificationẽ que infra patebit. Item pſalmo.vi.Inueteraui inter omnes inimicos meos.

עָתַק Tranſtulit.Iob.xiiij.Et ſaxum tranſfertur de loco ſuo.i.rece

dit.euellitur.et eiusdem.ix.Qui transtulit montes et nescierunt. et Genesis.xij.Et inde transgrediens ad montē.glossa rabi Salomonis dicit. Et trāstulit inde tabernaculum suum ad montem. Inde qui uertit unā linguam in aliam,uel qui scribit unum librū ex alio hoc uocabulo nominatur et dicitur transferre.Prouerbiorum.xv.Hę quoq; parabolę Salomonis quas transtulerunt uiri Ezechię.

עתר Orauit.rogauit.deprecatus est.Iob.xxxiij. Deprecabit deum & placabilis ei erit. & sępe ponitur Exodi.viij. Orate dñm ut auferat ranas.Item infra.Quando deprecer pro te.Item ibidem. Rogate pro me.Item egressus a te orabo dñm.et Sophonię.iij.Inde supplices mei.

עתר Derogauit. importune adorsus est. superbiuit. Ezechielis xxxv. Et derogastis aduersum me uerba uestra.idest superbe locuti estis aduersum me uerbis uestris.

פֵּאָה תלתים ת׳ ונורת

Inis.terminus.latus.particula angularis. Exodi.xxvi. Quarꝫ
f xx. erunt in latere meridiano.et infra. In latere q̊qꝫ ſecundo
quod uergit ad aquilonē.etplr eiuſdem.xxv.Et pones eos in
quatuor angulis.Inde oritur uerbū quod ſignificat ſecundū pręcepto
rem meum Iacobū iehiel diſpergere per angulos orbis. Deute.xxxij.
Et dixi ubi nam ſunt.quod pro linguę ꝓprietate legi deberet ſic.Dixi
diſpergam eos per angulos ſeu latera orbis.ſecundum primā ſignifica
tionem intelligunt uerſiculum illum Leuitici.xix. Neqꝫ in rotundum
tondebitis comam,ideſt fines uel angulos capitis ueſtri.ſic eodem in
loco.Nec radetis barbam.rectius ſic.Neqꝫ perimas finem barbę tuę.
& ſic ſignificat cincinnos capitis ſeu barbę.

פְּאֵר Gloria. και μεγαλοπρεπεια Iſaię.lxi.Et darem eis coronam pro
cinere.pro quo rectius ſeptuaginta interpretes uerterunt gloriam ꝓ
cinere.Inuenitur in fine per duplex r.Nahum ſecundo. Inde uerbum
gloriari. ut Exodi octauo. Conſtitue mihi quando deprecer pro te.
pro quo rabi Salomon exponit gloriare contra me.hoc eſt. habeas tu
illam gloriam ut eligas tibi tempus. quam gloriam ego deberem ha-
bere ſcilicet ut mea eſſet electio.ſic recte Iudicum ſeptimo. Ne glorietꝫ
contra me Iſrael.ſimiliter Iſaię decimo. Nunquid gloriabitur ſecuris
contra eum qui ſecat in ea.Inde ſub alia forma nomen gloria.pſalmo
lxxxix.Quoniam gloria uirtutis eorum tu es.ideſt μεγαλοπρεπεια &
ſic eſt unum de decem numerationibus in cabala.Item inuenitur ſigni
ficare ramum.

פַּג Ficus immatura.et dicitur groſſus. Canticorum ſecundo. Ficus
protulit groſſos ſuos.

פִּגֻל Prophanatum.execrabile.abominabile.ſic enim rabi Salomō
exponit Leuitici.xix.Prophanus erit et impietatis reus.ideſt execra-
bilis. abominabilis et prophanatus. ſic Ezechielis quarto. Et non eſt
ingreſſa in os meū omnis caro immunda.ideſt execrata et ꝓphanata.

פָּגַע Occurrit.obuiauit.precatus eſt.orauit. interceſſit. Geñ.xxxij.

Fuerũtq; ei obuiam angeli dei.et Geñ.xxiij.Intercedite pro me apud ephron.& Ioſue.ij.Ne forte occurrant uobis reuertentes.Amos.v.& occurrat ei urſus.et ſignificat cõtingere.Exodi.v. Ne forte accidat nobis peſtis aut gladius.ideſt contingat ſeu apprehendat nos &c.et pro eo quod legitur Iſaię.xlvij.Non reſiſtet mihi homo. hebręi legũt.nõ orabo hominem.

פֶּגֶר Cadauer. quod deſcribit rabi Dauid kimhi in libro de radicibus corpus ſine ſpiritu.ſic Amos.viij.Multi moriẽtur. rectius ſic.Plurimũ cadauer ſupple erit.etpluraliter Iſaię.lxvi.Et uidebunt cadauera virorum.Inde ſignificat ruinam et interitum mortuorũ. Nahum.ij. Et grauis ruinę.ſignificat etiam tardare.

פָּגַשׁ Occurrit. alij dicunt apprehendit. Exodi.iiij.Occurrit ei dominus et uolebat occidere eum. quod quidam hebręorum legunt apprehendit eum dominus.ſed primum uerius.ſic Geneſis.xxxij. Quænam ſunt iſtę turmę quas obuiam habui.

פָּדָה Liberauit.eruit.redemit.ſoluit.abſoluit.p̃s.lv.Redimet in pace animam meam.et pſalmo.cxxx.Et ipſe redimet Iſrael. Inde nomen redemptio.pſalmo.cxi.Redemptionem miſit dominus populo ſuo.& in alia forma pſalmo.xlix.Et precium redemptionis animę ſuę.et iccirco quandoq; ſic dicitur. precium ſolutionis et liberationis. In alia forma Numeri tertio.In precio autem ducentorum.

פַּדָּן Campus et planicies in lingua Iſmaelitarũ ſeu Saracenorę.et dicit a nr̃is meſopotamia quę grece ſecũdũ Strabonẽ dicit cœloſyria.ut ſupra diximus in uocabulo aram.eſt aũt cãpeſtris locus int̃ duo flumina tigrim et euphratẽ unde meſopotamia grece nominat̃.Geñ.xxviij. vade et pficiſcere in meſopotamiã ſyrię.nã duę ſunt ſyrię. una campeſtris q̃ dicit̃ meſopotamia.et uocat̃ hebraice ſic פַּדָּן אֲרָם ut ſupra Geñ.xxviij.Et altera mõtana q̃ dicit̃ ſyrophœnicia.ſed hebraice uocatur אֲרָם צוֹבָה .ij.Regũ.x.cõduxerũt mercede ſyrũ rehob et ſyrũ zoba.a primo deriuari q̃dam putãt locũ quendã ꝓpe Emaum ciuitatem dictum אַפְּרַיִם cata protheſin literę aleph.Danielis undecimo.Et figet tabernaculum ſuum apedno ideſt ſecundum Hieronymum apud Nicopolim.ſed communiter in lingua iudęorum ſigni

ficat palatium ſeu domum regiam ſiue dominicam,quam ſępe templū nominauit antiquitas.nam priſci hebręorum magiſtri palatium uocauerunt אַפַּדְנָא vnde rabi Gerſon in cōmentariis ſuper Danielē in uerbo allegatę authoritatis ſuper montem inclytum dicit ꝙ ibi fuerit ędificata domus ſanctuarij ideſt templum. quapropter ſenſus erit ꝙ antichriſtus inter duo maria figet tabernacula ſua pro templis in quibus adoretur.

פְּרַע Liberauit.abſoluit.Iob.xxxiij. Libera eum ut non deſcendat in corruptionē.rabi Salomō ſcribit quod litera ain hic ſtet pro aleph. quod poſſet pro he cōmutari,quapropter idē ſignificabit q̄d בְּרַח de quo ſuperius locuti ſumus.caue autem quoniam non eſt ſimile illi quod legitur Prouer.iiij.Fuge ab ea nec tranſeas per illam,iſtic enim ea dictio per res ſcribitur et nō per daleth. quamuis errore impreſſorum in aliquibus libris per daleth ſcriptum inueniatur.

פְּרֹר Truncus mutilus. Leuitici.i. Caput et cuncta quę adhęrent. hebraice ſic.Caput et truncum ſuper ligna.

פֶּה Os oris.Exodi.iiij.Quis fecit os homini.et trāſumptiue dicimus vno ore laudabant filium. ideſt omniū conſenſu laudabat filius.et nota ꝙ quando per continuitatem conſtructionis regit caſum, tunc he mutat in iod.ut Ioſue.ix.Et os dñi non interrogauerunt. vnde manifeſtum eſt ꝙ in allegato Exodi uerſiculo non debet ſcribi hominis ut regatur a nomine os,ſed homini in datiuo ut regatur a uerbo fecit. ſimiliter legitur per iod ſine he quando iod primam perſonam ſignificat quod patet infra in arte grammatica.ut pſalmo .xlix. Os meum loquetur ſapientias.et quandoq; mutatur he in aleph.

פֹּה Hic.in hoc loco.Iſaię.xxij.Quid tibi hic aut quis tibi hic.

פּוּג Hęſitauit.uacillauit.Habacuk.i.Propter hoc lacerata eſt lex. rectius ſic.Hęret ſeu uacillat lex.quam dictionē tranſlatio noſtra circūloquitur ambagibus nō multum aptis.Geñ.xlv.Iacob quaſi de graui ſomno euigilans tamen non credebat eis. q̄d recte uerbū e uerbo ſic legi deberet.et uacillauit ſeu hęſitauit cor eius quoniā nō credebat eis.

פּוּחַ Afflauit. aſpirauit. Canticorum ſecundo. Donec aſpiret dies. et eiuſdem libri capitulo quarto. Perfla hortum meum. eo nomine vocantur fauillę ſuffumigiorum fornacis fabri ęrarij. ut Exodi. ix. Tollite plenas manus cineris de camino. Inde aliud uerbum. pſalmo. xij. Fiducialiter agam in eo. quod hebraice legitur. ſpirabit in eo. nō a ſpe ſed a flatu ac ſpiritu.

פַּח Laqueus. pſalmo. cxxiiij. De laqueo uenantium laqueus contritus eſt. & pluraliť pſalmo undecimo. Pluet ſuper peccatores laqueos. ſed mihi uidetur conuenientius exponi debere de carbonibus eo ꝙ ſequitur ignis et ſulphur &c̄. nam פֶּחָם ſignificat carbonem. ut Iſaię. liij. Fabrum ſufflantem in igne prunas ſeu carbones. et ideo hāc dictionem huc locaui.

פַּח Aes percuſſum in modum bractearum. quas tranſlatio noſtra laminas appellat. Numeri. xvi. Producatq; ea in laminas. & Exodi xxxix. Inciditq; bracteas aureas.

פּוּט Libya ſecundum Hieronymum in libro hebraicarum quęſtionum. Ieremię. xlvi. Fortes ęthiopię et libię.

פּוּךְ Fucus quo mulieres ornant oculos. quod tranſlatio noſtra ſtibium appellat. forſitan compoſitum ex herba ſtibe quam Dioſcorides in libro de ſylua medicinali tertio ſcripſit oculis auferre rubedinē. quarto Regum nono. Depinxit oculos ſuos ſtibio. et Ieremię quarto. Et pinxeris ſtibio oculos tuos. quandoq; tranſferunt gemmā et aiunt eſſe carbunculum.

פּוֹל Faba. Ezechielis quarto. Et fabam et lentem.

פּוּן Attonitus fuit. hęſitauit. dubitauit. p̄s. lxxxviij. Exaltatus aūt humiliatus ſum et cōturbatus. q̄d Hiero. ſic. Portaui furorē tuū et cōturbatuſſum. rectius ſic. Tuli terrorē tuū et attonitus hęſito ſeu dubito. Inde particula pen. ne forte. Iſaię. xxvij. Ne forte uiſitetur contra eam. & eſt particula dubitatiua.

פּוּץ Diſſipauit. diſperſit. diuiſit. Geñ. xi. Antequā diuidamur in uniuerſas terras. et Zacharię. xiij. Et diſpergent̄ oues gregis. et quādoq; geminat zade. ut Habacuk. iij. Et cōtriti ſunt montes ſęculi. ideſt diuiſi ſunt. & aſſumit alias quoq; paſſiones.

פַּרְקָה Offensio et singultus cordis.i.Regum.xxv. Nō erit tibi hoc in singultum. Inde nutatio et membrorum dissolutio.Nahum.ij.Et dissolutio geniculorum.

פָּרַךְ Traduxit.eduxit.hausit.Prouerbiorum.xvij.Et hauriet iocunditatem a domino.idest traducet uoluntatem a deo.

פָּרַר Cecidit.Inde uerbum transitiuum quod est cadere fecit.irritū fecit.dissoluit.dissipauit.p̄s.xxxij. Dominus dissipat consilia gentiū. vel secundum Hieronymū dissoluit consilia.Geñ.xvij. Quia pactum meum irritum fecit.et in alia forma geminata res litera inuenitur p̄s. lxxiij.q̄d nos legimus. Tu confirmasti in uirtute tua mare. id rectius vertit Hieronymus. Tu dissipasti.Inuenitur quoq; duplicare seipsam dictionem פַּרְפַּר Iob.xvi.Ego ille quondam opulentus repente contritussum.rectius de uerbo ad uerbum sic. Opulentus fui et fregit seu dissipauit me siue oppressit me.nā ab opprimendo פּוּרָה signi ficat torcular.Isaię.lxiij. Torcular calcaui solus.

פּוּר Sors.Ester.iij.Missa est sors in urnam. quę quidem sors dicebatur pur non urna.quod postea textus aperte dicit.Et misit phur.q̄d nostra lingua uertitur in sortem.et sequitur. Ex illo tempore dies isti appellati sunt purim idest sortiū.eo q; pur.i. sors in urna missa fuerit.

פָּרַשׁ Increuit.abundauit.diffusum est.Habacuk primo. Et diffundentur equites eius.& Malachię quarto.pro eo quod translatio nostra tenet. Et salietis sicut uitulus de armento. hebręi rectius legunt sic.Et crescetis sicut uituli ad pręsepe.& putant ab hoc uerbo nominatum esse maximum fluuiorum phison. qui Hieronymo teste in libro quęstionum hebraicarum ganges putatur. propter eius incrementū et exundantiam.In eum enim ut Plinius notat naturalis historię libro quinto fluere dicuntur vndeuiginti amnes.sed rabi Salomon scribit quod sit Nilus.sæpius enim inundat ferme totam ægyptum potissimū sole in cancro existente.qui prius Melo dicebaṫ.ut scripsit Seneca de situ Indiæ.et est unus ex maioribus totius orbis.cuius ortus nesciṫ.

vt Lucanus in libro.x. Arcanum natura caput non prodidit ulli. Nec licuit populis paruum te Nile uidere.

פְּרָת Cardo oſtij.iij.Reg.vij.Et cardines oſtiorū domus interioris.

פָּוַז Conualuit. fortificatus eſt et roboratus. Geñ.xlix. Et diſſoluta ſunt uincula brachiorum et manuū eius. rabi Salomon uidetur hanc ſententiam exponere uelle ex ſequēti uocabulo quod aurū ſignificat. vt ſic intelligatur. Et deaurabunt brachia manuū tuarum de manibus fortis Iacob. ideſt a domino qui eſt fortis hoc eſt deus Iacob. alij autē ut rabi Dauid kimhi legunt ſic. Et fortificabunt brachia manuū tuarū. ſic.ij.Regum.vi. Subſilientem atq; cantantem coram domino. rectius viriliter ac fortiter agentem et ſalientem coram domino.

פָּז Aurum obrizum optime purgatū. p̄s.xxi. Poſuiſti in capite eius coronam de lapide precioſo. quod rectius multo Hiero. ſic. Pones in capite eius coronam de obrizo. &.iij.Regum.x. Et ueſtiuit eum auro fuluo nimis. ideſt auro aureo, hoc eſt purgatiſſimo. ſcilicet maximi ualoris. ut alludat ſuperiori uocabulo. et hic pręponit mem litera appenſilis. ſed eius loco qñq; pręponit aleph in eodē ſignificato. ut Danielis x. Et renes eius accincti auro obrizo.

פָּזַר Diſperſit. diſſipauit. prodegit. p̄s.liij.. Quoniā deus diſſipauit oſſa eorum. et Ieremię.l. Grex diſperſus Iſrael. & p̄s.cxli. diſſipata ſunt oſſa noſtra ſecus infernum.

פָּחַד Timuit. formidauit. pauit. territus eſt. Iſaię.xxxiij. Conterriti ſunt in ſion peccatores. et p̄s.xiiij. Illic trepidauerunt timore. ſequens dimidius uerſiculus ſecundum priſca uolumina obeliſco confodiēdus eſt. ſic etiam ſuperiores in eodem p̄s. uerſus tres ab eo qui incipit. Sepulchrum patens. uſq; ad eum qui deſinit ante oculos eorum. nō inueniūtur illic in hebraico. nec etiam in grēco apud idoneos. quare miror Nicolaum de lyra eum locum eſſe cōmentatum. laudoq; magis Burgenſem qui nō ita perfunctorie tranſiit. ſed eius notę meminit in additionibus ſuis aureis atq; precioſis. & Hiero. in pſalterio de hebraica veritate etiam eoſdem non poſuit. Item Oſeę.iij. Et pauebunt ad dominum et ad bonum eius. Inde nomē timor. pauor. ſtupor. formido.

terror.Gen̄.xxxi.Et timor Ishac fuiſſet mihi.& Iob.xv. Sonitus terroris ſemp in auribus illius.ubi numeri pluralis eſt nominis immediate pręcedentis. Item nomen aliud in alia forma pręcedente mem litera. Prouerbiorū.xxviij.Beatus homo qui ſemper eſt pauidus.

פַּחַד Teſticulus.Iob.xl.Nerui teſticulorum eius perplexi ſunt.

פַּחָה Princeps.dux.Nehemię.v.Annonas quę ducibus debebant non comedimus.pro eo quod rectius hebręi legunt.panem principis nō comedi.et quamuis hoc uocabulum ſit maſculinū et he finalis aſpiratio non ſignificet terminationem fœminini generis.tamen declinat ſecundum formam fœmininorū.ut in eodem loco. duces autē primi. vbi adiectiuum terminatur in maſculino genere. ſcribitur autē prima ſyllaba per ſęgol.ſed cum in continuitate conſtructionis regit poſt ſe genitiuū,tunc ſcribit per patha.Haggęi.i. Filium Saalthiel ducē Iuda. & qñq; finalis aſpiratio aufert ſequente ,pnomine ſubiūctiuo affixo.

פָּחַז Feſtinauit.uagatus eſt celeriter. cito ſuccenſuit.animoſus fuit. Sophonię.iij. ubi nos legimus. Prophetę eius uęſani. hebręi habent. profetę eius feſtinant.lxx.ab animoſitate et iracundo ſpiritu tranſtulerunt gręce ανεμματοφοροι ideſt ſunt ferentes ſpiritū.ſed aliter atq; propius accedit noſtra tranſlatio Iudicum.ix. Qui conduxit ſibi inter eos viros inopes ideſt uacuos et uagos ideſt leues qui poſſunt feſtinare.et Geneſis.xlix.Effuſus es ſicut aqua.pro feſtinanter eluctatus ſicut aqua non augeberis.

פַּחָם Carbo.pruna.Prouerbiorū.xxvi.Sicut carbones ad prunas & ligna ad ignem.et Iſaię.xliiij.In prunis et in malleis formauit illud.

פַּחַת Fouea.ij.Regum.xviij.Et proiecerunt eum in ſaltu in foueā grandem.declinat in maſculino etpluraliter ſic.ij.Regū.xvij. Forſitan nunc latitat in foueis aut in uno quo uoluerit loco.et Leuitici.xiij. Eo q; in foſſa ſit in ſuperficie uel per totum lepra.rectius.humiliata et diminuta ſit.unde eo uocabulo utuntur magiſtri hebręorum cum per modum adagij dicere uolunt.ne quid minus ne quid nimis.

פִּטְדָה Lapis precioſus quē noſtra tranſlatio topazion nominat. Exo.xxviij.In primo uerſu erit lapis ſardius et topazius. & quia ſigni-

ficat lapidem uiridem,ideo uariant interpretes et expoſitores ſcriptu rarum.alij enim paſſiuum uolunt eſſe a colore uiridi nominatum. & fortaſſe non abſurde,eoquod quoddam genus topazij praſſoidē di cūt.alij ſmaragdum quę et ipſa uiridis eſt.et authore Iuba ſmaragdus illa eſt acriter uiridis quę apud ęthiopas naſcit̄,& a Plinio laudata ſcri bitur.vnde illud Iob.xxviij.Nō adęquabitur ei topazius de ęthiopia. ego putarem rectius exponi de ſmaragdo quam topazio. ſcripſit enī rabi Ionas qui linguam quoq; arabicam calluit,quod lapis iſte quem preſens uocabulum ſignificat arabice nominetur ſmerad.

פָּטַר Dimiſit.emiſit.declinauit.ſeceſſit.i.Regum.xix. Et declinauit Dauid a facie Saul.ubi legitur neutraliter.ſed actiue ponitur.ij. Para lippomenon.xxiij.Siquidem Ioiada pontifex non dimiſerat abire tur mas.ſignificat etiam aperire.ut Prouerbior̄.xvij. Qui dimittit aquā caput eſt iurgiorum.ideſt qui aperit aquam ſcilicet retentam. & mani feſtius legitur Exodi.xxxiij.Om̄e quod aperit uuluam meum erit.& ibi ſcribitur ſex punctis.& in genere fœminino Numeri.vij. Pro pri mogenitis quę aperiunt omnem uuluam.et deriuatur a ſuperiore ſi gnificato,eoquod primogenitum om̄e primum emittitur et erumpit ex matrice.Inde dicuntur prominentes ſculpturę quod uel emittātur vel aperiant ſe.ut legitur tertio Regum ſexto. Et cęlaturas ualde emi nentes.quod paulo ſuperius traducitur. & picturas uarias quaſi pro minentes de pariete et egrediētes.Ecce ab utroq; ſignificato eſt inter pretatus author quiſquis fuerit.

פַּטִּישׁ Malleus grandis et ponderoſus.Ieremię.xxiij. Et quaſi mal leus conterens petram.& Iſaię.xli.Faber ęrarius percutiens malleo.

פִּיר Deſtructio ſeu ruina. Prouerbiorū.xxiiij.Et ruinam utriuſq; quis nouit.& Iob.xxxi.Si gauiſus ſum ad ruinam eius qui me oderat.

פִּים Pinguedo aruina.Iob.xv. Et de lateribus eius aruina depēdet.

פָּלַט Eliquuit.egreſſum.elapſum.eluctatum eſt.redūdauit.exiuit. Ezechielis.xlvij.Et ecce aquę redūdantes a latere dextero. Inde פֶּלֶס lēticula.i.Regū.x. Tulit aūt Samuel lenticulā olei.ęa ex ea liquit̄ oleū.

פלל Fecit debitum. egit quod iuſtum eſt. ius dixit. executus eſt iuſticiam. iudicauit. i. Regum. ij. pro eo quod nos legimus. Si peccauerit vir in uirum placari ei poteſt deus. ſi autē in deum peccauerit uir quis orabit pro eo. ibi hebraici ſermonis docti ſic interpretantur. Si peccauerit uir erga uirum iudicabit eum iudex. ſi autem erga dominū peccauerit uir quis conſtituet iudex ei. et hic memento quod te ſupra docui elohim ſignificare etiam iudicem. ſed tetragrāmaton ſolum deum. ut hęc latius determinat rabi Moyſes ęgyptius libri primi perplexorum capite ſecundo. quę faciunt ad intelligentiam ſupra citati prophetę eli verſus. prima enim ideſt noſtra tranſlatio non concordat cum ſancto Iacobo qui ait. Infirmat quis in uobis inducat presbyteros eccleſię & orent ſuper eum, et oratio fidei ſaluabit infirmū. et ſi in peccatis ſit remittentur ei. ergo qui peccauerit contra deū is aliquos habere poteſt qui orent pro eo, et ex ea oratione remittētur ei peccata. Item legitur p̄s. cvi. ſecundum noſtrā trāſlationē. Stetit phinees et placauit et ceſſauit quaſſatio. ubi certum eſt quod Phinees nulla oratiōe ad deū uſus eſt, ſed ſola iuſticię executione. ſicut ſcribitur Numeri. xxv. quare nō poteſt hoc uerbum ad orationē et ſupplicationis placationē trāſferri. ſed ad iudicij rigorem et executionē iuſticię. ſicut etiam Ionathas chaldęus in ſupra memorato uerſu qui ponitur. i. Regū. ij. expreſſe approbat. Inde nomen Iob. xxxi. hoc enim nephas eſt et iniquitas maxima. rectius ſic. hęc eſt iniqtas rigoroſe iudicāda. accipitcꝫ iod cata epenthesin. ſignificat autē huiuſcemodi uerbū in forma cōiugationis hithpael etiam orare et rogare. Geneſis. xx. Et orabit pro te quia propheta eſt. & infra. Orante autem Abraham ſanauit deus Abimelech. Inde nomen oratio. ut in titulo pſalmi nonageſimi. Oratio Moyſi hominis dei. & quarto Regum uiceſimo. Audiui orationem tuam. & a ſuperiore ſignificato deducitur. qui enim deum orat is petit ut eum iudicet ſecundum miſericordiam ſuam, et non reſpiciat ad multitudinem malorum quæ fecit.

פלא Ignotum. occultum. abſconditum. arcanum fuit. Deute. xvij. Si difficile et ambiguum apud te iudicium eſſe proſpexeris. quod Onkelus ſecundum aliquos libros ſic tranſtulit chaldaice. Cum liquidanda ſiue exponenda fuerit abſtruſa res aliqua. ſed alij hebręorū libri trāſla

tionem chaldaicam melius sic habent. Cum occultabitur seu operta a te fuerit res aliqua. & sic rabi Salomon exponit uersiculum illū Deuteronomij. xxx. Mandatū hoc quod ego prȩcipio tibi hodie nō supra te est. magis proprie ita uerbum e uerbo. quoniam prȩceptum illud q̄d ego p̄cipio tibi hodie non occultatū neq; apertū est a te. ubi ponit̄ prȩsens uerbū. Inde dictus est is cuius nomen non profertur פלוני ideſt ille talis uel illa talis. uel aliquis nobis notus. uel quidā. Ruth. iiij. Sede hic uocans eum nomine suo. quod corrupte legit̄. sic enī ueritas habet. Sede hic aliquis uiduus. quasi diceret. sede huc homo uiduate. & retinet hoc uocabulum eandem significationē quam apud grȩcos habet ἄλφα ideſt quidam. scilicet cuius nomen proferre nolo. quam dictionem quāuis alij putant declinabilē dicentes in nominatiuo ὁ ἄλφας ego tamē apud Philostratū de uita Apollonij libro. iij. inuenio ὁ ἄλφα & in euāgelio Matthȩi capite. xxvi. Ite in ciuitatē ad quendā τον ἄλφα ab arcano etiam et ignoto deriuatur id uocabulum quod sequitur.

פלא Miraculosum. mirabile. miraculum. mirificum. Exodi. xv. Faciens mirabilia. ideſt faciens miraculum. & pluraliter threnorum primo. Deposita est uehementer. Rectius sic. Et paruifecit miracula. & in fœminino. ut psalmo. cxix. Mirabilia testimonia tua. & Isaiȩ. ix. Et uocabitur nomen eius admirabilis. pro miraculosus seu mirificus. ut hȩc clarius in capnione nostro scripsimus. Inde uerbum transitiuum. psalmo. xvij. Mirifica misericordias tuas. ubi in quibusdā libris hebraicis mutatur aleph in he potissimum in nuper impressis. & quamuis in ueteribus quibusdam membranis habeam per aleph scriptum, tamen possideo alterum etiam antiquissimum uolumen pergamenum in quo per he aspirationē finalem loco aleph inuenitur. & psalmo. xxxi. Quoniam mirificauit misericordiam suam mihi. huic etiam nomini prȩponitur nun. psalmo. cv. Mementote mirabilium eius. prȩponitur ei etiam quandoq; mem. ut Iob. xxxvij. Magnas et perfectas scientias. & a superiore uocabulo dicitur illud quod legitur Numeri sexto. Cū fecerint uotum ut sanctificentur et se uoluerint domino consecrare. quod uerbum e uerbo sic transfertur. Vir siue mulier cum se occultauerit. segregauerit. seu absconderit ad uouendum uotum nazarȩi siue monachi. et sic more superioris uocabuli significat segregationem.

פָּלַג Diuisit.partitus est.Gen̄.x.Eoq̄d in diebus eius diuisa sit terra. Inde riui partiti et diuisiones aquarꝝ,quas nr̄a trās̄latio flumē appellat. p̄s.lxv.Flumē dei repletū est aquis.sed Hiero.magis ꝓprie.Riuus dei plenus aqua.et scribit sex pūctis.etplr p̄s.i.et erit tanq̄ lignū plantatū secus decursus aquarꝝ.Hiero.sic.iuxta riuulos aquarꝝ. et in alia forma Iob.xx.Non uideat riuulos fluminis torrentis mellis et butyri.

פִּלֶגֶשׁ Cōcubina.uxor.Gen̄.xxxv. Et dormiuit cū Bala cōcubina p̄ris sui.etplr in forma fœminina.ij.Re.xx. Decē mulieres cōcubinas.

פֶּלֶד Teda.q̄d nostra trās̄latio habenā traduxit. Nahū.ij.Igneq̄ habenq̄ currus.sed doctores per metathesin putāt oriri a לַפִּיד.i. fax. quę figura in usu frequens est iudęis.ut in arte grammatica.

פָּלָה Separauit.segregauit.discriminauit. Exodi.viij. ꝓ eo q̄d nos legimus.Faciāq̄ mirabile in die illa terrā gessen. hebraica ueritas sic habet uerbū e uerbo.Et separabo in die illa ipsam terrā gosen q̄ est populi mei stantis sup eā ut nō sit illic animal nociuū. vidisti enī supra q̄d cū significat mirabile tūc terminat in aleph.sic p̄s.iij. ꝓ eo q̄d nos legimus nō cōsyderata orthographia.quoniā mirificauit dn̄s sanctū suū. uel secundū Hiero. mirabilē reddidit.ibi hebraica ueritas habet. quoniā segregauit dn̄s sc̄tm̄ sibiipsi.significat aūt secūdū q̄sdā māifestare.

פָּלַח Dissecuit.fidit. diuisit.bipertitus est.dimidiauit.Prouer.vij. Donec trās̄figat sagitta iecur eius. idest diuidat. findat. et Iob.xvi.conuulnerauit lumbos meos.hebraica ueritas sic.dimidiauit renes meos. Inde nomen פֶּלַח fragmen.seu alicuius rei dimidium.Iudicum.ix. Et ecce una mulier fragmen molę desuper deiiciens.et Canticorū.iiij. Sicut fragmen mali punici.idest sicut dimidium pomi. cuius trās̄lationis paulo post oblitus est interpres eiusdem libri capite sexto cum ait. Sicut cortex mali punici.

פָּלַט Euasit.saluatus est.Ezechielis.vij. Et saluabūtur qui fugerint ex eis.idest euadent. Inde nomen euasor. Gen̄.xiiij.Et ecce unus qui

euaſerat.& in Abdia propheta legitur.nec ſtabis in exitibus ut interficias eos qui fugerīt.Inde uerbū tranſitiuū.ij.Regū.xxij. Saluabis me a cōtradictionibus ppli mei.pro eo qđ dicere debuit.Facies me euadere.alia ſignificatio huius uerbi proxima iſti eſt.eijcere. ꝓijcere uel dimittere.Abdię.vi.Apprehēdes et nō ſaluabis. rectius ſic. Apphēdes et nō eiicies.et ſequit.et qs ſaluaueris in gladiū dabo.i.et ſi qs eieceris.

פלך Fuſum mulieris ſignificat.ij.Regū.iij. Et tenēs fuſum et cadēs gladio.et Prouer.xxxi.Et digiti eius apprehēderunt fuſum. Significat etiā comitatū ſeu prefecturā collegij alicuius comunitatis ſeu pagi. ſic legitur Nehemię.iij. Princeps uici Ieruſalē. et infra. Princeps medię partis uici Ieruſalem.et infra.princeps pagi maſpha.i.prefectus comitatui huius uel huius loci.

פלס Regula pōderis.hoc eſt ferrū indicans equilibrā. que lingula ſiue amuſſis dicit.Iſaię.xl.Et librauit in pondere mōtes.i.in regula.& ſic capit in artibus ꝓ regula.ſimilit Prouer.xvi.Pondus et ſtathera iudicia domini ſunt.Inde uerbū qđ ſignificat equilibrare. pōderare. regulare.iuſtificare.rectificare. dirigere.Prouer.iiij.dirige ſemitas pedibus tuis. et eiuſdē libri.v.Per ſemitā uite nō ambulāt.hebrei ſic. Semitā uiuentiū ne libraueris.nā ſequitur uagi ſunt greſſus eius et inueſtigabiles.ſic Iſaię.xxvi.Rectus callis iuſti ad ambulandum.hebrei ſic. rectum inceſſum iuſti ponderabis ſeu librabis

פלץ Quaſſum eſt.horruit.tremuit.concuſſum eſt. Iob.ix. Et colūne eius concutiuntur.ideſt tremunt.Inde nomē tremor. Iſaię.xxi. pro eo quod nos legimus. Tenebre ſtupefecerunt me.veritas hebraica legit ſic.tremor terruit me.ubi interpres iterum ſicut alias ſepe oīa ad placitum ſuum inculcat etiam per totum ferme contextum orationis. aliter et rectius Ezechielis.vij.Et operiet eos formido.

פלש Inuoluit.obuoluit.Micheę.i.Puluere uos conſpergite. ueritas habet.Puluere inuoluaris ſeu inuoluere.In īperatiuo generis fœminini ſingularis numeri.ſimiliter Ieremię.vi.Filia ppli mei accingere cilicio et cōſpergere cinere.rectius ſic ītellige.tu filia uoluere ī cinere.

פן Neforte. Gen.xxvi. Neforte interficerent eum.et paulo infra.

Ne morerer ꝓpter eam.

פִּנָּה Angulus. Prouerbiorꝝ.vij. Transit.per plateã iuxta angulũ.

et paulo infra.Iuxta omnem angulum insidians.etpluraliter in genere fœminino Iob.i.Et concussit quatuor angulos domus. sed in genere masculino Zacharię.xiiij.Et usq; ad portam angulorum. et p̃s.cxviij. Factus est in caput anguli. Quia uero angulares domus sunt fortes. ideo fortalicium et turris robusta hoc uocabl̃o appellat̃. Sophonię.i. ubi nos legimus,super ciuitates munitas et super angulos excelsos. hebręi intelligunt super ciuitates munitas et super turres altissimas.et sic rabi Dauid kimhi exponit in commentariis super duodecim.

פְּנִינִים Margaritę.gemmę.precioſi lapilli.nostra trãslatio(nescio quare) uertit ebur antiquum. threnorum.iiij. Rubicundiores ebore antiquo.pro rutilant specie plus quam gemmę. intelligunt aliqui sic. plus quam coralij.

פְּנַג Nomen proprium loci in terra Israel.ubi frumentum nascitur optimũ.scilicet adminith.cuius meminit liber Iudicũ capite.xi.pergentibus a panag.Ezechielis.xxvij.Iuda et terra Israel ipsi institores tui in frumẽto primo balsamũ et mel et oleum et resinam proposuerunt in nundinis tuis.rabi Ioseph filius Gorionis exposuit ungentum balsami q̃d in Iereho inuenit̃ optimũ.unde etiã ei ciuitati nomẽ cõtigit ab odore suauissimo.Hiero.in uersu allegato scribit q̃d hoc uocabulũ Aqla Symmachus et Theodotion ita ut apud hebrę os positum est transtulerunt.pro quo.lxx.vngenta,et ipse balsamum uerterit.

פָּנָה Vertit. aduertit.respexit.animaduertit.Deutero.xxxi.Quia secutus est deos alienos.pro quo ueritas hebraica sic habet. Quia aduertit ad deos alienos.& Ieremię.ij. verterũt ad me tergũ et nõ faciẽ. Ezechiel̃.xxxvi.Quia ecce ego ad uos et cõuertar ad uos. et eiusdem xliij. Gradus autem eius uersi ad orientem..& aliud nomen eiusdem xliiij.Quę respiciebat ad orientem.et eiusdem.xi.Quę respicit ad solis ortum.et eiusdem.ix.Quę respicit ad aquilonẽ.i. quę facit respicere.

פָּנִי Vultus seu facies. eoq; respiciat huc et illuc.Geñ. decimosexto. A facie Sarai dominę meę ego fugio. Recipit autem mem et simul lamed in principio.Ionę.i. Vt fugeret in tharsis a facie dñi. et p̃s.cxiij.

a facie dei Iacob.& p̃s.xvij.De uultu tuo iudiciū meum prodeat. Inde ad faciem. in facie. in conſpectu. ante faciem. quę omnia exponimus coram.ut Geñ.xxv.Coram cunctis fratribus ſuis obiit.et talis locutio intelligitur uiuentibus omnibus fratribus.aliquando recipit in principio lamed ſolū abſcp̃ mem,et ſignificat ante.p̃s.lxxij. Ante ſolem permanet nomē eius.Inde nomē interior et interius quaſi anterius. & dicitur de tēplo interiore quod erat ante oraculū.iij. Regū.vi.Poſuitcp̃ cherubim in medio templi interioris. Illud aūt q̄d ſcribit̄ pſalmo.xlv. Omnis gloria eius filię regis abintus.intelligit̄ ſic cp̃ conſtet in uultu. et ſic he finalis eſt paragoge.quia uero ira hominis cernit̄ in facie eius, iccirco iram quocp̃ ſignificat.ut p̃s.xxxiiij. Vultus dñi ſuper facientes mala.ideſt ira domini.

פָּנָה Expurgauit.euacuauit.et ſcribitur per dagges.Geñ.xxiiij.Prę paraui domū et locū camelis tuis.rectius ſic.Euacuaui domum.& Sophonię.iij.Auertit inimicos tuos.i. ſecundū rabi Dauid kimhi ſuper duodecim.Euacuauit inimicū tuum.eſt enim numeri ſingularis.et ita euacuauit ut non ſit ipſe ultra in terra tua.pro quo allegat uerſiculum ſupra citatum.

פָּנַק Deliciauit.ſi latine dicere liceret.delicate pauit.in deliciis nutriuit.Prouerbiorū.xxix.Qui delicate nutrit a puericia ſeruum ſuum.

פֶּס Filum ſeu licium diuerſi coloris.Geñ.xxxvij. Fecitcp̃ ei tunicam polymitam.ideſt plurium filorum diuerſorum colorum.componitur aūt polymita a poly ideſt multū et mitos filum ſeu liciū.nō ſicut Lyra noſter deriuauit a pluralitate guttarū.fuerit autem ea tunica ſerica an non ſerica nemini conſtare poteſt ex textu.rabi Dauid kimhi in libro de radicibus dicit quod pānus eius tunicę fuit contextus ex multicoloribus filis quorum quodlibet propriam ſpeciem habuit. ergo ueritas ſcripturę ſic habet.Et fecit ei tunicam liciorum multicolorum.

פַּסָּה Placenta ſeu placentula.p̃s.lxxij.pro eo q̄d nos legimus. Erit firmamentum in terra in ſummis montiū. hebraica ueritas ſic habet. Erit placētula frumenti.rabi Dauid kimhi exponit ideſt particula frumenti.vbi Nicolaus de lyra putauit uitiū eſſe ſcriptoris.qui exſcripſit firmamentū pro frumentum.ego autem opinor quod contigit uitio

lxx.interpretum.Illi enim ex hebraico transtulerũt in grecum στερεωμα quod recte postea Hierony. de greco uertit in latinũ firmamentum. sed in suo de hebraica ueritate psalterio transtulit memorabile triticũ.

פָּסַס Finiuit.defecit.psalmo.xij.Quoniam diminutę sunt ueritates a filiis hominum.ideſt defecerunt. et secunda litera scilicet samech fortificat pũcto dagges.ut ostẽdat abiectõ per apocopẽ alterius samech.

פִּסְגָּה Excelsum.altum.nostra translatio ceu sit nomen proprium montis permisit hoc uocabulum intactum dicens Deuteronomij.iij. Ascende cacumen phasge.quod etiam Nicolaus de lyra ita exposuit. sed Onkelus chaldaice transtulit ascende ad caput seu uerticem siue cacumẽ excelsum aut altum.Inde oritur uerbũ transitiuũ. psalmo.xlviij. Distribuite domos eius.quod Hieronymus traduxit. separate palatia eius.sed rabi Salomõ exponit.exaltate palatia eius.et rabi Dauid kimhi.fortificate et munite regias seu palatia eius.

פִּסֵּחַ Claudus.Isaię.xxxv.Tunc saliet sicut ceruus claudus.& Leuitici.xxi.Si cęcus fuerit. si claudus.

פָּסַח Transiuit.transiliuit.transcẽdit.Exodi.xij.Transcendet ostiũ domus.et iterũ.Et uidebo sanguinẽ et transibo uos ideſt transiliam & non tangam uos.inde nomẽ פֶּסַח scilicet pasha.i.transitus. ut eodem in loco.est enim phasa ideſt transitus dñi.quod nos non recte dicimus pascha.quasi esset passio a greco πασχειν deriuatum. non enim sic a passione sed a transitu nominat. ut scribit Hieronymus in cõmentariis super Matthęum capitulo.xxvi. et sic pe principale scribitur per sęgol quando sacrificiũ illud pashę significat ad differentiam aliorum significatorũ.ut cum subsilire uel transilire denotat.ut,iij. Regũ.xviij. Vsqꝫquo claudicatis in duas partes.hoc est subsilitis.

פָּסַל Dolauit.sculpsit. incidit marmor.Deutero.x.Dola tibi duas tabulas lapideas. et Exodi.xxxiiij. Prędcide tibi duas tabulas lapideas. Inde nomen sculpturarum.Leuitici.xxvi. Non facietis uobis idolum et sculptile.et p̃s.xcvij.Confundantur omnes qui adorant sculptile. et pluraliter.p̃s.lxxviij.Et in sculptilibus suis ad emulationem eum prouocauerunt.sic Isaię.xlij.Et laudem meam sculptilibus.

פָּעָה Clamauit.uociferauit.quod translatio nostra traduxit locu-

tus eſt.Iſaię.xlij.Sicut parturiens loquar.et prępoſito aleph eſt genus ſerpentis quod uiperam dicimus.ut uidiſti ſupra in aleph.

פָּעַל Fecit. operatus eſt. Iſaię.xli. Quis hęc operatus eſt et fecit. & Micheę.ij.Et operamini malū in cubilibus ueſtris.Inde nomen opus. p̄s.ix.In opere manuum ſuarum comprehēſus eſt peccator. & pſalmo xlvi.Venite et uidete opera domini.

פַּעַם Vix uicis.una uice.ſemel.iam uel nunc.Prouerbiorꝝ.vij. Nūc foris nunc in plateis. & Geñ.xviij. Obſecro *domine ne iraſcaris ſi loquar* adhuc ſemel.et Geñ.xxvij.Et ſupplātauit me en altera uice ideſt bis. nam in ſingulari ſignificat ſemel uel una uice.in plurali ſignificat bis uel duabus uicibus.et ſic pluribus uicibus. ut Numeri.xiiij.Et tem ptauerunt me iam per decem uices.

פָּעַם Palpitauit. conſternatus.contritus et pulſatus eſt. Geñ.xli. Et facto mane pauore perterritus.rectius ſic. & palpitauit ſeu contritus eſt ſpiritus eius.ſic Danielis.ij.Et cōterritus eſt ſpiritus eius.Inde malleus quo aliquid conteritur.frangitur.aut percutitur.

פַּעֲמֹן Tintinnabulum.quam uulgo nolā dicimus. Exodi.xxviij. Mixtis in medio tintinnabulis ita ut tintinnabulum ſit aureū et malū punicum rurſumqꝫ tintinnabulum aliud aureum et malum punicum. In quo uerſu habes ſingularem et pluralē numerū et ſic declinationē.

פַּעַם Veſtigium.greſſus.pes.pſalmo.xvij. Vt non moueantur ueſtigia mea.& Prouerbiorum.xxix.Rete expandit greſſibus eius. ſic Iudicum quinto.Quare tardauerunt pedes quadrigarum illius. et Canticorum.vij.Quā pulchri ſunt greſſus tui in calceamentis.i. pedes tui.

פַּעְנֵחַ Vocabulum ægyptiacum. quod rabi Abraham teſte rabi Moyſe gerundenſi neſciuit interpretari niſi quod ſit nomen aliquod honorabile pręſidatus.pręfecturę ac magiſtratus.et rabi Salomō ſcripſit qꝫ in nullo loco biblię reperiatur niſi Geneſis.xli. Et uocauit eum lingua ægyptiaca ſaluatorem mundi.

פָּעַר Rictum aperuit.hiauit.pſalmo.cxix. Os meum aperui.et Iſaię

quinto. Et aperuit os ſuum abſq; ullo termino. & Iob. xvi. Aperuerũt ſuper me ora eorum.

פָּצָה Aperuit. Iudicum. xi. Aperui enim os meum ad dominum. & Ezechielis. ij. Aperi os tuum et comede. ideo tranſumptiue ſolet ali quando liberationem ſignificare, quaſi clauſtrorum aperturam.

פָּצַח Plauſit. iubilauit. cantauit. uociferauit. Iſaię. lv. Montes et colles cantabunt coram uobis laudem. & p̃s. xcviij. Cantate et exultate & pſallite.

פָּצַת Confregit. Micheę tertio. Et oſſa eorum confregerunt.

פָּצַל Fidit. decorticauit. Geñ. xxx. Ex parte decorticauit eas. et infra. Quam decorticauit. & ibi inuenies nomen quod ſignificat corticem. ſic enim recte legi deberet. Et excorticauit in eis cortices albos ſiue peripſemata alba. eſt autem corium ligni adhuc uirentis.

פָּצַם Fregit et fidit et diſſecuit atq; rupit. p̃s. lx. Comouiſti terram & conturbaſti eam. rabi Salomon exponit deſtruxiſti. diſſipaſti. fregiſti. rabi Dauid kimhi fidiſti. rupiſti eam. cui aſtipulatur Hieronymus qui traduxit ex hebraico dirupiſti eam.

פָּצַע Vulnerauit. Canticorum. v. Percuſſerunt me et uulneraue-runt me. & .ij. Regum. xx. Qui percuſſit eũ et uulnerauit. Inde uulnus per ſęgol ſcriptum. Iſaię. i. Vulnus et liuor et plaga tumens.

פָּצַר Compulit. coegit. flagitauit. et p uim traxit. Geñ. xix. Cõpulit illos opido. Inde legitur illud. i. Regũ. xij. Retuſę itaq; erant acies uomerum. hoc eſt coacta et diſtracta erant ora eorum. i. inſtrumentis ferreis erat multa uis illata ne forent apta ad proſcindendum.

פָּקַד Cenſuit. uiſitauit. ſtatuit. Geñ. xxi. Viſitauit aũt dñs Saram. et Exodi. iij. Viſitans uiſitaui uos. et eiuſdẽ. xxxij. Ego aũt in die ultionis ideſt uiſitationis meę uiſitabo et hoc peccatũ eor. & eiuſdem. xxxiiij. Qui reddis iniquitatem patrum filiis ac nepotibus. ideſt ſtatuis peccatum patrũ. multa habet deriuata, ſed omnia huc tendunt ut habeant in memoria quę fuerint bene aut male facta. & Iob. xxxiij. Quem conſtituit alium ſuper terram. ſignificat etiam deficere. deeſſe. i. Regum xxv. Nec aliquando defuit quicquã eis. et ſignificat quoq; numerare.

vt.i.Regum.xiij.Et recenſuit Saul populū.pro numerauit. ſic Numeri.i.Numerabitis eos p turmas ſuas.& Exodi.xxxvij.Hęc ſunt inſtrumēta tabernaculi teſtimonij q̄ enumerata ſunt inter pręceptū Moyſi. ſignificat etiam pręcipere.ut Ezrę.i. Et ipſe pręcepit mihi ut ędificarē ei domum.et p̄s.xix.Iuſticię domini rectę lętificantes corda.veritas hebraica habet.mandata ſiue pręcepta domini recta.ſignificat item reponere.ut Ieremię.xxxvij. Vt traderetur Ieremias in ueſtibulū carceris. pro eo quod legi deberet.Et repoſuit Ieremiam in ueſtibulū carceris. Inde nomen Leuitici.vi.Negauerit proximo ſuo depoſitum. ideſt repoſitum apud eum in manum fidelem.& ſignificat pręficere. ut Geñ. xl.Et cuſtos carceris tradidit eos Ioſeph.ideſt pręfecit Ioſeph eis in cuſtodia.ſimiliter Numeri.xxvij.Prouideat dominus deus ſpirituū oīs carnis hominem qui ſit ſuper multitudinem hanc. ideſt pręficiat ſiue ordinet.Inde p̄s.cix.Epiſcopatum eius accipiat alter.i. pręfecturam.

פְּקַח Aperuit.uelamē remouit.Iſaię.xlij. Vt aperires oculos cęcorum.& Geñ.iij. Aperientur oculi ueſtri et aperti ſunt oculi amborū. Inde nomen apertus.uidens.ſolers.Exodi.iiij. Videntem et cęcum.& Iob.xiiij.Et dignū ducis ſuper huiuſmodi aperire oculos tuos. &.iij. Regum.iiij.Aperuitq̄ oculos ſuos.

פִּקְּעַת Nodus oblongus in modum oui.iij.Regum.vij. Et ſculptura ſubter labium circuibat illud. ideſt & tuberculi ſolidi atq̄ oblongi ſic ſculpti circuibant illud.

פַּקֻּעַת Colokynthis.ſic enim noſtra tranſlatio habet.iiij. Regū.iiij. Et collegit ex ea colokynthidas.non quod decerpſerit ex uite agreſti colokynthidas,non enim naſcuntur in eis. ſed quia circa eas agreſtes vites ſępe naſcunt et plus augent tales fungi quos interpres nominat kolokynthidas.& ſecundū Dioſcoridem de ſylua medicinali libro.iij. a romanis dicitur cucurbita ſyluatica.et ab aliis nominatur fungus caninus.& eſt acriter amara ut idem ſcribit.unde ſequitur in loco citato iiij.Regum.iiij.Et non fuit amplius quicq̄ amaritudinis in olla. Eſt & alia ſpecies cibo apta quę dicit colokyntha. de q̄ Dioſcorides in libro ij.Multi putāt a figura et oblōga rotūditate ſic dici a ſupiore uocabło.

פַּר Bos iuuenis. iuuencus.vitulus.taurus.Exodi.xxix. Tolle uitulū

de armẽto.hebraice ſic.Sume iuuencũ unum filium uaccę. etpluraliť p̃s.xxij̃.Circũdederũt me uituli multi. et aſſumit in fine he aſpiratio/nem fœminini generis notam. et ſignificat uaccam.Numeri.xix. Vt adducant ad te uaccam rufam.etpluraliter Amos.iiij̃.Audite uerbum hoc uaccę pingues.

פָּרָר Cacabus.olla. Numeri.xi.Coquens in olla.Ioelis.ij̃.Omnes vultus redigentur in olla.ubi per epentheſin accipit aleph.Item.i. Re/gum.ij̃.Aut in ollam ſiue in cacabum. et eſt quatuor literarum.

פָּרְפַּר Confregit. contriuit. Iob.xvi.Repente contritus ſum.pro contriuit ſeu fregit me.

פֶּרֶא Onager ferus ſylueſtris. Geñ.xvi. Hic erit ferus homo.et Oſeę.viij̃.Onager ſolitarius ſibi efraim.et loco aleph in fine ſcribitur quandoqꝫ he aſpiratio lenis.Ieremię.ij̃.Onager aſuetus in ſolitudine. & quamuis ibi in quibuſdam tam impreſſis quam ſcriptis codicibus videam aleph finale.tamen in regulato uolumine antiquiſſimo ſcribit̃ per he loco aleph.et ponitur in margine eiuſdem loci adnotatio quæ dicitur maſſara.ſic non ſcribitur per aleph.

פֶּרֶד Mulus.ij̃.Regũ.xviij̃.Accidit autem ut occurreret Abſalom ſeruis Dauid ſedens mulo cumqꝫ ingreſſus fuiſſet mulus. et p̃s.xxxij̃. Nolite fieri ſicut equus et mulus.

פָּרַד Diſperſit.diuiſit.et reperitur magis paſſiue. Geñ.xxv. Et duo populi ex uentre tuo diuidentur. & Geñ.x. Ab his diuiſę ſunt gentes in terra poſt diluuium.Inde פְּרוּדוֹת grana ſeminis ſub terra iacẽ tis dicta a diſperſione atcꝫ diuiſione.quam preſens uerbum ſignificat. ut Geñ.xiij̃.Recede a me obſecro.ideſt diuidere tu a me.

פַּרְדֵּס Hortus arboribus conſitus fructuum ueſcorum. Cantico. iiij̃. Paradiſus malorũ punicorꝫ.Eccleſia.ij̃.Feci hortos et pomeria.

פָּרָה Creuit.fructificauit.Geñ.xxxv.Creſce et mltiplicare.ſic Geñ.

primo. Crescite et multiplicamini. sic p̄s. cxxviij. Vxor tua sicut vitis abundans. idest fructificans. sic Geñ. i. Lignū pomiferum faciens fructum. idest lignum fructificans fructum. igitur ab eo fructum quoq; significat. Amos. ix. Facient hortos et comedent fructus eorum. et p̄s. primo. Quod fructum suum dabit in tempore suo. Inuenit̄ quandoq; scriptum per aleph in medio catepenthesin.

פָּרָז Vicus absq; muro ac sine munitione. Zacharię. ij. Absq; muro habitabitur Ierusalem. Inuenies autem in masculino et fœminino genere. Ester. ix. Hi uero iudęi qui in oppidis non muratis ac uillis morabantur. qui enim morantur absq; muro dicuntur פְּרָזִים et uillę non munitę neq; muratę dicuntur פְּרָזוֹת

פָּרַח Floruit. germinauit. Numeri. xvij. Inuenit germinasse uirgā Aaron in domo leui. idest floruisse. et Canticorum. vi. Si floruissent vineę. & psalmo. xcij. Iustus ut palma florebit. et in eodem. In atriis domus dei nostri florebunt. transumptiue autem dicitur Leuitici. xiij. Sin autem effloruerit discurrens lepra in cute. Ezechielis septimo. Floruit uirga. germinauit superbia. Quia uero transumitur ad educationem pullorum et uolatum. ideo auolationē quoq; significat. Ezechielis. xiij. Ecce ego ad puluillos uestros quibus uos capitis animas uolantes. nam thargum exponit hoc uerbum pro uolare. inde pulli dicuntur אֶפְרֹחִים Deuteronomij. xxij. Et matrem pullis uel ouis desuper incubantem.

פֶּרֶט Baccę seu grana vuarum. secundum rabi Salomonem. Leuitici. xix. Neq; in uinea tua racemos et grana decidentia congregabis.

פָּרַט Particularizauit. articulauit. sicut fit in musicis instrumentis vario tactu. Amos. vi. Qui canitis ad uocem psalterij. Inde in artibus dicuntur particularia.

פֶּרֶךְ Sęuitia et rigor. Exodi. i. Om̄iq; famulatu q̊ in terrę operibus premebant̄. hebraice sic. et in om̄i ministerio in rure ac om̄i famulatu eorꝝ q̊ seruiebāt eis in sęuitia seu rigore. et paulo superius cum legitur. Et affligebant illudentes eis. hebraice sic legitur. Et fecerunt seruire ægyptij filios Israel in sęuitia seu rigore atq; immanitate.

פָּרֹכֶת Velũ.Exodi.xxvi. Facies et uelũ de hiacyntho et purpura. et dicit rabi Dauid kimhi ꝙ fuit cortina quę uelauit arcam pendens inter arcam et tabernaculum fœderis.

פָּרַם Scidit.rupit.Leuitici.xxi. Veſtimenta non ſcindet.& Leuitici decimo. Veſtimenta ueſtra nolite ſcindere.

פָּרַס Fregit.diſſuit. diſcerpſit. Iſaię.lviij. Frange eſurienti panem tuum.& Ieremię.xvi.Et non frangent inter eos lugenti panem. pro q̃ inuenitur talis adnotatio quę dicitur maſſara quod omnis expoſitio huius uocabuli ſcribitur per ſin.prȩter duos locos in quibus ſcribitur p̃ ſamech.Sunt aũt allegati duo loci Iſaię et Ieremię. quanc̃ reperiam etiã eoſdẽ in multis hebrȩorȝ bibliis p̃ ſin notari.ſicut et oĩa alia eiuſdẽ ſignificati uocabula.ut threnorȝ.iiij.Et non erat qui frangeret eis.

פָּרַס Fidit,diuiſit.Leuitici.xi.Omne quod habet diuiſam ungulã. et paulo inferius.Lepus quoc̃ nam et ipſe ruminat ſed ungulã nõ diuidit.ubi mltas inuenies formas huius uerbi.quo et ſignificaẽ ungula. fiſſura. plantę diuiſio. Salomõ enim et plantã ſignificari dicit.Micheę quarto.Et ungulas tuas ȩreas.

פֶּרֶס Aquilę genus.alij accipitrem dicunt a diuiſis ungulis.Leuitici.xi.Aquilam et gryphum et halyaeton.

פָּרַס Perſa.Ezechielis.xxxviij. Perſę. ȩthiopes.et libyci.& Eſter.i. Fortiſſimis perſarum et medorum.

פָּרַע Vacauit. ociatus eſt.retroceſſit.deſeruit. poſthabuit. Prouerbiorum.xiij. Aegeſtas et ignominia ei qui deſerit diſciplinam. & Exodi quinto. Quare Moyſes & Aron ſollicitatis populum ab operibus ſuis. ideſt uacare facitis ab operibus ſuis.

פָּרַע Diſcooperuit. nudauit. uacuauit. Exodi.xxxij. Videns ergo Moyſes populum ꝙ eſſet nudatus.ſpoliauerat enim eum Aaron.hoc eſt nudauerat. et ſecundum thargum ocioſum fecit.ſecundum prius

vocabulum.& Numeri.v.Discooperiet caput eius.Inde dicit פֶּרַע

Numeri sexto.Crescẽte cęsarie capitis eius.idest crescat nudatio comę capitis eius.sic uerbum e uerbo legi deberet.

פֶּרַעָה Vindicta.Deuteronomij.xxxij. pro eo quod nos legimus. Et de captiuitate nudati inimicorum capitis. hebraice sic legitur. Ab initio retributionum inimici siue uindictarum inimici. rabi Salomon intelligit de dispersione inimici.

פֶּרְעוֹשׁ Pulex.i.Regum.xxiiij.Canem mortuum persequeris & pulicem unum.

פָּרַץ Fecit aperturam. diuisit.diruit.rupit.Micheę.ij.Diuident & transibũt.& Oseę.iiij.pro eo quod nos legimus.Inundauerunt et sanguis sanguinem tetigit. hebręi uertunt ruperunt.secundum rabi Dauid in commẽtariis super duodecim.qui pro se allegat uersiculũ Isaiæ quinto.Diruam maceriã eius.& Exodi.xix. Ne percutiat eos. rectius sic.Ne diruat seu rumpat eos.& Iob.xxvij. Diuidit torrens a populo peregrinante.omnia eius deriuata significãt diruptionem. dissipationem.eruitionem et similia.nam quod nos legimus psalmo.xvij. Ego custodiui uias duras.exponendum esset rectius.vias dirutas.quare ne scio quam ob causam Hiero. uerterit uias latronis . nisi forte ꝙ perfodit domos.vnde et corrupti prauis moribus hoc uocabulo denominantur. ut Danielis undecimo . Filij quoꝙ pręuaricatorum populi tui.idest filij corruptorum.

פָּרַץ Flagitauit. coegit. primo Regum.xxvij.Coegerunt autem eum serui sui.& .ij.Regum.xij.Cum autem cogeret eum et noluisset. et infra.Coegit itaqꝫ Absalom eum. uidet aũt per metathesin oriri a superiori uerbo פָּצַר quod idem significat.

פָּרַק Abrupit.excussit.explosit.remouit.Geñ.xxvij.Cum excutias & soluas iugum eius de ceruicibus tuis. & psalmo.vij. Dum non est qui redimat neqꝫ qui saluum faciat.quod melius uertit Hieronymus. Laceret et non sit qui eripiat.

פֶּרֶק Separatio. dismẽbratio.laceratio.artus.articulus.membrum. Nahum tertio. Dilaceratione plena. et scribitur sic sex punctis.Inde

verbum.Zacharię.xi.Et ungulas earū diſſoluet. ideſt ſeparabit. Inde dicitur biuium ſeu triuium.ut in Abdia. Neqꝫ ſtabis in exitibus.ideſt in compitis ſeu triuiis.& per ꝓtheſin mem atqꝫ paragogē he uel thau ſignificat oſſa ceruicis.i.Regum.iiij.Et fractis ceruicibus mortuus eſt.

פָּרַק Liberauit. redemit.ſaluauit ſeu ſeruauit.p̄s.cxxxvi.Redemit nos ab inimicis noſtris. et threnorum.v.Non fuit qui redimeret de manu eorum.ideſt qui ſaluaret nos.nam ubi uerbum hebraicum ponitur quod ſignificat ſaluauit,ibi thargum pręſente uerbo utitur.

פָּרַשׂ Extendit.expoſuit.pandit.Numeri.xv.Neſcientes quid ſup eo facere deberent. rectius uerbum e uerbo ſic.Et poſuerunt eum in cuſtodiā quia nō erat expoſitor quid fieret ei.inde nomē מְפֹרָשׁ expoſitum.maſticatum. Nehemię.viij. Et legerunt in libro legis dei diſtincte et aperte.putarem ego in libro expoſito.&.iij.Regum.viij. Cherubim extendebant alas.ſignificat etiam prope hoc ſignificatum diſpergere.Zacharię.ij.Et in quatuor uentos cęli diſperſi uos. Item ſignificat concidere.Micheę.iij.Et conciderunt ſicut in lebete.

פַּרְשֻׁרַת Seceſſus ſtercorum alui.Iudicum.iij. Statimqꝫ perſecuta naturę alui ſtercora proruperunt.

פָּרַשׂ Expoſuit.pandit.Iob.xxvi.Et expandit ſup illud nebulā ſuā. et aliqbus uideť qꝫ cōpoſitū ſit ex tribus uocabłis פרש שדי ויר

פְּרָת Euphrates fluuius.Geñ.ij.Fluuius autem quartus ipſe eſt euphrates.vnde multi uolunt deriuare uocabulum quod ſequitur.

פַּרְתָּם Pręfectus.pręſes prouincię.Eſter.i.Et pręfectis ꝓuinciarꝫ.

פָּשָׂה Creuit.dilatatus eſt.ampliatus eſt.Leuitici.xiij. Et ſiquidem lepra ultra nō creuerit.et infra.et non creuerit in cute.et infra. Iterum lepra creuerit.

פָּשַׁט Diuiſit.ſcidit in partes.concidit in fruſta. threnorum.iij.Se-

mitas meas conuertit et cõfregit me.quod rectius sic fuisset translatũ. Et concidit me.quia translatio chaldaica quę est maximę authoritatis vtitur prę̃sente uerbo.quando Samuel cõcidit in frusta regem Agag. primo Regum.xv.Et in frusta concidit eum.

פָּשַׁט Nudauit.expoliauit.exuit.Canticorum.v. Expoliaui me tunica mea quomodo induar illa.&.i.Regum.xxxi. Venerunt philistim ut expoliarent interfectos.

פָּשַׁט Impetum fecit. grassatus est.excurrit ad prędã.i.Regũ.xxx. Siquidem nos erupimus ad australẽ plagam. & paulo superius codẽ. Amalechitę impetum fecerunt ex parte australi.

פָּשַׁע Prę̃uaricatus est.defecit.deliquit..nostra trãslatio habet spreuit.Isaię primo.Filios enutriui et exaltaui.ipsi autem spreuerunt me.et iiij.Regum primo.Prę̃uaricatus est autem Moab in Israel. Inde transgressio.prę̃uaricatio.iniquitas. psalmo.xxxij. Beati quorum remissæ sunt iniquitates.Hiero.recte.beatus cui dimissa est iniquitas.et Exodi xxij.Ad perpetrandam fraudẽ.uerbũ e uerbo sic. Sup oĩa re iniqua.

פָּשַׁע Incessit. passizauit. Isaię.xxvij.Gradiar super eam.pro incedam pedetentim in ea.

פָּשַׁק Aperit lubrice et inconsyderate.Prouerbiorum.xiij. Qui custodit os suum custodit animam suam. qui autem inconsyderatus est sentiet mala.pro qui autem aperit inconsyderate labia sua &c̃.

פָּשַׁר Exposítor.responsor.determinator.arbitrator.ę̃stimator.& putator.Ecclesiastis.vij.Et quis cognouit solutionem uerbi. dicit autẽ sic quasi commutatione thau raphati in sin dexterum.ita enim Onkelus chaldaice interpretatur interpretem somniorum mutans thau in sin.Genesis.xli.Nec erat qui interpretaretur.

פִּשְׁתָּה Linũ. Exodi.ix.Linũ ergo et ordeũ lę̃sum est.et infra.Et linũ iam folliculos germinaret.et quãuis sit generis fœminini, tamen pluralit̃ declinat̃ in forma masculina.ut Isaię.xix. Confundant̃ qui operant̃ linũ.nam sequit̃ dictio pexilis quę est fœminini generis. et tamẽ

in plurali.ſed uerbū e uerbo ſic ſcribit.Et confuudentur operātes lina pexilia.vnde Amanuenſis male ſcripſit pro pectentes plectētes.et eſt mēda.et ſingularit in fœmīno.Iſaię.xlij.Et linū fumigans nō extīguet.

פְּתַת Fregit in fruſta. diuiſit minutatim. Leuitici.ij.Diuides eam minutatim.Inde פַּת ideſt fruſtū ſiue minutum fragmentum,ſicut nos de pane buccellam dicimus.Geñ.xviij. Paruamq; buccellam panis.Iob.xxxi.Et comedi buccellam meam.

פָּתָה Inflexit. paralogizauit.male ſuaſit.decepit. Deutero.xi.Ne forte decipiatur cor ueſtrum.& Iob.xxxi.Et lętatum eſt in abſcondito cor meum.rectius.Et perſuaſum eſt in abſcondito.& Prouerbiorum xx.Et dilatat labia ſua ne commiſcearis.pro quo rectius legitur. Et ad maleſuadentem labiis ſuis ne commiſcearis. & Oſeę.vij. Et factus eſt Ephraim quaſi columba ſeducta non habens cor. ideſt ſicut columba illecta ad ineſcationem ignorat latentem pedicam ita Ephraim male ſuaſus neſcit periculum.Inde homo ſimplex et perſuaſibilis qui facile decipitur פֶּתִי ut Prouerbiorum.xiiij.Innocens credit omni uerbo. ideſt flexilis ſiue puerilis homo. unde dicitur tranſumptiue Prouerbiorum primo. Vſq; quo paruuli diligitis infantiam. et pſalmo.cxvi. Cuſtodiens paruulos dominus. ſed ibi per aleph in medio ſcribitur. ſicut in aliis multis locis.

פִּתְאֹם Mox.cōfeſtim.ſtatim.Nūeri duodecimo.Statim locutus eſt dominus ad eum.& Malachię tertio.Et ſtatim ueniet ad templum ſuum dominator.

פְּתִיגִיל Faſcia pectoralis. ſeu ſtola muliebris.Iſaię tertio.Et pro faſcia pectorali cilicium.

פִּתְגָם Verbū.Eſter.i.Et hoc in oīe q̄d latiſſimū eſt prouinciarū tuarū diuulget imperiū.q̄d uerbū e uerbo ſic uertit.Et audiet uerbū regis q̄d faciendū eſt in oīi regno eius.magis aūt ego putarē ſyriacam linguam eſſe.crebro enim Onkelus pro דָּבָר hebraico פִּתְגָם ſyriacum traduxit.ut Deutero.i.Hęc ſunt uerba. et ſic de aliis.

פִּתְשֶׁגֶן Exemplar. copia ſcripturę. ſummarium. inſtructio. Eſter iij. Summa autem epiſtolarum hęc fuit.

פִּתַּח Induxit. lactauit. affecit. Oſeę. ij. Propter hoc ecce lactabo eã. & eſt ſimile unumq; et idem cum priore uerbo.

פִּתַּח Dilatauit. Geneſis nono. Dilatet deus Iapheth.

פָּתַח Aperuit. incepit. pſalmo. lxxviij. Et ianuas cęli aperuit. ſic. iiij. Regum nono. Aperieſq; oſtium et fugies. & Iudicum tertio. Et uidentes q; nullus aperiret. Inde denominatur clauis. ut in eodem loco. Tulerunt clauem et aperientes inuenerunt dominum ſuum. Inde clauſura uel clauſtrum. Micheę ſeptimo. Cuſtodi clauſtra oris tui. ſignificat et ſoluere. Iſaię. xx. Solue ſaccum de lumbis tuis. & ſignificat oſtẽdere. pſalmo. xxxvij. Gladium euaginauerunt peccatores. ideſt oſtenderũt. ſic Canticorum ſeptimo. Si flores fructum parturiunt. ideſt ſi oſtendant ſe vuę adhuc immaturę. & ab aperiendo dicit porta. ianua. oſtiũ. Numeri decimo. Congregabitur ad te omnis turba ad oſtium tabernaculi fœderis. et ſcribitur ſic prima per ſęgol.

פָּתַל Subuertit. et ſecundum quoſdam addidit. adiunxit. affixit. Geneſis. xxx. Comparauit me dominus cum ſorore mea. ſed Nicolaus de lyra ordinarius commentator noſtrę biblię ſcripſit in hebręo ſic habeti. Additione dei addita ſum cum ſorore mea. alij uero ſic. Subuerſione dei ſubuerſa ſum cum ſorore mea. nondum enim erat comparãda cum ſorore ſua quę ex ſe peperit tres filios. et ſoror tantum duos non ex ſe ſed de ſerua. hoc certe uerbum quandam uerſionem ſignificat. ut Prouerbiorum octauo. non eſt in eis prauum quid neq; peruerſum. ſic pſalmo. xviij. Cum peruerſo peruerteris.

פְּתִיל Filum duplicatum. Iudicum. xvi. Quomodo ſi rumpat quis filum de ſtupa.

פֶּתֶן Serpens peſſimus. aſpis. Iſaię. xi. Et delectabitur infans ſuper foramen aſpidis. et pſalmo. lviij. Sicut aſpidis ſurdę. etpluraliter Iob xx. Caput aſpidum ſuget.

מִפְתַּן Limen.Ezechielis.xlvi.Et adorabit ſuper limen portæ.

פִּתַּע Fortuna.euentus.fatum.Numeri.vi.Sin autem mortuus fue rit ſubito quiſpiam coram eo.verbum euerbo ſic.Et cum moreretur mortuus coram eo in euentu uel ex fato ſubito.

פִּתַּר Soluit enigmata et coniectauit ſomnia.expoſuit arcana.Geñ. xl.Et non eſt qui interpretetur nobis.Inde פִּתָּרוֹן coniectatio.in/ terpretatio.eiuſdem.xl.Iuxta interpretationem congruam ſibi.&plr in maſculino.Nunquid non dei eſt interpretatio.rectius ſic.dei ſunt interpretationes.

צֵל

יי׳ עם ישראל יעזרך

Rbuſtum ſeu cuiuſdã uirgulti genus. noſtra tranſlatio uertit
a vmbrã. Iob. xl. Sub umbra dormit in ſecreto calami et locis humentibus. ideſt ſub uirgulto dormit. Inde ſequitur ibi protegunt umbrę umbrã eius. i. protegunt uirgulta umbrã eius. et eſt antifraſis. quia nõ eſt arbor tam alta quę poſſit umbram eius tegere.

צַב Tegimen. opertorium. tectum. Numeri. vij. Sex plauſtra tecta cũ duodecim bobus. quaſi diceret. Sex plauſtra q̃dlibet cũ tegumẽto ſuo. et duodecĩ boues. et exponit Onkelus chaldaice. ſex plauſtra ſingulatĩ tecta. ſed thargũ Ieroſolymitanũ ſic uertit. Sex plauſtra biiuga. quaſi dicat ſex bigas iumentorum. Item eſt nomen cuiuſdam animalis immũdi quod nos crocodilum uocamus. Leuitici. xi. Muſtela et mus et crocodilus. alĳ nominant bufonem.

צָבָא Militauit in exercitu. exercitauit. belligerauit. pugnauit. ut Zacharię. xiiij. Omnes gentes quę pugnauerunt aduerſus Ieruſalem. Et Numeri triceſimoprimo. Cumq; pugnaſſent contra Madianitas. Inde pugna. exercitus. milicia. ut eodem quo ſupra loco. Armate inquit ex uobis uiros ad pugnam. et Numeri primo. Omnes qui poterant ad bella procedere. Inuenitur autem quandoq; aleph mutatum in he. ut Zacharię nono. Et circumdabo domum meam ex ĳs qui militant mihi. Inde militia. Iſaię viceſimoquarto. In die illa uiſitabit dominus ſuper militiam cęli in excelſo. &pluraliter declinatur in utroq; genere. In maſculino pſalmo centeſimotertio. Benedicite domino omẽs uirtutes eius. In fœminino genere pſalmo viceſimoquarto. Dominus virtutum ipſe eſt rex glorię.

צָבָא Tempus ſtatutum. terminus deſtinatus. Iob. vij. Militia eſt vita hominis ſuper terrã. q̃d ſecũdũ rabi Salomonẽ et cęteros Iudęos ſic debet legi. nunquid tẽpus determinatũ eſt homini ſuper terram.

צָבַח Tumuit. intumuit. inflatũ eſt. tumeſcẽdo crepuit. Numeri. v. Et tumens uterus tuus dirumpatur. et infra. Et utero tumeſcente putreſcat fœmur. et item in eodem. Et inflato uẽtre cõputreſcet fœmur.

צְבִי Hinnulus.capreolus ſeu caprea. Deuteronomij.xiiij. Ceruum et capreã.et Canticorꝝ.iiij.Sicut duo hinnuli capreę gemelli. & eiuſdẽ ij.Similis eſt dilectus meus capreę hinnuloꝙ ceruorũ.et recipit quan doꝙ aleph in medio loco iod.Canticorum.iij.Adiuro uos filię leruſa ſem per capreas ceruoſꝙ camporum.

צְבִי Prę cipuum.iocundũ.beneplacens.decorũ et egregiũ.Ezechie lis.xx.Quę eſt egregia inter oĩes terras.et iterꝝ. Prę cipuã terrã oĩm. & Iſaię.xxviij.In die illa erit dñs exercituũ corona glorię. q̃d Ionathas chaldaice ita uertit.In tẽpore illo erit meſſias dñi exercituũ in coronã lęticię.Inde terra Iſrael eo nomine dicta eſt ſcilicet beneplacẽs decora & deo p̃cipua.quare pro eo q̃d nos legimus Danielis.viij.Et factũ eſt grande cõtra meridiẽ et contra orientẽ et contra fortitudinẽ.magiſtri hebręorũ legunt contra meridiem et contra orientẽ et contra terram Iſrael.ad hoc allego rabi Leui ben gerſom in cõmentariis ſuper Da nielem qui ſic ſcribit. Et factum eſt grande contra meridiem hoc eſt regem ægypti.et contra orientem hoc eſt terram perſarum et contra terram צְבִי hoc eſt terram Iſrael. hęc ille.

צָבַט Apprehendit.congeſſit.Ruth.ij. Et congeſſit polentam ſibi. ideſt Boaz comprehendit in menſa ex manipulis frugum toſtarũ ſiue igne torrefactarum quę poſtea lixiuio coquuntur. et appoſuit ei ſcili cet Moabithidi Ruth partem ſuam.

צָבַע Diſcolorauit.Inde diſcolor.Ieremię.xij. Nunquid auis diſco lor hęreditas mea mihi.dicũt aũt q̃ ſit auis inuiſa oĩbus aliis auibus. quapropter ſemp ſanguinolenta eſt et reſperſa notis uulnerum. Inde exponit illud quod legimus Iudicum.v. Veſtes diuerſorum colorum ſiſſarę traduntur.ideſt exuuię ſanguinolentis notis reſperſę. Inde.

אֶצְבַּע Digitus. Exodi.viij. Digitus dei eſt hic.& Numeri.xix.Et tingens digitum in ſanguine eius.

צָבַר Comportauit.coaceruauit.Iob.xxvij.Si comportauerit quaſi terram argentum.ſic Habacuk.i.Et comportabit aggerẽ et capiet eã. Inde aceruus dicitur.iiij.Regũ.x.Ponite ea ad duos aceruos.

צֶבֶת Manipulus paruus.Ruth.ij.Et de uĩs q̃ꝙ manipulis ꝓiicite.

צֶלַע Latus.Iſaię.lx.Et filij tui de latere ſurgent.& ps.xci. Cadent a latere tuo mille.& ponitur in eis dagges ad oſtendendam abiectionē alterius literę daleth.&pluraliter Exodi.xxv.Sex calami egredient de lateribus eius.tres ex uno latere.et tres ex altero latere.

צָלָה Speculatus eſt.inſidiatus eſt.Exodi,xxi.Qui autem non eſt inſidiatus.&.i.Regum.xxiiij.Tu autem inſidiaris animę meę ut auferas eam.ideſt ſpecularis ut auferas animam meam.Inde nomen Numeri xxxv.Vel iecerit quippiā in eū per inſidias.ad illius formā eſt & aliud verbum paſſiuum quod ſignificat deſolatum et deuaſtatum eſſe. Sophonię.iij.Deſolatę ſunt ciuitates eorum.ideſt deuaſtatę ſunt.

צָלַח Iuſtificauit.ps.li.Vt iuſtificeris in ſermonibus tuis.i.,pptera iuſtificabis in ſermonibus tuis.et tranſitiuum in tertium Prouer.xvij. Et qui iuſtificat impium.et paſſiuum ps.cxliij.Quia non iuſtificabitur in conſpectu tuo omnis uiuens.Inde iuſtus.Geñ.vi.Noe uir iuſtus.& pluraliter.iij.Regum.ij.Quia interfecit duos uiros iuſtos melioreſq; ſe.Inde deriuatur et iuſticia et iuſtificatio.et plura alia.

צָהַב Auricolorauit.Leuitici.xiij.Et capillus flauus ſolitoq; ſubtilior.pro et capillus auricolor.quaſi a זָהָב ideſt auro deductum ſit.

צָהַל Iubilauit.hinniuit.exultauit.tripudiauit.Iſaię.xij.Exulta et lauda habitatio ſion.& Eſter.viij.Omñſq; ciuitas exultauit atq; letata eſt. hebraice ſic.Et ciuitas Suſan exultauit et letata eſt.& Iſaię.xxiij. Hinnient de mari ideſt de aquis.

צֹהַר Feneſtra quę accipit in domo lumen diei.Geñ.vi.Feneſtram in arca facies.Inde צָהֳרַיִם meridies cum ſol in medio celi effundit lumen.Geñ.xliij.Quoniā hodie mecū uiri comeſturi ſunt in meridie.

יִצְהָר Oleum.ij.Paralip.xxxij.Apothecas quoq; frumenti uini & olei.Inde uerbum quod ſignificat oleum in trapetis exprimere. quaſi liceret dicere oleificare.Iob.xxiiij. Inter aceruos eorū meridiati ſunt. vbi tranſlator reſpexit ad ſuperius uocabulū.& Zacharię.iiij.Iſti ſunt

duo filij olei.ideſt oleificationis.intelligunt regalis unctionis.

צוֹאָה Sordidus. ſordes.Iſaię.xxviij. Oēs enim menſę repletę ſunt vomitu ſordium ita ut non eſſet locus ultra.et Zacharię.iij. Ieſus indutus erat ueſtibus ſordidis.

צוּד Venatus eſt.threnorum.iij. Venatione cœperunt me inimici mei.& Geñ.xxvij.Cumq; uenatu aliquid apprehenderis. et infra. Et ille abiiſſet in agrum ut iuſſionē patris impleret.quod rectius de uerbo ad uerbum ſic legit.Et Rebecca audiente ſermonem Ishac ad Eſau filium ſuum,abiit Eſau in campū ad uenandū uenationem ut afferret. & infra ſequitur.Affer mihi de uenatione tua. & Geñ.x. Et erat robuſtus uenator coram domino.Inde per protheſin mem inſtrumentum quo capiunt piſces ſiue ſit hamus ſeu retiaculū aut fiſcella. Eccleſiaſtis ix.Sed ſicut piſces capiunt hamo.alio autē modo ſignificat cibariū ſiue eſcam ſeu nutrimentum.p̄s.lxxviij.Cibaria miſit eis in abundantia.

צִוָּה Pręcepit.mandauit.iuſſit.imperauit. Deuterono.vi. Hęc ſunt pręcepta et cerimonię atq; iudicia quę mādauit dominus deus ueſter ut docerem uos.et Deutero.xxxij.Legem pręcepit nobis Moyſes.et Iſaię.xxviij.Manda remanda.manda remanda. Inde nomen Prouerbiorum.vij.Serua mandata mea et uiues.

צָוַח Clamauit.Iſaię.xlij.De uertice montium clamabunt.uerius de capite montium.et eiuſdem.xxiij. Clamor erit ſuper uino in plateis. & Ieremię.xiij.Clamor Ieruſalem aſcendit.hoc et omnia deriuata ſua ſignificant uociferationem doloris et luctus.

צוֹלֵלָה Profundum.Iſaię.xlv.Qui dico profundo deſolare. et Ionæ ij.Et proieciſti me in profundū in corde maris. ibi enim cata protheſin recipit mem conſonantem. & Exodi.xv. Deſcenderunt in profundum ſicut lapis.et cętera.

צוֹם Ieiunauit.Iſaię.lviij.Quare ieiunauimus et nō aſpexiſti.et infra. Ecce in die ieiunij ueſtri ecce ad lites et contentiones ieiunatis.nolite ieiunare ſicut uſq; ad hanc diem et cętera.et uide coniugationē uerbi Eſter.iij.ubi nos habemus.Et orate pro me.ueritas ſic legit.Et ieiuna

te pro me et ego cum ancillis meis ſimiliter ieiunabo.

צֹאן Grex quorumcumq; pecorum et ouis. Ieremię. l. Grex perditus factus eſt populus meus. vbi hoc uocabulum ſcribitur per aleph loco vau. quod et ſonat uocaliter. ſed alibi ſine aleph et ſine vau ſcribit̃ per ſyncopen. p̃s. ix. Oues et boues uniuerſas. fateor autẽ ף in fine adhę/reat he aſpiratio lenis κατα παραγωγην ſed raro.

צוּף Alluit. inundauit. threnorum. iij. Inundauerunt aquę ſuper ca/put meum. et Ezechielis. xxxij. Et irrigabo terram fœtore ſanguinis tui. inſuper montes et ualles implebuntur ex te. recte de uerbo ad uer/bum ſic. & potare faciam terram inundationem tuam de ſanguine tuo ad montes.

צוּף Fauus. Prouerbiorum. xvi. Fauus mellis uerba compoſita. & pſalmo. xix. Et dulciora ſuper mel et fauum. ubi ponitur pluraliter.

צוּק Coartauit. anguſtiauit. Iob. xxxij. Coartat me ſpiritus uteri mei. & Deuteronomij. xxviij. In anguſtia et uaſtitate qua opprimet te ho/ſtis tuus. haud multum abſimile eſt. Iob. xxviij. Et lapis ſolutus calore in ęs uertitur. quaſi anguſtiatus in fornace.

צוֹר Tyrus. Ieremię. xlvij. Et diſſipabitur Tyrus et Sidon.

צוּר Circumdedit. obſedit. oppugnauit. contramolitus eſt. inuaſit. Deuteronomij uiceſimo. Sin autem fœdus inire noluerit et cœperit contra te bellum oppugnabis eam. & Canticorum octauo. Si oſtium eſt compingamus illud tabulis cedrinis. quod tranſlatio noſtra for/taſſe ita uertit a forma. figura. atq; pictura. ſed ſecundum proprietatẽ linguę. ſicut ſolent in obſidione ciuitatis oſtia et portę muniri et circũ dari. ita hic interpretãdum eſt. Si porta ſeu ianua eſt muniamus illam tabulis cedrinis. uel ſecundum Nicolaum de lyra fortificemus eam. ſic p̃s. lx. Quis deducet me in ciuitatem munitam ſeu fortificatam. inde ab obſidione צָרָה ideſt tribulatio. Zacharię. x. Et tranſibunt in maris freto. ideſt in tribulatione et mœſticia. ſic eiuſdem. viij. Neque exeunti erat pax prę tribulatione. & pſalmo. cxix. Tribulatio et angu/ſtia inuenerũt me. et. i. Regum. xxviij. Coartor nimis. pro quo rectius ſic. Anguſtia mihi ualde.

צוּר Incluſit.ligauit.innodauit.Deuteronomij.xiiij.Et in precium rediges portabiſq; manu tua et proficiſceris ad locum. quod uerbum e uerbo rectius ſic legitur.Et dabis in pecunia et ligabis ſeu includes argẽtum in manu tua.et proficiſceris ad locum. ſic quarto Regum.v. Ligauitq; duo talenta argenti in duobus ſaccis.

צוּר Petra. ſilex. lapis. Exodi.xvij.En ego ſtabo ibi coram te ſupra petram horeb.percutieſq; petram.&pluraliter in maſculino Nahum primo.Et petrę diſſolutę ſunt ab eo.&pluraliter in fœminino. Iob viceſimooctauo.In petris riuus excidit.Inde denominatur fortis et forti tudo.Iſaię.xxvi.Speraſti in domino in ſęculis ęthernis in domino deo forti in perpetuum.&.i.Regum.ij.Et non eſt fortis ſicut deus noſter.

צַר Luna tranſumptiue dicitur.Iſaię quinto.Et ecce tenebrę tribulationis et lux obtenebrata eſt in caligine eius.quod hebręi ſic legunt.& ecce tenebra lunę et ſol obtenebratus eſt in caligine eius.

צוּר Acies.acumen.pſalmo.lxxxix. Auertiſti adiutoriũ gladij eius. quod rectius ſic uertitur.Retorſiſti ſeu retudiſti aciem gladij eius.

צָרַר Formauit.finxit.fecit.Exodi.xxxij.Formauitq; opere fuſorio. &Iſaię. xliij.Creans te Iacob et formans te Iſrael. Inde philoſophi hebrçorum denominant formam. ut eſt apud Moyſen ęgyptium libri perplexorum uolumine ſecundo capite primo.

צַוָּאר Collum.Geneſis.xli.Et collo torquem auream circũpoſuit. & eiuſdem.xxxiij.Stringẽſq; collum eius. quia uero collum mouetur hinc et inde a d partem dexteram et ſiniſtram.ideo de uno homine ſæpe loquimur hoc nomen pluraliter.ut Geneſis.xlv.Cumq; amplexatus recidiſſet in collum Beniamin. & infra. Illo quoq; ſimiliter flente ſuper collum eius.ubi collum ponitur pluraliter. aſſumit quandoque nun literam et perdit aleph.ut Canticorũ.iiij.& in uno crine colli tui.

צַחַת Siccitas ſeu ariditas.Ezechielis.xxiij. Super limpidiſſimam petram effudit illum.& infra.Dedi ſanguinem eius ſuper petram limpidiſſimam ne operiretur.ubiq; ueritas habet.ſuper ſiccam petram et inaquoſam atq; aridam.ſic Iſaię.v.Et multitudo eius ſiti exaruit.

צַח Canduit.nituit.threnorum.iiij. Nitidiores lacte. et Canticorũ quinto.Dilectus meus candidus et rubicundus.et in fœminino pluraliter significat uerba tersa polita et nitida.

צַחֲנָה Putredo.Ioelis.ij.Et ascendet putredo eius quia superbe egit.

צָחַק Lusit.risit. Geñ.xvij. Quo audito Sara risit.et infra.Quare risit Sara.et infra.Negauit Sara dicens non risi.et Exodi.xxxij. Et surrexerunt ludere.

צַחֹר Nitidus. splẽdens. Iudicũ.v.Qui ascẽditis sup nitẽtes asinos.

צִי Nauis. Isaię.xxxiij. Non transibit super eum nauis remigum. &pluraliter Numeri.xxiiij. Venient in trieribus de Italia.superabunt assyrios uastabuntq; hebrẹos. et ad extremum etiam ipsi peribunt. vbi uelim acriter animaduertas chaldaicam translationem. quę uult quod Romanenses cruciabunt hebrẹos,et tandẽ ipsi quoq; peribunt. & Isaię.xxxiij. Et occurrent onocentauris. nescio quare ita transtulit nostra interpretatio.sed proprietas linguę sic habet.Et apprehendent naues insulas.significat et solitudinem et siccitatem.secundum prẹceptorem meum Iehielem.

צִיּוּן Signum. titulus.monumẽtum. Ezechielis.xxxix.Statuent iuxta illud titulum donec sepeliant polinctores. & significat siccitatem prima per camez scripta.Isaię.xxv.Sicut ęstus in siti siue etiã in uastitate.

צִיץ Floruit. Ezechielis septimo. Floruit uirga germinabit superbia.& psalmo.lxxij.Et florebunt de ciuitate sicut fœnum. et Numeri decimoseptimo. Et turgentibus gemmis eruperant flores. quod rectius de uerbo ad uerbum sic legitur. Et ecce germinauit uirga Aarõ domus leui.& ꝓductum erat folium et floruit flos. omnia autem illa secundum proprietatem linguę hebraicę significant eminentiam & euidentiam turgescentium nodorum in arboribus producentium primo flores deinde fructus. unde transumptiue euidere. prospicere & eminere significat.ut Canticorum.ij.Prospiciens per cancellos. sic p̃s. cxxxij.Super ipsum autem efflorebit sanctificatio mea.idest apparebit uel eminebit corona sua.

צִיץ Frontale. lamina aurea. Exodi .xxviij. Facies et laminam de auro puriſſimo.

צִיצִת Ala ueſtis ſeu fimbria. Numeri.xv. Vt faciãt ſibi fimbrias per angulos quatuor palliorum.

צִיר Legatus. orator. ãbaſſator. ut ī Abdia. Et legatũ ad gẽtes miſit.

צִירָה Cardo in quo ianua uoluitur. Prouerbiorum.xxvi. Sicut oſtium uertitur in cardine.

צִית Exuſſit. ſuccendit. combuſſit. Iſaię viceſimoſeptimo. Succendã eam pariter an potius tenebo fortitudinem meam.

צָלַל Tremuit. Habacuk.iij. A uoce tremuerunt labia mea. &.iiij. Regum.xxi. Vt quicumq; audierit tinniant ambę aures eius. ideſt tremant. ſicut ſolet ęs pulſum tremere. Inde tintinnabula et nolę trementes quę feruntur ornamenti loco. Zacharię.xiiij. In die illa erit quod ſuper frenum equi eſt ſanctum domino. Inde dicuntur cymbala. p̃s.cl. Laudate eum in cymbalis bene ſonantibus laudate eum in cymbalis iubilationis. per geminationem primę ſyllabę. & ſignificat uitium frugum quod dicũt rubiginem. Deuteronomij.xxviij. Fruges terrę tuę rubigo conſumet. aliqui putant eſſe fermis genus.

צְלָצַל Fiſcella in qua capiuntur piſces, Iob.xl. Et gurguſtium piſcium caput illius.

צָלַל Occidit. ſubmerſus eſt. Exodi xxv. Submerſi ſunt quaſi plumbum in aquis uehementibus.

צֵל Vmbra. p̃s.cxliiij. Dies eius ſicut umbra p̃tereũt. recte ſic. Dies eius ſicut umbra trãſiẽs. et Iere.vi. q̃a lõgiores factę ſũt umbrę ueſperi

צָלַת Aſſauit. quod tranſlatio noſtra coxit interpretatur. Iſaię.xliiij Coxit pulmentũ et ſaturatus eſt. rectius ſic. Aſſauit aſſaturam. & Exodi.xij. Edent carnes tantum aſſas igne.

צָלַח Proſperatus eſt. Ieremię.xij. Quare uia impiorũ proſperatur.

& p̃s,i.Et omnia quęcumq; faciet ſemper proſperabuntur. &.i. Paralippomenon.xxij.Sit dominus tecū et proſperare.et p̃s.cxviij. O dñe bene proſperare.Inde aliud uerbum quod non longe diſtat ab iſto in ſignificatione.ſignificat enim tranſire cum proſperitate.ut. ij. Regum xix.Et irrumpentes Iordanem ante regem tranſierunt uada.

צְלוֹחִית Phiala.uas aquarium.quod aliqui gutturnum uocant. quarto Regum ſecundo. Afferte mihi uas nouum.

צַלַּחַת Caldare calidum.uel ſecundum tranſlationem noſtrā aſcella.Prouerbiorum.xix.Abſcondit piger manum ſuam ſub aſcella. quidam exponunt ſcutellam ſiue patellam. ſed multi hebręorum docti tranſferunt ſinum.quod aſtipulatur noſtrę tranſlationi.

צֶלֶם Imago.Geñ.i.Ad imaginem dei creauit illum. et ſcribitur ſex punctis.&.p̃s.xxxix. In imagine pertranſit homo. & Geñ.i.Ad imaginem et ſimilitudinem noſtram. de quo plene rabi Salomon ęgyptius in libri perplexorum uolumine primo et capite primo.

צַלְמָוֶת Tenebroſitas.obſcuritas.tranſlatio nra quaſi duo eſſent vocabula traduxit umbram mortis. Iob. xij. Qui producit in lucem umbram mortis.

צֵלָע Coſta.latus.Geñ.ij.Et ędificauit dominus deus coſtam quam tulerat de Adam.etpluraliter ibidē. Tulit unam de coſtis eius.& quia coſtę animalis in utroq; latere ſunt.ideo ſignificat latus dexterum uel ſiniſtrum.Exodi.xxvi.Et contra menſam candelabrum in latere tabernaculi meridano.

צָלַע Claudicauit.Geñ.xxxij.Ipſe uero claudicabat pede. Inde fractura utpote cum quis crus fregit.p̃s.xxxviij.Ego aūt in flagella paratuſſum.Hieronymus ad plagas.hebręi ad deſtructionē et fracturam.

צְמָה Faſcia cui comam ſiue cincinnos innectimus. Canticorū.iiij. Abſq; eo quod intrinſecus latet.& Iſaię. xlvij. Denuda turpitudinem tuam.pro quo rectius. Aperi ligaturam tuam.

צָמָא Sitiuit. Isaię. xlviij. Non sitierunt in deserto cū educeret eos. & Exodi. xvij. Sitiuit ergo ibi populus propter aquę penuriam. Inde sitis. ut ibidē. Vt occideres nos et liberos nostros ac iumenta nr̄a siti.

צָמַד Adhęsit. translatio nostra traduxit initiari. Numeri. xxv. Initiatusq; est Israel Beelpheor. & infra. Qui initiati sunt Beelpheor. & Numeri. xix. Vas quod non habuerit operculum nec ligaturam desuper. Inde par uel bini. ij. Regū. xix. Tulit par boum et mactauit illud. quod scribit̄ sex punctis. Inde armillę. Geneſis. xxiij. Cumq; uidisset inaures et armillas.

צָמַח Pullulauit. germinauit. Geñ. ij. Omnemq; herbam regionis priusq̄ germinaret. et eiusdem. xli. Alię quoq; spicę totidem tenues & percussę uredine oriebantur idest pullulabant. significat et crescere & nasci etiam si de pilis coma crinibus barba ue dicatur. ij. Regum. x. Manete in Iereho donec crescat barba uestra. Inde nomen germen. Isaię. iiij. In die illa erit germen dñi in magnificentia. Omnia talia significabūt tibi crescētias sicut Geñ. ijSpinas et tribulos germinabit tibi.

צָמַק Aruit. Oseę. ix. Vuluam sine liberis et ubera arētia. Inde vuæ siccę quas uocamus passas sic dicunt̄. i. Regum. xxv. Centum ligaturas vuę passę.

צֶמֶר Lana. prouerbiorū. xxxi. Quęsiuit lanam et linū. & Ezechiel. xxvij. In lanis coloris optimi. rectius sic. Et lanam candidam.

צָמַת Ad internetionem perduxit. threnorū. ij. Lapsa est in lacū uita mea. et eius passiuum legit̄ Iob. vi. Tempore quo fuerint dissipati peribūt. & p̄s. lxxxvij. Terrores tui cōturbauerūt me. ꝑ quo Hiero. oppresserunt me. et .ij. Regum. xxij. Odientes me et disperdam eos.

צִנָּה Frigus. prouer. xxv. Sicut frigus niuis in die messis. significat̄ tali uocabulo hasta. scutū. lancea. sudes. et eiuscemodi defensacula. ut est et lorica. ij. Regū. x. Fecit rex Salomon centum scuta de auro pu-

rissimo.& Numeri.xxxiij.Et lanceę in lateribus. hebręi uertunt spinã seu spiculum.& Iosue.xxiij.Et sudes in oculis uestris.

צְנִצֶנֶת Phiala. gutturnum.vas testaceum seu terreũ siue uitreũ. cui uenter latus et orificium strictum.quod Onkelus chaldaice nominat zeluhith.gutturnum.Exodi.xvi. Sume uas unũ et mitte ibi man.

צָנַח Descendit.declinat.quasi cum aliquis ab equo uult descẽdere. Iudicum.iiij. Percussumq; malleo defixit in cerebrum usq; ad terrã. verius sic.Et fecit descendere in terram.

צָנַע Humiliauit et in absconso sedit. Prouerbiorũ undecimo. Vbi autem est humilitas ibi et sapientia.

צָנַף Amiciuit. circumuoluit.induit.Leuitici.xvi. Cidarim lineam imponet capiti.ubi habes ab eo nomen cidarim quã nos tiaram.uittã. uel potius tęniam seu fasciã capitalẽ nominamus. & Ezechiel.xxi.Aufer cidarim tolle coronã.sic hactenus per prępositionẽ memcõsonãtis cũ litera terminali thau.reperitur et in eodẽ significato absq; eisdem literis.ut Zacharię.iij. Ponite cidarim mundam super caput eius.& posuerunt cidarim super caput eius mundam.

צָנַק Compedes.pedicę.uinculum.carcer.Ieremię.xxix. Vt mittas eum in neruum et in carcerem.

צִנּוֹר Fistula canalis per quam de tecto domorũ deriuat aqua in castellum.quam alij cataractam alij impluuium uocant. psalmo.xlij.In uoce cataractarum tuarum.

צִנְתֵּר Emunctoriũ. canale nariũ id q̃d gręce secũdũ Hieronymũ μυξωτηρ dicit.scilicet uia per quã superfluitas capitis defluit. secundũ Suidam gręcũ. ut sunt nariũ rostra. quare translatio nostra sic uertit Zacharię quarto.Quę sunt iuxta duo rostra aurea.

צָעַץ Artifex metallarius.ductor ęris.statuarius.ij.Paralippomenon.iij.Cherubin duos opere statuario pro statuariorum.

צָעַר Incessit et quasi passizauit.gressus est.Prouer.xxx. Tria sunt quę bene gradiunt.et Geñ.xlix. Filię discurrerũt per murũ.i. incedebant.& ut sit cõgrua locutio hebraice.intelligit sic.Filiarũ quęq; ince-

debat Est enim uerbum singularis numeri. Et Habcuc.iij. In fremitu cõculcabisterrã. Inde uenit incessus atq; gressus.ut.p̃s.xviij. dilatasti gressus meos subtus me.Inuenit aũt cũ aleph in prĩcipio et he in fine significatq; secundũ nostrã trãslationẽ perisceliden. Numeri.xxxi.Perisscelides et armillas απο του περι ideſt circũ et σκελος crus quasi circum crura tibiale ornamentũ. Scribit Suidas esse fœminalia. Rabi dauid kimhi uocabulũ hoc exponit de ornamento brachij quasi incedens super brachium.affirmat tamen quod idem sit cum eo quod de tibia uergit ad pedem,sed primũ cum aleph. secundũ uero sine aleph scriptum inueniri,

צעה Discurrit. Vagatus est de loco ad locum. Ieremię.ij.Sub omni ligno frõdoso tu prosternebaris meretrix.ideſt discurristi.Cui alludit Virgilius.Et fugit ad salices et se cupit ante uideri. Et Ieremię. xlviij. Et mittam ei stratores et sternent eum.

צען Dimouit.transtulit.Isaię.xxxiij. Tabernaculum quod nequaq; transferri poterit.

צעה Vestis muliebris.peplum. Translatio nostra uertit theristrũ Geñ.xxxviij.Quę depositis uiduitatis uestibus assumpsit theristrũ Est autẽ theristrũ sicut scribit Suidas uestis ęstiua.Et dicit etiã theristrion Rectius translatio dixisset Calyptram hoc est linteum quo mulieres caput uelant. Textus enim hebraice sic legitur de uerbo ad uerbũ. Et remouit uestimenta uiduitatis et tecta est calyptra sindone siue peplo.

צעק Clamauit. Threnorum.ij.Clamauit cor eorum ad dominum Et.p̃s. cvij. Et clamauerũt ad dominũ cum tribularentur. Inde nomẽ clamor.Geñ.xxvij.Et rugiuit clamore magno.Rectius sic.Et clamauit clamore magno.Idem significat quod per zain scriptum.

צער Paruifecit.Minorauit.Iob.xiiij. Siue nobiles fuerint filij eius siue ignobiles non intelligit.Quod hebraice sic legitur honorãtur filij eius et nõ cognoscit.Minorãtur & nõ prouidet eis. Inde Iunior.modicus.minor.paruus.Iob.viij. Vt si priora tua fuerĩt parua. Rectius sic. Et erit principium tuũ paruum seu modicum.Et sine mem.ut Micheę v.Et tu Bethlehem effratha.paruulus es in milibus Iuda.Et Iob.xxxij. Iunior sum tempore.Et deriuata similia.

צָפַצָה Garriuit.muſſitauit.ganniuit.ſuggeſſit.Iſaię.xxix. Et de hu
mo eloquium tuū muſſitabit.& Iſaię x. Et non erat qui moueret pen
nam et aperiret os et ganniret pro garriret

צְפִצָפָה Salicis ſpecies.trāſlatio noſtra uertit ſuperficiē.Ezechiel
xvij In ſuperficie poſuit illud.

צָפַר Adhęſit.threnorum.iiij. Adhęſit cutis eorum oſſibus. aruit et
facta eſt quaſi lignum.

צָפָה Speculator.contemplator.Ezechielis.iij. Speculatorem dedi
te domui Iſrael.i. epiſcopum.Inde uerbū.p̄s.v.Mane aſtabo tibi et ui
debo.pro quo rectius Hiero.de hebraica ueritate. Mane prępparabor
ad te et contēplabor.ſic Nahū.ij.Contemplare uiā.ſignificat et locum
unde alonge uidet quā nos dicimus ſpeculā. ut eſt in libris Samuelis.

צָפָה Obduxit.Exodi.xxv.Et deaurabis eā auro mundiſſimo intus
& foris. rectius ſic. Et obduces eam auro puro.ſic et eiuſdem. xxxviij.
Quas et ipſas ueſtiuit argento.ideſt obduxit.

צְפָחָה Cantharus.cymbium.ſcyphus.patera.uaſculum.i.Regum
xxvi. Tulit igitur Dauid haſtam et ſcyphum aquę.

צַפִּיחִית Saccharum. uel ſecundum alios conſperſa farina.Exodi
xvi.Guſtuſcꝫ eius quaſi ſimilę cū melle.hebraice ſic.Et ſapor eius ſicut
ſaccharum in melle.alij ſicut paſta melle condita.et ita uidetur rabi Sa
lomon intelligere.

צָפוֹן Aquilo. Canticorum.iiij. Surge aquilo et ueni auſter.gręce
autem borrhas.quod nos dicimus boreas.

צָפַן Recondit.ſeruauit.Canticorum.vij.Noua et uetera dilecte mi
ſeruaui tibi.& p̄s.xxxi. Quam abſcondiſti timentibus te .i. reſeruaſti.
& Iob.xiiij.Quis tribuat mihi ut in inferno ꝓtegas me .i.reſerues me.
Inde abſconditum et arcanum ſiue reconditum. Ezechielis ſeptimo.
Et uiolabunt arcanum meum.

aliud genus ſimile. Iſaię. xiiij. De radice enī colubri egredieť regulus. & ſcribitur per ſęgol in principio. et Prouerbiorum. xxiij. Mordebit ut coluber et ſicut regulus uenena diffundet. inde uenit צִפְעוֹנִי

Aſpis. Iſaię. lix. Oua aſpidis ruperunt.

צֵפִיעַ Stercus. ſimus. excrementum. fœditas. Ezechielis. iiij. Ecce dedi tibi ſimū boum pro ſtercoribus humanis. et per paragogenhe fœminini generis ſignificat progeniē atq; liberos filios ſiue nepotes.

צָפַר Reuerſus eſt. rediit. abiit diluculo. Iudicum. vij. Qui formidu loſus et timidus eſt reuertatur.

צְפִירָה Mitra regalis. diadema. corona. ſertum. Iſaię. xxviij. Coro na glorię et ſertum exultationis.

צִפּוֹר Nomē generale oīm auicularę. licet trāſlatio nra ſępe uertat paſſerē. Leuitici. xiiij. Tinget in ſanguine paſſeris imolati. et paulo ſu perius plr ut offerat duos paſſeres uiuos. et Ezechieľ. xxxix. Feris aui bus oīq; uolatili cęli. et beſtiis terrę dedi te ad deuorandum.

צְפִיר Hircus. Danielis. viij. Ecce autem hircus caprarū ueniebat. & paulo poſterius. hircus aūt caprarum magnus factus eſt nimis.

צִפָּרֶן Vnguis. Deuteronomij. xxi. Et circumcidet ungues eius.

צַפַּת Bulla ſiue nodus orbicularis. ij. Paralippomenon. iij. Porro capita earum quinq; cubitorum. rectius ſic hebraice. nodus ſiue orbis qui ſuper caput eius cubitorum quinq;.

צַקְלוֹן Tegumentū. ueſtimentū. inuolucrum. uel illud in q̄d aliq̄d recondiť. q̄d greci thecas appellāt. iiij. Regū. iiij. et frumentū nouū in pera ſua. alij in ueſte ſua. qui mouentur ex tranſlatione chaldaica quę dicit. Et fruges in ueſte ſua. quod alij intelligunt in ſiliquis ſuis atq; fol liculis. ut ſolet hordeum in ſpicis deliteſcere.

צָרַר Turbauit. laceſſiuit. tribulauit. aduerſatus eſt. Numeri. xxxiij. Et aduerſabunť uobis in ťra habitatiōis urę. Inde multa deriuata. ſicut illud p̄s. cxviij. De tribulatione inuocaui dominum. ſic pſalmo. cxvi. Pericula inferni inuenerunt me tribulationem et dolorem inueni.

צָרַר Colligauit. Prouerbiorum.xxx. Quis colligauit aquas quasi in ueſtimento. Inde colligatura rerum quę appellat fasciculus. ut Canticorum primo. Fasciculus myrrhę dilectus meus mihi. ſic Prouerbiorũ ſeptimo. Sacculum pecunię ſecum tulit.

צְרוֹר Puluis frumenti cadens ſimul cum furfuliſ ſeu quiſquiliis in triturando uel cribrando. Amos nono. Sicut concutitur triticum in cribro et nõ cadet lapillus ſuper terrã. et ſic ꝑ ſcrupis lapillorũ ſumit.

צָרַב Combuſſit. Ezechielis.xx. Et comburetur in ea omnis facies. Inde cicatrix combuſtionis dicitur. Leuitici decimotertio. Quia cicatrix eſt combuſturę.

צְרִי Reſina. Geneſis.xliij. Modicum reſinę et mellis et ſtoracis. & Ezechielis.xxvij. Et mel et oleum et reſinam. eſt autem ſuffumigationibus aptum electrum ſecundum magiſtros hebręorum. de quo dixit raban Simeon filius Gamalielis qꝺ ſtillat de ligno inciſo. et appellatur balſamum.

צָרַח Alte clamauit. Sophonię. i. Vox diei domini amara. tribulabitur ibi fortis. pro quo. lxx. vox diei domini amara et dura. ſed Iudęi exponunt. vox diei domini amara. anteclamat illic robuſtus. Inde locus altus dicit qui delonge uideri poſſit. et ꝓterea turris excelſa eo nomĩe appellat. qꝺ ab apparẽtia et lõginqua uiſione trãſlatio nr̃a phanũ nominauit. Iudicũ. ix. Ingreſſi ſunt phanũ dei ſui berith. ſed rectius dicit alta turris alicuius fortalicij eoꝝ ſpeculator in ea ſoleat alteclamare. ſecundum Ioſeph kimhi qui fuit duorum nobiliſſimorum grammaticorum pater ſcilicet Dauidis et Moyſi.

צָרַךְ Oportuit. neceſſariũ fuit. ij. Paralip. ij. Nos autem cedemus ligna de libano quot neceſſaria habueris. et ſic ſępe intelligitur ſcilicet quibuſcumqꝫ indiges.

צָרַע Fuit leproſus. Leuitici. xxij. Homo de ſemine Aarõ qui fuerit leproſus aut patiens fluxum ſeminis. et ꝑ ꝓpoſitionẽ mem ij. Regũ. iij. Nec deficiat de domo Ioab fluxũ ſeminis ſuſtinẽs et leproſus. et cũ lr̃a finali fœminini generis thau. Exodi. iij. Protulit leproſã inſtar niuis. Inde nomẽ lepra. Leuitici. xiij. Plaga lepręſi fuerit in homine.

צִרְעָ Nomen reptilis et alati uiſu ſuo homines interficientis. ſic ſcribit rabi Dauid kimhi in libro de radicibus. tranſlatio noſtra uertit crabrones. Exodi. xxiij. Emittens crabrones prius qui fugabunt Euęum et cananęum.

צָרַף Sublimauit. purgauit metalla. Ieremię. vi. Fruſtra conflauit conflator. ideſt ſublimauit metalla. Inde aurifaber ſeu argentifaber. cõflator aurifex. Iudicum. xvij. Et dedit eos argentario ut faceret ex eis ſculptile. & Iſaię. xl. Aut aurifex auro figurabit illud et laminis argẽteis argentarius. inde nomen uerbale pſalmo. xvij. Eloquia domini igne examinata. hebraice ſic. Sermo domini purgatus et excoctus. ſcilicet ſicut metallarius aurum ſublimat. omnia deriuata ſignificãt probationem. expurgationem et ſoliditatem atq; firmitudinem.

צָרְפַת Gallia quę nunc francia dicitur. Abdię ultimo. Et tranſmigratio exercitus huius filiorum Iſrael quę Cananęorum uſq; ad Sareptam. Eſt autem ſarepta ciuitas ſidoniorum. iij. Regum. xvij. Surge & uade in ſareptam ſidoniorum. ſed tunc ſcribitur per he aſpirationem finalem. In Abdię autem citato loco ſcribitur ſine he. et ſignificat francia occidentalem ſecundum rabi Salomonem et Lyram noſtrum. & enumerat ſignificatum huius uocabuli rabi Dauid hiſpanus inter regna ſeu regiones occidentales prope alemaniam cum ſua interpretatione dicens. Zarphath quod eſt francia. et ſic eſt omnibus Iudæis uſus loquendi.

צְפַרְדֵּעַ Rana. Exodi. viij. Et extẽdit Aaron manum ſuper aquas ægypti et aſcenderunt ranę. uerius ſic. & aſcendit rana. in ſingulari numero. & pluraliter paulo ſuperius. Et educ ranas ſuper terrã ęgypti.

קָאַת יהי שם יהוד יצורך

V Omuit.expuit.Leuitici.xviij.Ne et uos similiter euomat cũ paria feceritis sicut euomuit gentem quę fuit ante uos. inuenitur autem quãdoq; aleph mutari in iod. Ieremię vicesimo quinto.Bibite et inebriamini et uomite et cadite.

קָאַת Auis immundę proprium nomen. quam alij onocrotalũ.alij pellicanum.alij monędulam.alij aliter nominant.Leuitici.xi.Onocrotalum et porphyrionẽ.et p̃s.cij.Similis factus sum pellicano solitudinis.quod ita recte dici putat Hieronymus.nã ita de ueritate hebraica traduxit.Assimilatussum pellicano deserti.sed rursus onocrotalũ traduxit.Sophonię.ij.Et onocrotalus et ericius.

קַב Cabus.iiij.Regum.vi.Et quarta pars cabi stercoris columbarũ quinq; argenteis.Est autem cabus secundum Suidam gręcum,mensura frumentaria.

קָבַב Imprecatus est.maledixit. Numeri.xxij. Veni et maledic ei.i. imprecare.et infra. Veni et maledic populo isti.et eiusdem.xxiij.quomodo maledicam cui non maledixit deus. deficit aũt beth alterum & reponitur dagges in signũ defectus. et eo loci multus est huius uerbi usus.& Iob.iij.Maledicant ei qui maledicunt diei.

קֵבָה Stomachus.ventriculus.Deuteronomij.xviij. Dabunt sacerdoti armum ac uentriculum.siue intestinum seu stomachum.

קֹבָה Prostibulum.lupanar.taberna.uel domuncula meretricum. Numeri.xxv.Ingressus est post uirum israelitem in lupanar.

קִבֵּל Suscepit. recepit. accepit.acceptauit.elegit. Ester.iiij. Quam accipere noluit.et eiusdẽ.ix.Susceperuntq; Iudęi. et Prouerbiorꝝ.xix. Audi consilium et suscipe disciplinam.&.i.Paralip.xxi.Elige quod uolueris.rectius sic.accepta tibi.Inde dicitur cabala.i.receptio secundum rabi Dauid kimhi in libro de radicibus. ex quo nostri arcanorũ indagatores artem cabalisticam nominant scientiam receptionis, eoquod per successiuam receptionem unius ab altero ad nos usq; sit deriuata.

ſicut clare oſtendit nobiliſſimus ętate noſtra philoſophus Ioannes Pi
eus comes ſacri romani imperij mirandulanus et concordię dominus
in ſua apologia cõtra et aduerſus calumniatores ſuarum concluſionũ,
quęſtione quinta.ex qua quidem arte multi putant arcanas operatio-
nes oriri.fuit autem nulla unquam arcanorũ operatio quę non aliqñ
ab aliis bona et ab aliis mala diceretur,pręſertim ignorãtibus. ſic Pha
raonis magici uirgam Moyſi contempſerunt.ſic chriſti miracula pha-
riſęi criminati ſunt. vnde nõ eſt mirum ſi grecorum antiquitas quę ad
tantam cabaliſticę ſcientię perfectionẽ uenire nunquam potuit cernẽ
do arcanas operationes,inde naſci artem ipſam nominarunt decepto
riam.ut eſt apud Ariſtophanem in comœdia ranarum. ubi Hercules
loquitur. Η μην κοβαλλαγεσιν ωσ και σοι δοκει ſed deo adiuuante hac ipſa
de arte poſt hãc eos faciemus certiores quos experiemur legendis no
ſtris in lingua hebraica ſudare.

קִבֵּל Viciſſim pro.Ezrę.iiij.Nos ergo memores ſalis quod in pala
tio comedimus.verbũ de uerbo ſic.Pro omni igit uiciſſitudĩe ſalis pa-
latij quem diſſipauimus.et infra.Si ciuitas illa ædificata fuerit et muri
ipſius inſtaurati,poſſeſſionem transfluuium non habebis. rectius ſic.
Pro uice illa,portio transfluuium non erit tibi.

קָבַע Rapuit.corripuit.concuſſit.extorſit.iniuriã uel uim fecit. Ma-
lachię.iij.Si affiget homo deum quia uos configitis me.et dixiſtis in q̃
configimus te.quod.lxx.interpretati ſunt ſi ſupplantat. Aquila.Sym-
machus et Theodotion poſuerunt ſi fraudat.chaldaica trãſlatio Iona
thę habet.ſi depopulaꝫ uir coram iudice. comunis iudęorũ expoſitio
eſt ſecundum Lyram noſtrum. ſi uiolentabit homo deum quia uos
violentatis me.loquitur enim ſcriptura de deo ſicut de homine cuius
bona per uiolentiam capiuntur.omnia eius deriuata rapinam. uiolen
tiam et iniuriam ſignificant.

קְבַע Galea.armatura capitis.i.Regũ.xvij. Et impoſuit galeam ęreã
ſuper caput eius.vbi in quibuſdam impreſſis libris hoc uocabulũ per
caph ſcriptũ reperitur.ſed in antiquiſſimis uoluminibus per quf ſcri-
bitur.habeo enim plurimorum annorum uolumina in quibus hoc in
loco per quf hoc uocabulum ſcribitur.attamen in uno ex ijſdem uetu

ſtiſſimo adiuncta eſt notula quam hebrei maſſarah.greci ſcholion ap pellant que dicit breuiter ſic.non per quf ceteri ſed per caf. vnde puto iuniores eſſe motos ut per caph imprimerent etiam hoc in loco.ſed et in Ezechiele ponitur per quf.Ezechielis.xxiij.Lorica et clypeo et ga lea armabunt contra te undique.preter hos duos locos inuenies in aliis per caph ſcriptum.et licet ſcriptura diuerſa tamē idem ſignificatū eſt.

קִבַּעַת Fex. tranſlatio noſtra traduxit fundum uaſis.Iſaie.li. Vſque ad fundum calicis ſoporis bibiſti.et infra. Fundum calicis indignatio nis mee.ideſt fecem ſecundum Dauid hiſpanum.

קָבַץ Coadunauit.collegit.congregauit.multiplicauit.Geñ.xli.pro eo quod nos legimus. et in manipulos redacte ſegetes,cōgregate ſunt in horrea ægypti.ueritas hebraica ſic habet.Et collegit omnem eſcam ſeptē annorū q̄ fuerunt in terra ægypti.ſic Ioelis.ij. Coadunate ſenes.

קָבַר Humanauit.ſepeliuit.Geñ.xxiij. Atque ita ſepeliuit Abraham Saram uxorem ſuam. et Geñ.xlix. Sepelite me cum patribus meis.& infra.Ibi ſepelierūt eum et Saram uxorem eius. & Deutero.xxxiiij.& ſepeliuit eum in ualle terre moab. Inde nomen ſepulchrum in eodem loco paulo inferius.Et non cognouit homo ſepulchrum eius.

קָדַד Inclinauit.i.Regum.xxiiij.Et inclinans ſe Dauid pronus in ter ram adorauit. & Geñ. xxiiij. Inclinauit ſe homo et adorauit dominū. ſignificat igitur uerticem capitis humi demittere. unde duplicatum ſi gnificat uerticem קָדְקֹד Deuteronomij.xxxiij. Et ſuper uerticem nazarei inter fratres ſuos.

קָדַח Accendit.ſuccendit.ferbuit.arſit.uſſit.Deuteronomij.xxxij. Ignis ſuccenſus eſt in furore meo.ſic Ieremie.xv. Quia ignis ſuccenſus eſt in furore meo. Inde dicta eſt febris a feruore. Deuterono.xxviij. Percutiet te dominus egeſtate febre et frigore. ſignificat et ſacrum ignem et carbunculum &c̄.

קֶדֶם Anterius.prius.ante.Iſaie.xxiij.Que gloriabatur a diebus pri ſtinis in antiquitate ſua.rectius ſic.A diebus ante prioritas eius. Quia

vero orientalis plaga dicitur anterior ſicut occidẽtalis poſterior. iccir/co pro oriente accipitur. ut Numeri.xxiij. De montibus orientis. ſic venti dicuntur orientales. Exodi.xiiij. Flante uento uehemẽti. rectius ſic. uento oriẽtali. et etiam pro ꝯthernitate quę anterior omnibus eſt. ſic Deutero.xxxiij. De uertice collium ꝯthernorum. hoc etiã nomine priſci atq; maiores noſtri uetereſq; appellantur. p̃s.lxxvij. Cogitaui dies antiquos. & Micheę ultimo. A diebus antiquis. Inde uerbũ oriť. anteponere ſeu proponere. ſiue prꝯuenire aut anteſtare. quod tranſla tio noſtra offerre traduxit. Micheę.vi. Quid dignũ offeram domino. rectius ſic. In quo anteſtabo ſeu quid prꝯſtabo domine. et ſic alia mul/ta inde deriuata.

קָדַר Tenebreſcebat. obtenebrauit. denigratum ſeu obfuſcatũ eſt. Micheę.iij. Et obtenebrabiť ſuꝑ eos dies. & Ieremię.iiij. Lugebit ťra et mœrebunt cęli. rectius ſic. & obfuſcabuntur ſeu tenebreſcent cęli. ſi/militer Ioelis.ij. Sol et luna obtenebrati ſunt. et ſic tranſumptiue ſigni ficat humilitatẽ et depreſſionẽ. mœrorẽ ſiue triſticiam. quia qui a talia patiuntur, amittũt colorẽ lucidum et denigranť. ut Iob.xxx. Mœrens incedebam ſine furore.

קָדַשׁ Iniciauit. conſecrauit. ſanctificauit. Exodi.xxix. Conſecratiſq; ipſis et ueſtibus. et eiuſdem.xx. Benedixit diei ſeptimo et ſanctificauit illum. et Exodi.xiij. Sanctifica mihi omẽ primogenitum. quia uero id quod eſt conſecratum ſeu ſanctificatum ſeparať ab uſu et commertio vulgi, ideo etiã nominanť ſeparata et immunda et polluta hoc modo. vt Haggei.ij. Si tulerit homo carnẽ ſanctificatã in ora ueſtimenti ſui. i. profanatam et pollutam. ſic apud latinos hęc dictio ſacrũ ſignificat ſan ctum et etiam execratum atq; abiectũ. ut Virgilius. Auri ſacra fames. Inde ſanctuariũ. ſanctificatio. ſanctũ &c̃. ſignificat item prꝯſens uoca/bulum cęlebrare. feſtiuare. inſtruere. inſtituere et ſolẽnizare. Ieremiæ vi. Sanctificate ſuper eam bellum. ideſt inſtituite ſeu inſtruite.

קָדֵשׁ Scortator. fornicator. meretricator. Deute.xxiij. Nõ erit me retrix de filiabus Iſrael. nec ſcortator de filiis Iſrael. ſic enĩ ſubiũctõne he finalitatis et generis fœmĩni ſignificat etiã fornicariã et meretricẽ.

קָהָה Hebetatus eſt. obtudit. retudit. Eccleſiaſtis.x. Si retuſum fue/

rit ferrum.alij uerius rubiginoſum fuerit.

קָהַל Congregauit. concionem egit. concitauit. concionatus eſt.i. Paralip.xv.Cõgregauit Dauid uniuerſum Iſrael.et Nũeri.xvi.Cũq; ſtetiſſent aduerſum Moyſen et Aaron.rectius ſic. Et congregati ſunt aduerſum Moyſen et Aaron.Inde nomen cõgregatio. concio. cœtus hominum.eccleſia.ut in eodem loco.Cur eleuamini ſuper populũ domini.rectius ſic.Quare eleuamini ſuper congregationẽ ſeu conuentũ aut concionem domini. Inde concionator. Eccleſiaſtis.i. Verba eccleſiaſtis ideſt concionatoris.ſeu ut nunc loquimur prędicatoris.

קָוָה Suſtinuit.expectauit.ſperauit.p̃s.xl. Expectãs expectaui dñm. Inde nomina et participia.p̃s.xxxvij.Suſtinẽtes autem dominum ipſi hęreditabũt terrã.& Ieremię.xiiij.Tibi peccauimus expectatio Iſrael. & Iſaię.v.Expectauit ut faceret vuas.Inde ſpes et expectatio.Iob.v.Et erit egeno ſpes. תקוה/שבר/ת׳ הכמה

קָוָה Congregauit.Geñ.i.Congregentur aquę quę ſub cęlo ſunt in vnum locum.Inde nomen.ut paululum infra.Congregationes aquarum vocauit maria.

קָו Regula.norma.linea.directorium.perpendiculum. Iob.xxxviij. vel quis tetendit ſuper eam lineam.Zacharię.i. Et perpendiculũ extẽdetur ſuper Ieruſalem.&.iij.Regũ.vij.tranſlatio nra habet reſticulam ſic.Et reſticula trigĩta cubitorũ cingebat illud.i.filũ.zona. ſeu amuſſis. & quia per illa menſurarũ directoria ędificaẽt.iccirco tale uocabulũ ad ędificationẽ et architectonicã tranſumit.p̃s.xix. In oẽm terrã exiuit ſonus eorũ.rectius norma.directio. rla.ędificatio et architectonia eorũ.

קוט Faſtidiuit.p̃s.cxix.Vidi p̃uaricantes et tabeſcebã.rectius et faſtidiui.quã expoſitionem ſatis uidet Hiero. approbare in p̃s.xcv. ubi nos legimus.quadraginta annis offenſus fui generationi iſti. Hiero. interp̃taẽ.quadragĩta annos diſplicuit mihi generatio iſta.q̃ſi dicat faſtidiui generationẽ.patet hoc aptius Iob.x.Tedet aĩam meã uitę meę.

קָט Pene parum ſeu paucum.paululum.pauxillum. Ezechielis.xvi. Pauxillum minus pene.

קוֹל Vox.Geñ.xxvij.Vox quidem uox Iacob eſt. etplr Exodi.xix.

Et ecce cœperunt audiri tonitrua. pro quo hebraice sic legit. Et erant voces et tonitrua et nubes densa super montẽ. et sequitur. Clangorq; buccinę uehemens. idest uox cornu. & Geñ. iij. Et cum audissent uocẽ domini dei deambulantis in paradiso.

קוּם Surrexit. Geñ. xiij. Surge et perambula terram. & perdit vau ps. xxvij. Insurrexerunt in me testes iniqui. et quãdoq; loco vau ponit aleph in medio. ut Oseę. x. Consurget tumultus in populo tuo. sic sine vau et sine aleph. Deute. ultimo. Et non surrexit propheta ultra. Inde dicitur altitudo. Geñ. vi. Et triginta cubitorum altitudo illius. et Canticorum. vij. Statura tua assimilata est palmis. significat etiã segetẽ ad huc surgentẽ in agro. Deute. xxiij. Si intraueris segetem amici tui &c. Significat etiam sub alia uerborum figura per iod in medio scriptum erigere. fũdare. statuere. cõfirmare. ps. cxix. Cõfirma me in ỹbis tuis. & Geñ. xxiij. Confirmatus est ager quondã ephronis. et Ester. ix. Confirmarunt et susceperunt Iudęi super se et semen suũ. & Leuitici. xxvi. Et firmabo pactum meum uobiscum. et infra. Vt incederetis erecti. Inde erectio. Leuitici. xxvi. Nemo uestrum inimicis audebit resistere. pro q̃ ueritas hebraica habet. Et non erit uobis erectio ante inimicos. seu prę hostibus. & Prouerbiorę. xxx. Nec est rex qui resistat ei. pro q̃ aliqui cabalistę neoterici uertunt. & rex Alcum secum. in quo concludunt quandam prophetiam nostro ęuo manifestandã. et per ꝓthesin iod significatur generaliter omniũ se mouentium collectiua congregatio et uocat substantia. ut Geñ. vij. Et delebo omnẽ substãtiam quã feci de superficie terrę. significat etiam per ꝓthesin mem locus. Geñ. xxviij. Vere dñs est in loco isto. et item. quam terribilis est locus iste. quod est nomen sanctũ in cabala, de quo in capnione nostro.

קוֹן Planxit. Ezechielis. xix. Et tu assume planctum super principes Israel. et eiusdem. xxxij. Planctus est. et plangent eum filię gentium. plangent super ægyptum et super multitudinem eius plangent eum.

קַן Hasta. lancea. hastile. secundo Regum vicesimoprimo. Cuius ferrum hastę trecentas uncias appendebat. hebręi dicunt sic nominari galeam. rabi Ionas dicit ferrum hastę subęratę significari. et sic conuenit cum translatione nostra. sed rabi Ioseph pater kimhi cui nota fuit

lingua arabica exponit de haſtili ſine ferro. et dicit in arabico lignum haſtę ſic uocari.

קוֹף Animalis nomen quod homini maxime aſſimilatur. et dicitur ſimia. iij. Regum. x. Semel per tres annos ibat in tharſis deferens inde aurum et argentum et dentes elephantorum et ſimias et pauos. inſtar huius uocabuli dicitur reuolutio uel ambitus per protheſin et paragogen thau. Exodi. xxxiiij. Quando redeunti anni tempore cuncta conduntur. et tertio Regum ſeptimo. Decem cubitis ambiens illud.

קוֹץ Spina. Iſaię. xxxij. Super humum populi mei ſpinę et uepres aſcendunt. & Geñ. iij. Spinas et tribulos germinabit tibi. ſub ea forma eſt uerbum quod ſignificat deteſtari. abhorrere. dedignari. Iſaiæ. vij. Derelinquet terra quam tu deteſtaris. & Numeri. xxij. pro eo quod nos legimus. Et impetum eius ferre non poſſent. hebraica ueritas habet. Et abhorrebat Moab propter filios Iſrael. & Geñ. xxvij. Tedet me uitę meę propter filios Heth. ideſt abhorreo uitam meam. eſt & aliud uerbum quod ſignificat reſurgere. excitari. ſiue ſuſcitari. quarto Regum. iiij. Non ſurrexit puer. & Iſaię. vij. Aſcendamus ad Iudam & excitemus eum. licet hunc locum rabi Dauid kimhi exponat ſecundū prioris uerbi ſignificationem. aſcendamus in iudęam et faciamus ei q̄ nos horreāt. & p̄s. cxxxix. Reſurrexi et adhuc tecū ſum. et Geñ. xxviij. Cumq̄ euigilaſſet Iacob de ſomno. ſignificatur etiam hoc uocabulo ſine vau per zere. finis. terminus. extremū. Geñ. vi. Finis uniuerſę carnis uenit corā me. & Ezechielis. vij. Finis uenit. uenit finis. euigilauit aduerſum me. ecce ubi utrumq̄ ſignificatū inuenit, et cata paragogen aſſumit he in fine. Iſaię. vij. Ad extremum aquęductus piſcinę ſuperioris. ſignificat etiam ęſtatem ſiue ęſtum. p̄s. lxxiij. æſtatem et uer tu plaſmaſti ea. & Iſaię. xvij. Et ęſtate perpetua erūt ſuper eum uolucres. per camez loco vau. et quandoq̄ per epentheſin iod. Geñ. viij. æſtas & hyems. ex illo dicitur hoc nomine fructus arboris. Amos. viij. Et dixi uncinum pomorum. hebręi exponunt ficus. & per iod aleph in fine ſignificat dominū et principē. Iſaię. iij. Princeps eſto noſter. dicunt ab hoc primitiuo cincinni calamiſtrati. cęſaries. coma. Cāticorū quinto. Comę eius ſicut elatę palmarum.

קוֹר Fodit. Iſaię. xxxvij. Ego fodi et bibi aquam. Inde per protheſin mem fons a fodiendo. Ieremię. ij. Me dereliquerūt fontem aquę uiuę.

Nomẽ inde oritur quod ſignificat telam. Iſaię. lix. Telas aranearum. per vau et ſurek. Item ſignificat frigus. Geñ. viij. Frigus et æſtus.

קוּשׁ Appropinquauit. conuenit. Sophonię. ij. Conuenite congregamini gens non amabilis. ubi primū duplicat ſin literam. ſecundū nō duplicat. ſed loco eius recipit dagges. alij tranſferunt ſcrutamini perquirite. ſed Ionathas chaldęus interpretatur chaldaice congregamini & appropinquate.

קָטַט Perculit. affecit moleſtia. perturbauit. Iob. x. Tedet animam meam uitę meę. rectius ſic. Perturbata eſt anima mea in uita mea.

קֶטֶב Aegritudo contingens homini et percutiens eū. Deu. xxxij. Et deuorabunt eos aues morſu amariſſimo. thargū hieroſolymitanū exponit exciſionē. magiſtri aūt arcanorū bene nouerunt quid hoc uocabulum ꝓprie deſignet in arte cabalę. et uſum eius nouerunt. ad q̄d aſtipulatur uerſiculus. p̄s. xci. A ſagitta uolante in die a negocio pambulante in tenebris ab incurſu et dęmonio meridiano. ſuper q̄ ſcribit rabi Salomon ordinarius cōmentator Iudęorum q̄d hęc ſunt nomina dęmoniorum. inter quę et preſens nomen ponitur. ſicut Iſaię. xxviij. Impetus grandinis turbo confringens.

קָטַל Necauit. interfecit. Iob. xxiiij. Interfecit egenum et pauperem. & Iob. ij. Sapientes interficiebant quęrebaťq; Daniel et ſocij eius ut perirent. Inde nomen interfector et nex ſeu interfectio. ut in Abdia. Vt intereat uir de monte eſau propter interfectionem.

קָטַן Minoratuſſum. paruificatuſſum. paruifactuſſum. Geñ. xxxij. Minor ſum cūctis miſeratōnibus tuis. Inde nomē paruus et paruulus. Iob. iij. Paruus et magnus ibi ſunt. & Iſaię. xi. Et puer paruulus minabit eos. et pſalmo. cxiij. Puſillis cum maioribus.

קָטַת Mutilauit. incidit. auulſit. decerpſit. Ezechielis. xvij. Sūmitatē frondiū eius auulſit. hebraice ſic. Caput plantationū eius decerpſit. & Iob. viij. Cumq; adhuc ſit in flore nec carpatur manu. et eſt paſſiuum.

קִטֵּר Suffumigauit. incēdit. ſacrificauit. adoleuit. euaporauit. Amos iiij. & ſacrificate de fermētato laudē. Leuitici. ij. Adolebitq; ea ſuꝑ altare ſacerdos. et Canti. iij. ſicut uirgula fumi ex aromatibus myrrhę et

thuris.ideſt ſuffumigium ſiue incenſum myrrhę et thuris. Inde nomẽ ſuffumigatio.quod gręci thymiama nominant ſic Deuterono.xxxiij. Ponent thymiama in furore tuo. Inde uapor quem tranſlatio noſtra fauillam interpretatur.Geñ.xix. Viditq; aſcendentem fauillam de terra quaſi fornacis fumum.hebręi noſtri ſic legunt.Et uidit et ecce aſcendit uapor terrę ſicut uapor fornacis. nos uero rectius. fumus t̃rę ſicut fumus fornacis.ſic p̃s.cxix.Factus ſum ſicut uter in pruina. putarẽ ego vitium fuiſſe amanuenſis ſcriptoris qui ꝑ pruna concepiſſet pruinã. niſi uiderem in gręco ſcriptum eſſe πάχνη ideſt pruina.quare tranſlatoris error fuit qui hoc in linguã gręcam uerterat. Iſte aũt uerſiculus de cute hominis dicitur q̃ ſit rugoſa et arida, ſicut ſi uter ſuſpenderet ad fumũ.quare intelligendus eſt ſic.factus ſum ſicut uter in fumo.ſed certe interpres gręcus idem uocabulum hęſitando uariauit.nam pſal. cxlviij.tranſfert ab eo cryſtallus quod Hiero.glaciem uertit.Ignis grã do nix glacies.reuera ſecundum linguę hebraicę proprietatem ſignificat hic uaporem aſcendentem de terra in ſimilitudinem fumi.authore rabi Dauid kimhi in libro de radicibus.ab hoc uocabulo per prępoſitionem mem denominat thuribulũ ſiue acerra.Ezechiel.viij. Et unus q̃ſq; habebat thuribulũ in manu ſua.et ſicut ab acerra ara denominat propter ſacrificij ſuffumigationem,ita hoc hebraicũ uocabulum pro ara ſiue altari tranſumitur.ut.ij.Paralippomenon.xxx. Altaria uniuerſa in quibus idolis adolebatur incenſum ſubuertentes.

קִיק Arboris nomẽ ꝑpriũ cito naſcentis crebrũ apud thalmutiſtas in uſu loquendi.ſed eius diminutiuũ kikaion ponit in Iona q̃dHiero. vertit hederã unde fuit reprehenſus a doctis uiris quos ipſe cucurbitarios uocat, eoq̃d putarint rectius tranſferri cucurbitam. Ionę.iiij.Et prępparauit dñs deus hederã. ipſe uero Hiero .in cõmẽtariis ſcribit q̃ ſermo latinus hãc ſpeciẽ arboris nõ habeat.naſcit autẽ creberrime in palęſtina lata habẽs folia in modũ pampini.miręq; in modũ ſi ſementẽ ieceris cito confota cõſurgit in arborẽ.et intra paucos dies quam herbam uideras, arbuſculam ſuſpicis.hęc Hieronymus.nominatur in linguapunica ſiue arabica elkeroa.

קִיר Paries.Leuitici primo.Decurrere faciat ſanguinem ſuper crepidinem altaris. rectius ſic. Spargatur ſanguis eius contra parietem altaris. &.i. Regum decimonono. Niſuſq; eſt Saul configere Dauid

in pariete.et infra.Perlata est in pariete.etpluraliter declinat in fœmi/
nino.& capit pro muro.Isaię.xvi.His qui lętant super muros cocti la/
teris.ego putassem ab hoc denominari ciuitatē.sed grāmatici a primi
tiuo kara deduxerūt,ut inferius patebit.Inde orit uerbū geminatū q̄d
significat muros diruere.uastareq; et perforare parietem.impugnare
et uim inferre.Numeri.xxiiij. Vastabitq; omnes filios Seth.

קָלַל Leuifecit.uilipēdit.despexit.inhonorauit.Nahū.i. Quia inho
noratus es.& Iob.xxxix.Qui leuit locutussum respōdere q̄d possum.
& Geñ.xvi. At illa cōcepisse se uidens despexit dominā suam. Inde no
mē leuis.Iob.xxiiij.Leuis est sup faciē aquę.Inde uerbū Isaię.ix. primo
tempore alleuiata est terra zabulō.& Habacuk.i. Leuiores pardis.

קָלַל Maledixit.Leuitici.xx.Qui maledixerit patri uel matri. cuius
participiū Exodi.xxi.qui maledixerit patri uel matri.i. maledicens. &
Isaię.viij.Et maledicet regi suo.Inde nomē substantiuū Deute.xi.Ecce
ego propono in conspectu uestro hodie benedictionē et maledictio/
nem.& nota q̄d docti hebręorū exponunt uersiculū illum Deute.xxi.
Maledictus a deo est qui pendet in ligno.sic.despectus a deo est.secun
dum priorem significationem.Paulus aūt apostolus legisperitissimus
traduxit επικαταρατος ideſt maledictus ad Galatas.iij.ca. quē nos re/
ctius sequimur prędceptorē nostrū supra q̄s dici queat fidelē. geminat
hoc uerbū sicut et alia uerba plurima ī hebraico,et significat cōterere.
diruere.deuastare.deterere.Ezechiel.xxi.Cōmiscens sagittas.ideſt ita
deterens ut instar speculi ferrū earę luceat quatenus in eis fiant uisio/
nes,sicut est in magicis cōsecratio gladij. Ecclesiastis.x. Si retusum fue
rit ferrū.& hoc nō ut prius sed hebetatū fuerit multo labore exacuet.
rectius hebraice sic.si rubiginosum fuerit ferrum.et hoc nō facietenus
detritum seu tersum fuerit uirtusq; eius confortetur.&c.

קָלָה Frixit.torrefecit.Leuitici.ij.De spicis adhuc uirentibus torre
bis eas igni.Inde frixū.tostū siue polēta.i.Regū.xvij.Accipe fratribus
tuis ephi polentę.ubi quidā scribūt per paragogē aleph. Itē eiusdem
formę ē uerbū q̄d significat despicere.inhonorare.uilipēdere. Deute.
xxvij.Maledictus q nō honorat patrē suū et matrē suā. inde nomē de/
spectio.uilipēdiū.ignominia.ps.lxxxiij.Imple facies eorę ingnominia.

קָלַח Caldare.per paragogen thau in fine.translatio noſtra uertit ollam.Micheæ.iij.Sicut in lebete et quaſi carnem in medio ollæ.Iona thas chaldaice tranſfert cadra quod nos chaldare dicimus.

קְלֹט Concretū.ſicut quando fiſſura pedū animalis cōcreſcit quaſi pedis equi uel muli.tūc ipſum animal dicīt concretū.Leuitici.xxij.Bouem et ouē aure et cauda amputatis.rectius ſic.Bouē et ouē diſcretis aut cōcretis membris.ut quod unum membrū deberet eſſe diſcreſcit in duo.et q̄d duo mēbra deberent eſſe cōcreſcunt in unū.et ab eo denominaī locus refugij q̄d aſylū dicunt,eoq̄ fugitiui illic coaleſcunt & concreſcūt.Nūeri.xxxv.Et reducēt p̄ ſententiā in urbē ad quā cōfugerat.et paulo ſupius.decernite q̄ urbes eſſe debeāt in p̄ſidia fugitiuor̄.

קְלֹס Deriſio.ſubſannatio.illuſio.p̄s.xliij.Subſannationē et deriſū ijs qui ſunt in circuitu nr̄o.ſic Ieremię.xx.Et factus eſt mihi ſermo dñi in opprobriū et deriſum tota die.Inde uenit uerbū Habacuk.i.& ipſe de regibus triumphabit.rectius ſic.et ipſe in regibus illudeī.dicūt aūt docti hebr̄eor̄ grāmatici q̄ hoc uerbū tam in bonā quā in malā partē accipi poſſit.ſicut apud latinos ualere.et q̄d in iā citato Habacuk loco ſignificet laudare ut ſit int̄pretatio ſic.et ipſe in regibus laudabīt.ego eligerē primū ſignificatū ,ppr̄ uerba ſequētia et chaldaicā trāſlationē.

קָלַע Rotauit fundam.uel fundibulauit.i.Regū.xvij.Tulitq̄ lapidē et funda iecit.Inde nomen ſubſtantiuū.ut paulo ſuperius.et fundā manu tulit.Inde deriuata.ut fundibularij et oīa a fundibulando dicta.nominanī et ſub hac forma tentoria.cortinæ.uela.Exodi.xxvij.Contra meridiē erunt tentoria de biſſo retorta.ſic dicīt quicquid torno rotaī.

קַלַשׁ Bidens inſtrumentū ruſticū per paragogē on terminationis ſcriptū.alij uocant ligonē.alij ſarculū.i.Regū.xiij.Acies uomerū et ligonū et tridentū.i.ligonū trium dentiū.ita enim ponīt numerus.rabi uid kimhi dicit apud nos uocari furcam quę habeat tres dentes.

קֶמַח Farina.Numeri.v.Decimam partem ſati farinę ordeaceę.& Iſaię.xlvij.Et mole farinam.ideſt mole ut fiat farina.

קָמַט Ruga.Iob.xvi.Rugę meę teſtimonium dicunt contra me.

קָמַל Reſcindebat.excidit.uel neutraliter emarcuit.obſorduit. Iſaię xix.Calamus et iuncus marceſcent.et eiuſdem.xxx. Confuſus eſt libanus et obſorduit.

קָמַץ Pugillo menſurauit. ſeu a uola manus.inuolauit.ideſt tantū accepit quantum poteſt uir pugno continere.Oportet enim per ambages circumloqui.cui uocabulū latinum ſimile neſcimus. ſicut interpres fecit Leuitici.v̄.Quorum unus tollet pugillum plenum ſimilę.ſic quaſi liceret dicere.Et pugillabit inde plenum pugillum ſuum.

קִמּשׁ Vrtica.Iſaię.xxxiiij. Orient̄ in domibus eius ſpinę et urticæ. quamuis noſtri iudęi exponant ſic.Carduus et ſpina. ſed tamen magiſter Dauid kimhi de radicibus interpretatur urticam.

קָנַן Nidificauit.p̄s.ciij.Illic paſſeres nidificabunt.Inde nomen uerbale.Ieremię.xlviij.Quaſi colūba nidificans in ſummo ore foraminis. Inde nidus nomen.p̄s.lxxxiiij.Et turtur nidum.et in Abdia.Et ſi inter ſydera poſueris nidum tuum.&pluraliter Geneſis.vi. Manſiunculas in arca facies.vult dicere inſtar nidorum.

קָנָא Aemulatus.zelatus eſt.inuidit.Numeri.xxv. quia zelatus eſt pro deo ſuo.& Numeri.v.Si ſpiritus zelotypię concitauerit uirū contra uxorem ſuam.verbum e uerbo ſic. Et tranſibit ſuper eum ſpiritus ęmulationis ſeu inuidię et inuidebit uxori ſuę.ſic Geñ.xxx.Cernēs aūt Rahel q̄d infœcūda eſſet inuidit ſorori ſuę.inde nomē ęmulator.Deutero. Deus ęmulator.& Exodi.xxxiiij.Dñs zelotes nomen eius.et interponit̄ qñq̄ iod cata epentheſin.Deute.xxxij.Ipſi me ꝓuocauerunt in eo qui nō erat deus et ego ꝓuocabo eos in eo qui nō eſt ppl̄s. & eſt uerbū tranſitiuū tertij.i.ęmulari fecerūt et inuideri faciam &c̄.

קָנָה Procurauit.cōparauit. acqſiuit.adeptus eſt.obtinuit.exorſus eſt.Geñ.xlix.Quam emit Abraham.& Geñ.iiij. Poſſedi hominē per deū.miror tranſlationē hāc.ſed potius acquiſiui hominē uel obtinui. ſic Geñ.xiiij.Ad dñm deū excelſum poſſeſſorē cęli et terrę.i. procuratorem exordientem cęlum et terram pro ut Deuteronomij.xxxij. Nūquid nō ipſe eſt pater tuus qui poſſedit te.i. acquiſiuit cōparauit.

Inde dicuntur acquisita omnia bona scilicet immobilia.mobilia.et se mouētia.ut sunt pecora et pecudes.De mobilibus scribitur Geñ.xiij. Erat autem diues ualde in possessionibus auri et argēti. idest in bonis acquisitis.de se mouentibus.Geñ.xxvi.Habuitq; possessiones ouium et armentorum.de immobilibus.Ieremię.xxxij. Et possidebunt agri.

קָנָה Calamus. Isaię.xix. Calamus et iuncus marcescent.et quia in oriente baculos ex canna seu calamo conficiūt quibus mēsurant quantitates.iccirco pro mensura transumitur.Ezechielis.xl.Et calamus mē surę in medio eius.sicut nos dicimus ulnam uel brachium. unde etiam dicitur regula transuersalis cui appenduntur hinc et hinc pondera.q̄d translatio nostra statheram uertit.Isaię.xlvi.Et argentum stathera pō deratis.significat etiam calamum aromaticū.Exodi.xxx. Calami similiter ducentos quinquaginta siclos.

קִנָּמוֹן Cinnamomum. Exodi.xxx. Et cinnamomi medium eius. & Canticorum.iiij.Fistula et cinnamomum.ubi cannam uertit fistulam.

קָסַם Incidit.decerpsit.distrinxit.Ezechielis.xvij. Et fructus eius distringet et siccabit.

קָסַם Magicauit.diuinauit.ariolauit.Ezechielis.xiij.Et diuinationes non diuinabitis amplius.&.i.Regum.xxviij.Diuina mihi in pythone. &omnia inde deriuata significant prędicere futura.

קֶסֶת Atramentarium.Ezechielis.ix. Et atramentarium scriptoris ad renes eius.alij dicunt q̄ significat tabulam et pugillarem.ita enim exponit thargum pinax.est autem pinax grece tabula latine.

קַעֲקַע Stigmatizatio.Leuiti.xix. Neq; figuras aliquas aut stigmata facietis uobis.quo putant aliqui prohibitam esse artem geomātiæ. de qua rabi Iuda Harisi et alij complures scripserunt.

קָעָה Abegit.dimouit.Geñ.xxxij. Tetigit neruum fœmoris eius.i. coxam dimouit e loco cohęrentię eius et eluxauit.ita exponit rabi Salomon et allegat uersiculum Ierem.vi. Ne forte recedat anima mea a

te.ideſt ne dimoueatur.

קְעָרָה Scutula ſiue ſcutella.quod trãſlatio noſtra acetabulum uer tit.Numeri.vij.Acetabulum argenteum appendens centum triginta ſidos.& Exodi.xxxvij.Acetabula phialas et cyphos.

קָפָא Coagulauit. concreuit. tranſlatio noſtra uertit congregauit. Exodi.xv. Cõgregatę ſunt abyſſi in medio mari.rectius Iob.x.Et ſicut caſeum me coagulaſti.Sophonię.i.Viros defixos in fęcibus ſuis. ideſt coagulatos et concreſcentes ſuper fęces ſuas.

קִפֵּד Reſcidit.pręcidit.Iſaię.xxxviij.Pręciſa eſt uelut a texente uita mea. in ea forma nominat animal deſerta loca inhabitãs.q̃d alij uolũt auem eſſe.alij reptile.trãſlatio noſtra ericium uertit.Iſaię.xxxiij.Ono crotalus ericius et ibix.ſimiliter Sophonię.ij. Onocrotalus et ericius. ſcribitur autem in fine per holem.

קִפּוֹז Significat idem quod pręcedens uocabulum ſiue ericium ſeu aliud animal.et ponit in eodem capitulo Iſaię.xxxiiij.Ibi habuit foueã ericius. ſed quidam impreſſi libri habent illic kiphod.rectius autem antiqui kaphon.

קָפַץ Clauſit.concluſit.continuit.contraxit.p̃s.lxxvij. Aut contine bit in ira ſua miſericordias ſuas.& Iob.v.Iniquitas autem contrahit os ſuum.ideſt concludit et cõtinet.et Deuteronomij.xv. Nec contrahas manum tuam ſed aperias eam pauperi.& Iſaię.lij.Super ipſum conti nebunt reges os ſuum.ideſt claudent.in eadem uerbi forma ſignificat tranſilire.Canticorum.ij.Tranſiliens colles.

קָצַץ Abſcidit.detruncauit.mutilauit.Deuteronomij.xxv. Abſcin das manum illius nec flecteris ſuper illam ulla miſericordia. et Exodi xxxix.Et extenuauit in fila.ideſt abſcidit fila. Inde uenit finis et termi nus.Geñ.vi.Finis uniuerſę carnis uenit. ideſt detruncatio. quod aſſu mit quandoq; nun per epentheſin.eoq; abiicitur unum zade.et cũ nõ aſſit nun litera neq; alterũ zade.additur dagges ad notandũ defectũ.

קָצַב Limitauit.deſignauit.abſcidit.incidit.pręcidit.iij.Regum.vi.

Prȩcidit ergo lignum et miſit illuc.ideſt prȩcidit et ȩquauit ut eſſet capulum ſecuris.ſic.iij.Regum.vi.In menſura pari et opus unum erat in duobus cherubim.hebraice ſic. Menſura una et prȩciſio una duobus cherubim.quod poſtea ſenſum e ſenſu uertens ſculpturam interpretatus eſt.iij.Regum.vij.Et menſura ſculpturaq; conſimili ideſt prȩciſione.tranſumitur etiam pro extremo et finali termino.Ionę.ij.Ad extrema montium deſcendi. ab ȩquatione prȩciſionis dicit Canticorū.iiij. Sicut grex tonſarȩ.i.adȩquate prȩciſarū uel p̄ciſe ȩquatarū ſeu ȩq̄liū.

קְצַת Concidit.abſcidit.mutilauit.Habacuk.ij.Concidiſti populos multos.rectius ſic.cōcidendo pp̄os.eſt enī gerundiū. Inde mutilatus ſeu abſciſus et detruncatus.Prouer.xxvi.Claudus pedibus et iniquita tem bibens.Inde finis. angulus. extremitas. Exodi.xxv. Cherub unus ſit in latere uno et alter in altero.hebraice ſic. Et facies cherub unū ab extremitate hinc,et cherub unum ab extremitate hinc. &p̄r in maſculino pſalmo ſexageſimoquinto.Spes omniū finiū terrę.etp̄r in fœminino in eodem pſalmo. Et timebūt qui habitant terminos. varij uarie trāſferunt. nam pro termino uel extremitate poſuerūt ſummū.Deuteronomij.iiij. A ſummo cęli uſq; ad ſummū eius.aliud etiam ſignificatum habet.nam ſignificat perteſum eſt.nauſeauit.Numeri.xxi. Anima noſtra iam nauſeat ſuper cibo illo leuiſſimo. ubi rabi Salomō hoc verbum exponit per illud paulo ſuperius ſcriptum. Et tedere cœpit populum itineris.

קְצַת Nigella.melanthion.gith.Iſaię.xxviij. Seret gith et ciminum ſparget.et infra.non enim in ſerris triturabitur gith.et iterum. Sed in virga excutietur gith.

קָצִין Capitaneus.princeps.dominusIſaię.iij. Nolite conſtituere me principem populi.

קְצַע Decorticauit.abraſit.Leuitici.xiij. Domum autem ipſam radet intrinſecus per circuitū.et p̄ prȩpoſitionē mem ſignificat angulū. Nehemię.iij.Poſt eū ędificauit Baruch filius Zachai menſurā ſcd'am ab angulo uſq; ad portā domus.et.ij.Paralip.xxvi. Sup portā anguli. & Ezechielis.xlvi.Per quatuor angulos atrij &c̄. ſignificat etiam per paragogen he et epentheſin iod aroma quoddam.quod a noſtris dicitur caſia.p̄s.xlv.Myrrha et gutta et caſia.

קָצַף Succenſuit.iratus eſt.Zacharię.i.Iratus eſt dominus ſuper patres ueſtros iracundia.ſic Numeri.xvi.Num uno peccante cõtra oẽs ira tua deſeuiet.Inde ira ut in eodem ca.Iam enim egreſſa eſt ira a domino.et ſcribitur per ſex puncta.et in eadem forma ſignificat ſpuma. Oſeę.x.Quaſi ſpumã ſup faciẽ aquę.ponitur et qñq; pro decorticare uel excoriare.Ioelis.i.Et ficũ meũ decorticauit.i. arefecit et exiccauit.

קָצַר Aegretulit.moleſtauit.tedebat.Numeri.xxi.Et tedere cœpit populum.ſignificat etiam anguſtare et breuiare.Iſaię.xxviij. Coangustatum eſt enim ſtratum.et Micheę.ij.Nunc̃q; abbreuiatus eſt ſpiritus domini.Inde nomẽ Exodi.vi.Propter anguſtiam ſpiritus.hoc eſt turbationem et moleſtiam.et de abbreuiatione legitur p̃s.cij.Reſpondit mihi in uia uirtutis ſuę paucitatem dierum meorũ.quo nomine iudęi vocant prȩceptoriũ eor̃ hoc eſt breuiarium.librum in q̃ ſingula prȩcepta in lege contenta colliguntur cozar.ſic Iob.xiij. Homo natus de muliere breui uiuens tempore.ſignificat etiã per epentheſin iod ante res palmitem aut ſurculum.p̃s.lxxx.Extẽdes palmites ſuos uſq; ad mare.& hoc modo interpres debuit tranſferre uerſiculũ Iob.xxix.Et ros morabitur in meſſione mea.rectius uidelicet. Et ros pernoctabit in palmitibus ſiue ramis meis.quod prȩcedens ſermo apertiſſime declarat.Aliud ſignificatũ eiuſdem formę hic oritur.ideſt metere meſſem. Leuitici.xxiij.Et meſſueritis ſegetem.rectius meſſem.& Deuteronomij.xxiij.Quando meſſueris ſegetem in agro tuo.rectius ſic.quando meſſueris meſſem tuam in cãpo tuo. Ruth primo. Quando primum hordea metebantur. Inde nomen uerbale meſſor. eiuſdem ſecundo. Et dixit meſſoribus dominus uobiſcum.

קֹר Frigus per apocopen res et epentheſin holem.Geñ.viij.Frigus et æſtus.et Prouerbiorũ.xxv.Et qui amittit palliũ in die frigoris. vbi in fine ponitur he terminatio fœminina, quaſi frigiditas quę per regimen caſus poſt ſe uertitur in thau.p̃s.cxlviij.Ante faciem frigoris eius quis ſuſtinebit.Inde frigidus. Prouerbiorum.xxv. Aquę frigidę animę ſitienti.

קָרָא Vocauit.appellauit.nominauit.Geneſis primo.Appellauitq; lucem diem et tenebras noctem.&.iij.Regum primo.Et Salomonem

fratrem ſuum non uocauit. et pſalmo.xcix. Inuocabant dominum & ipſe exaudiebat eos. Inde nomen uerbale. Iſaię.xlv. Ego dominus qui voco nomen tuum deus Iſrael. Inde homines nominati et magni atq; capitanei prȩſtantioreſq; ſic dicuntur. Numeri.xxvi. Iſti ſunt Dathan & Abirom principes populi. ſignificat et clamare. p̄s.xxxiiij. Iſte pauper clamauit. ſignificat etiam occurrere uel obuiare. Iſaię.xxxi. Cum occurrerit ei multitudo paſtorum. quod etiam a ſuperiore ſignificato poſſet ſic intelligi. Cum acclamauerit ei. et hoc indicat ſequens ſermo. a uoce eorum non formidabit. trāſlatio noſtra addit aliud ſignificatū. Prouerbiorȩ.xxvij. Et oleū dexterę ſuę euacuat. Item aliud ſignificatū. contigit. accidit. euenit. Geñ.xlij. Ne forte in itinere quicq; patiatur mali. ideſt ne forte contingat ei mors. ſic Ieremię.xij. quare uenerunt mihi hȩc. et ſcribitur quandoq; in fine he loco aleph. i. Regum. vi. Sed caſu accidit. et Eccleſiaſtis. ix. Quia eadem cunctis eueniunt. hebraice ſic. euentus unus omnibus. Inuenit quoq; ſine aleph et ſine he in fine. ut Deutero. xxv. Quomodo occurrerit tibi in uia. Eo autem nomine hebrȩorȩ logici crebro utunt pro uno ex quinq; prędicabilibus porphyrianis q̄ habent trāſlata ex Abenroſt qui a nobis dicit Auerroys. nomine accidens per protheſin mem et paragogen he. Item ſignificat legere. Nehemię.viij. Et legit in eo aperte in platea. et infra. et legerūt in libro legis dei diſtincte. Inde nomen uerbale lector. Habacuk ſecūdo. Vt percurrat qui legerit in eo. ideſt legens uel lector.

קָרַב Appropinquauit. attigit ſeu acceſſit. approximauit. ut periſtaſticos. Exodi. xiiij. Ita ut ad ſe inuicem toto noctis tempore accedere non ualerent. rectius hebraice uerbum e uerbo ſic. Et non appropinquauit hic ad hunc tota nocte. et Exodi. xxxij. Cūq; appropinquaſſet ad caſtra. & Iſaię. viij. Acceſſi ad prophetiſſam et concepit et peperit. et ſic ſunt uerba neutralia. fiunt etiam tranſitiua et ſignificant facio appropinquare. ideſt offero. Leuitici. i. Homo qui obtulerit ex uobis hoſtiam. Inde oblatio. offertorium. hoſtia. Leuitici. ij. Anima cum obtulerit oblationem. et dicitur corban. unde illud legit Matthęi. xxvij. Non licet mittere in corbanam. i. donariū ſeu offertoriū quo oblationes īmittunt. Inde ꝑpe. Iſaię. lv. Inuocate eū dum ꝑpe eſt. ſic̄r p̄s. cxlv. Prope eſt dñs omnibus inuocantibus eum. et ab eo dicitur aliquid q̄d eſt intimum et intra uiſcera noſtra. ut pſalmo. ciij. Et omnia quę intra

me ſunt.& q̄d eſt in medio eius Numeri.xv. Peribit de populo ſuo. rectius de medio populi ſui.item ſic proximus aut uicinus.p̄s.xv.Et opprobrium non accepit aduerſus proximos ſuos ſiue uicinos. ſeu ſecundum Hieronymū ſuper propinquo ſuo. et a propinquando dicit quis manus conſerere atq; bellari in prelio. p̄s.cxliij. Qui docet manus meas ad prelium.

חָרַם Securis.p̄s.lxxiij.Securibus exciderunt.et Iudicum nono. Arrepta ſecuri.

חָרַר Tabulauit.contingnauit et laqueauit domos.ſtruxit.ij. Paralippomenon.xxxiiij. Ad contignationem domorum. ſic Canticor̄.i. Laquearia noſtra cypreſſina. unde quidam diducunt ciuitatem per epentheſin iod.Prouer.xi.In bonis iuſtorum exaltabitur ciuitas. et in eodem ſignificato quandoq; mutatur he in thau et deficit iod. unde chaldei ciuitatem nominant kartha. Iob.xxix. Quando procedebam ad portam ciuitatis.et uide ſupra in ain litera ſequente res.

חָרַת Caluauit. Micheę.i.Decaluare et tondere ſuper filios delicia rum tuarum.Ezechielis.xxix. Omne caput decaluatum. Inde nomen caluicium.Ezechielis.xxvij.Et radēt ſuper te caluicium.ubi pro he ponitur aleph.ſignificat etiam prima per ſęgol ſcripta cryſtallumſeu glaciem.Ezechielis.i.Et ſimilitudo ſuper capita animalium firmamenti, quaſi aſpectus cryſtalli horribilis.& ſecundum Nicolaum de lyra glaciei.nam in cōmentariis ſcripſit Hieronymus q̄ gelu conſtricta aqua greco ſermone cryſtallus nominetur.idq; approbat dictionarium q̄d etymologicum magnum appellant.

חָרַם Obduxit corio.induit pelle.cōtexit cute. Ezechielis.xxxvij.Et ſuper extendam in uobis cutem.et ab hoc dicitur membrana.

קֶרֶן Cornu.Danielis.viij.Fractum eſt cornu magnū.et eſt utriuſq; numeri.ſignificat etiam uerbaliter radiare atq; lucere.Exodi.xxxiiij. Qui uidebant faciem egrediētis Moyſi eſſe cornutā. rectius hebraice uerbū e uerbo ſic Et uidebant filij Iſrael faciem Moyſi q̄ lucebat cutis faciei Moyſi.

קָרַס Decidit.ruit ad terram.Isaię.xlvi.Confractus est Bel cõtritus est Nebo.duo scilicet Babyloniorum idola diruta sunt usq; in terrã. significat etiam circulum.annulum.seu fibulam qua inter se uela connectuntur.Exodi.xxvi.Facies et quinquaginta circulos.

קַרְסֹל Talus.hoc est uertibulum quo pes et tibia coiunguntur.ij. Regum.xxij.Et non deficient tali mei.

קָרַע Rupit.fidit.scidit.i.Regum.xv. Scidit dominus regnum Israel a te hodie.& Iudicum.xi.Scidit uestimenta sua. et in passiuo.iij.Regũ xiij. Altare quoq; scissum est. simili modo legitur p̃s.xxxv. Dissipati sunt nec compuncti.Hieronymus sic.Scindentes et non tacentes.sed nostrates hebręi exponunt. Si discerpantur non cruentant.significat etiam aperire.Ieremię.xxij. Qui aperit sibi fenestras.

קַרְקַע Fundus.fundamentũ.pauimẽtũ.Numeri.v.Et pauxillũ ĉræ de pauimẽto.et Amos ix.Si celauerit se ab oculis meis in fundo maris.

קָרַר Diruit. perforauit. Isaię.xxij. Scrutans muros. & Numeri xxiiij. Vastabitq; omnes filios Seth.idest ruere faciet. de hoc supra in vocabulo kir.

קַרְצִי Reformator.excisor.effigiator.similator. Ieremię.xlvi. Similator ab aquilone ueniet ei.Inde uerbum Iob.xxxiij.Et de eodem luto ego quoq; formatussum.significat etiam cõniuere oculis uel lingua signũ prębere,uel uultu annuere.p̃s.xxxv. Adnuũt oculis. Prouer.vi. Adnuit oculis.terit pede.et eiusdẽ libri ca.x.qui adnuit oculo dabit &c̃.

קֶרֶשׁ Tabula.Exodi.xxvi.Facies et tabulas stantes tabernaculi de lignis setim.& sic deinceps per longum tam in singulari quã in plurali numero.Ezechiel.xxvij.Et transtra tua fecerunt tibi de ebore indico. rectius tabulata tua.

קָשַׁשׁ Legit.collegit.Exodi.v.Dispersusq; est populus in omnem terram ægypti ad colligendas paleas.et paulo superius.Ipsi uadant & colligant stipulas.Inde קַשׁ stramen demolitum et contritum. et q̃d

de ligno cadit serrato illud minutissimū. quod transfertur in superiori iam loco citato palea. et Numeri.xv. Hominem colligentem ligna. i. ramusculos et minutissima quęcp ad fouendum ignem apta. et putant significare res minutas hincinde disquirere. ad quod allegāt uersiculū Sophonię. ij. Conuenite congregamini gens. quasi esset congregamini et acriter disquirite. sed de hoc supra quando kuf prędit vau.

קִשּׁוּא Cucumis. Numeri.xi. In mentem nobis ueniunt cucumeres & pepones. Inde denominatiuum. Isaię. i. Sicut tugurium in cucumerario. ubi mutatur aleph in he.

קָשַׁב Attendit. animaduertit. Intendit diligenter. Malachię. iij. Attendit dominus et audiuit. & ps. lxvi. Et attendit uoci deprecationis męę. & psalmo. cxxx. Fiant aures tuę intendentes.

קָשָׁה Indurauit. ij. Paralippomenon. xxxvi. Et indurauit ceruicem suam. & Deuteronomij. xv. Non auertes ab eis oculos tuos. rectius sic. Non durum sit in oculis tuis manumittendo illum. Inde durus & duricia et cętera deriuata. Exodi. xxxij. Populus durę ceruicis es tu. et primo Regum. v. Quoniam dura est manus eius super nos. Inde trāsumitur ad crudeles. Isaię. xix. Et tradam ęgyptum in manum dominorū crudelium. & transumitur ad metalla īdurata et percussa. Exodi. xxv. Aureos et productiles.

קְשׂוֹת Thuribulum secundū translationē nostrā. Exodi. xxv. Acetabula ac phialas thuribula et ciatos. ego nō credo significari thuribula. quid enim thus ad panes coquēdos. sed opinor patellas in qbus panis coquitur et tanquam azimus funditur. ut dicimus de nostris hostiis. seu aliud instrumentum quod ad usum coquendi panes concurrit.

קְשׁוֹט Rectitudo. ueritas. ps. lx. Dedisti metuentibus te significationem ut fugiāt a facie arcus. miror translationē et miror cōmentarios nros. hebraice sic legit. Dedisti timētibus te signū ut signent propter veritatē in ęthernū. nam hoc uocabło thargū utit p ueritate, et nullo modo significat arcū. sic legit recte Prouer. xxij. vt ostēderē tibi firmitatē et eloqa ueritatis. et hic scribit per seua sub sin, superius p sęgol·

קְשִׂיטָה Nummus uel obulus. Geñ. xxiij. Emitcp partē agri in qua

fixerat tabernacula a filiis Hemor patris Sichem centum agnis. vbi Lyra scribit ꝙ translatio nostra hic deficiat. nam hebrei uertunt centum obulis. et uer dicit. similiter Iob ultimo capite. ubi nos habemus. Et dederūt ei unusquisq; ouē unā. hebrei legūt nummū seu obulū unū.

קָשַׁר Coadunauit. colligauit. ligauit. nodauit. Deutero. vi. Et ligabis ea quasi signum in manu tua. passiuum eius ponitur. i. Regū. xvii. Et anima Ionathę conglutinata est animę Dauid. idest ligata. Inde colligantia. coniuratio siue liga. Isaię. viii. Non dicatis coniuratio. omnia enim quę loquitur populus iste coniuratio est. quapropter ad rebellionē traduxit translatio nra. Amos. vii. Rebellauit contra te Amos. idest ligam fecit seu coniurauit. sic. ij. Regum. xv. Facta est coniuratio valida populusq; concurrens. Inde oues quę nascuntur circiter tempora marcij hoc nōine dicunt ualidiores. Geñ. xxx. Et q̄ primi tpis Iacob.

קֶשֶׁת Arcus. i. Regum. ij. Arcus fortium superatus est. et Geñ. ix. Arcum meum ponam in nubibus. & infra. Apparebit arcus meus in nubibus. et pluraliter in fœminino. p̄s. xxxvii. Et arcus eorum confringantur. Inde balistarius seu sagittarius. Geñ. xxi. Iuuenis sagittarius. sed potius magister arcus.

קַשְׂקֶשֶׂת Squama. Leuitici. xi. Omne quod habet pinnulas & squamas. et pluraliter in fœminino declinat Ezechielis. xxix. Vniuersi pisces tui squamis tuis adhęrebunt. et ad squamarę similitudinē fit tunica ferrea quam dicunt loricam squamarum uel squamatam. primo Regum. xvii. Et lorica squamata induebatur. et hoc declinat plr in im.

ראה ריזוק יראעיס ישועב

Spexit.vidit.threnor.i.Quia uidit gẽtes.et p̃s.xxxiij. Vidit oẽs a filios hominũ.et Geñ.xxxvij. Vade et uide ſi cũcta ꝓſpera ſint. Inde uenit inuidere.deſpicere.p̃s.xxij. Ipſi uero cõſyderauerunt et inſpexerũt me.ꝓ q̃ hebrei ſic.Ipſi aſpexerũt inuiderũt mihi.uel ipſi uiderunt deſpexerũt me.inde trãſumptiue multa dicunt ut ſpeculũ. Exodi xxxviij. De ſpeculis mulierũ.Inde יורה imber matutinus.Deute.xi. Dabit pluuiã tẽpꝰ uꝛẽ temporaneã et ſerotinã. Formabis ab hoc uerbo deriuata ſecundũ artẽ ꝓ ut legendo bibliã hebraicã inuenies copioſe. aliud ſignificatũ ſub hac forma.ſtruma ſeu ueſicꝛa gutturis. Leuitici.i. Veſiculã uero gutturis.aliud ſignificatũ obſcœnũ.turpe.fœdũ ſeu fœditas.nr̃a trãſlatio exemplũ interpretat. Nahũ.iij. Et ponã te in exemplũ.ꝓ q̃ hebrei.Et ponam te quaſi turpitudinẽ ſeu fœditatẽ.aliud auis nomẽ quã trãſlatio nr̃a ixon uocat,animal nobis incognitũ.ſed hebrei vulturẽ interpretant. eſt aũt auis q̃ plus cæteris uidet ab acumine uiſus ſic dicta ſecundũ rabi Salomonẽ Deu.xiij. Ixon et uulturẽ ac miluũ. ראם Rhinoceros ſeu unicornis.Deute.xxxiij. cornua rhinocerotis cornua eius. videnꝫ aũt Tortellio diuerſa eſſe animalia vnicornem & rhinocerota.ſic et Perotto in cornucopiæ.nã illud in frõte hoc in naſo cornu geſtabat.trãſlatio uero nr̃a ꝓmiſcue utit. p̃s.xcij. Exaltabit ſicut vnicornis cornu meũ.et q̃nq̃ abijcit aleph et eius loco aſſumit iod in eodẽ ſignificato.Iob.xxxix.nunq̃d uolet rhinoceros ſeruire tibi. Inde forſitan dicunt p̃cioſæ ueſtes ex eiuſdem animalis pilis contextæ.quod trãſlatio noſtra ſericũ uertit.Ezechielis.xxvij. Et biſſum et ſericum.

ראש Caput.Leuitici.i.Caput uidelicet et cũcta q̃ adhærent iecori. vnde trãſumptiue ſignificat cacumẽ.uerticem.ſummũ.primum.Geñ. xxviij. Et cacumẽ eius tãgens cælũ.Canti.iij. cũ oĩbus primis ungẽtis. Inde ſummi principes et capitanei denominantur.Micheæ.iij. Audite principes domus Iacob.eſt et aliud ſignificatũ fel. amaritudo. toxicũ. Deute.xxxij. vua eoꝝ uua fellis.q̃d mox uertit tranſlatio nr̃a uenenũ. venenũ aſpidũ iſanabile.hebrei toxicũ aſpidũ crudele.et a prĩo dicit principiũ.initiũ.Geñ.i.In prĩcipio creauit deus.p̃s.cxi. Initiũ ſapiẽtiæ timor dñi.et ſic cũ anterioritatem ſignificat inuenit q̃nq̃ per iod loco aleph q̃nq̃ ſimul ꝓ iod et aleph.lege bibliam hebraicam et inuenies.

רָבַב Auctus et multiplicatus est.excreuit.p̄s.lxix.Multiplicati sunt super capillos capitis mei. & Gen̄.i. Crescite et multiplicamini. Inde multus.magnus. copiosus. Ionę.iiij. Multę miserationis . & p̄s.xlviij. Ciuitas regis magni.& p̄s.iij. Domine quid mltiplicati sunt qui tribulant me,multi surgunt aduersum me.multi dicunt &c̄.significat etiam satis.uel sufficit.primo Paralippomenon.xxi. Sufficit iam. cesset manus tua.& Numeri.xvi.Sufficiat uobis quia omnis multitudo sanctorum est.et significat decē millia in supputatōne. Deuteronomij.xxxij. Et duo fugarent decem millia et bis tātidem.Nehemię septimo. Auri drachmas uiginti millia.& ab isto uerbo homo pręeminens honoratus et magni consilij magister dicitur rab.quē translatio nostra uocat propugnatorem.Isaię.xix. Et mittet eis saluatorem et propugnatorē qui liberet eos. Inde propter multiplicationem dicunt stillę seu guttę pluuiarum geminato beth . Micheę .v. Et quasi stillę super herbam. aliud significatum iaculari seu arcū trahere.Gen̄.xlix.Exasperauerunt eum et iurgati sunt.pro q̄ hebręi. amaricauerunt eū et traxerūt arcū.

רֶבֶד Torques.uel ornamentum circum guttur. Ezechielis.xvi. Et torquem circa collum tuum. & transumitur ad alia ornamenta quæ suspenduntur.ut Prouerbiorum.vij. Intexui funibus lectulum meū. quod hebręi sic dicunt.Ornamentis ornaui lectum meum.

רָבַח Auxit.multiplicauit.Deuteronomij.xxx. Et uiues atq; multiplicaberis.& clarius Geneseos.xxxv.Cresce et multiplicare.Inde uerbū graue per ,ptheſin he aspirationis.Geneseos tertio.Multiplicabo erumnas tuas.& Isaię nono.Multiplicasti gentem. Inde illud quod legitur psalmo.cxxx.Copiosa apud eum redemptio. Inde multiplicatio.Prouerbiorum.xxix.In multiplicatōne impiorum multiplicabunt scelera. & Isaię.ix.Multiplicabitur eius imperium.per prępositionem mem et articuli.rectius sic.ad multiplicādum eius imperium.significat et sępe. p̄s.cxxix.Sępe expugnauerunt me.aliud significatum balistarius dirigens arcum.Gen̄.xxi.Factusq; est iuuenis sagittarius. et a prima eius significatione putant deriuari אַרְבֶּה idest locusta.Exodi.x. Extende manum tuam super terram ægypti ad locustam.

רָבַר Frixit.torruit.Leui.vi.Quę in sartagine oleo cōsperſa friget.

רָבַע Quadrum. quadrangulum. Exodi.xxvij. Quinq; cubitos in longitudine et totidem in latitudine ideſt quadrum. q̃d hebraice uerbum e uerbo ſic. quadrum erit altare. Inde nomen numerale quatuor cata ꝓtheſin aleph. Exodi.xxij. Et quatuor oues pro una oue. Inde denominat̃ quarta pars. Leuitici.xxiij. Quarta pars hin. et ſic deinceps numerus ordinalis. neſcio quid dicere uoluit tranſlatio noſtra Nũeri xxiij. Et noſſe numerũ ſtirpis Iſrael. cũ nulla hic dictõ ſtirpẽ ſignificet. rectius igitur ſic. Quis numerauit puluerem Iacob. et numerum quartę partis Iſrael.

רָבַץ Cubauit. accubauit. Iſaię. xi. Et pardus cum hedo accubabit. et Geñ. xlix. Requieſcens accubuiſti ut leo. hebraice ſic. Genu accubabit. & Canticorum. i. Vbi cudes in meridie. & Iſaię. xiij. Nec paſtores requieſcent ibi ſed requieſcent ibi beſtię.

רָבַק Saginauit. impinguauit. Amos. vi. Et uitulos de medio armẽti. rectius ſic. De medio ſaginę ſeu farciminis. ſignificat enim locũ ubi animalia farciunt̃. ſic enim a. M. Catone de re ruſtica loqui docemur.

רֶגֶב Glarea. lutum. gleba. Iob. xxxviij. Et glebę compingebant̃. & eiuſdem. xxi. Dulcis fuit glarea cocyti. rabi Iona dixit q̃ ſint loca paluſtris cœni ubi puluis ſtantem aquam imbibit.

רָגַז Conturbauit. cõmouit. contremuit. inquietauit. contriſtauit. Hiero. traduxit iratus eſt. p̃s. iiij. Iraſcimini et nolite peccare. et Prouerbiorũ. xxix. Siue iraſcat̃ ſiue rideat. & Ioelis. ij. Conturbent̃ omnes habitatores terrę. & .ij. Regũ. xvij. Cõtriſtatus itaq; rex. & Habacuk iij. Turbabant̃ pelles terrę Madian. rabi Salomon exponit cõmoueri. in p̃s. iiij. ſed Geñ. xlv. Ne iraſcamini in uia exponit non iurgamini. & ibi Onkelus chaldaice ne rixamini. Ionathas uero chaldęus tremere interpretat̃. ij. Regũ. xxij. ubi nos legimus. fundamẽta montiũ cõcuſſa ſunt. hebręi habẽt fundamenta cęlorę. ſed in p̃s. xviij. huic ſimili ſcribit̃ fundamenta montiũ. ſic igit̃ Ionathas ſupra citatũ uerſum chaldaice exponit. Fundamenta cęlorũ רָעַשׁ ideſt tremuerũt. licet poſtea cum legitur. quoniam iratus eſt eis. ipſe Ionathas eundem locum per hoc noſtrum uerbum tranſferat. Omnia eius uerbi ſignificata tendunt ad commotionem irę uel timoris ſiue terroris.

רָגַל Annotauit.detulit.accuſauit.diffamauit.detraxit.trãſlatio nr̃a doloſe egit interpretata eſt.p̃s.xv.Qui non egit dolum in lingua ſua, rectius qui nõ detulit ſuper lingua ſua.et.ij.Paralip.xix.Accuſauit me ſeruum tuum ad te dominum meum regem.ideſt detulit uel defamauit.& dicuntur inde delatores et ſuſurrones qui uerba hĩc et inde portant et taxant quemlibet in peiorem partem.et explorant cuiuſcumq; hominis conditionem atq; uitam.quare legit̃.ij.Regum.x. Et nõ ideo ut inueſtigaret et exploraret ciuitatem ut euerteret eam. & Geñ.xlij. Exploratores eſtis ut uideatis infirmiora terrę ueniſtis.aliud ſignificatum.pes.et ſcribitur ſex pũctis Deutero.xix.Pedem pro pede exiges. et eſt in ſingulari generis fœminini.ut pſalmo.Pes meus ſtetit in directo.& Ezechielis.xxix.Non pertranſibit eã pes hominis. eſt enim ibi verbum futuri temporis tertię perſonę generis fœminini. et clarius eiuſdem ca.i.Et pedes eorum pedes recti.hebraice pes rectus.ponitur autem illic adiectiuũ rectus in genere fœminino.&pluraliter generis maſculini Leuitici.xi.Et multos habet pedes.reperitur tamẽ cata protheſin mem in genere etiam fœminino.Danielis.x. Et brachia eius & quę deorſum uſq; ad pedes.et Ruth.ij.A parte pedum. ſignificat q̃q; vicem.Numeri.xxij.Cur percutis me ecce iam tertio.et infra. Cur inquit tertio percuſſiſti.i.tribus uicibus.Inuenitur etiam rogel propriũ nomẽ fontis.et fuit cuiuſdam magni Iudęorum prędis cognomentũ Ratiſponę qui uocabat̃ rabi Iacob margolith,cuius ſuauiſſimas ad me datas habeo literas in ſermone hebraico elegantes.

רָגַם Obruit.ſubiecit.Leuitici.xx.Lapidibus obruent eos.et eiuſdẽ xxiiij.Et lapidet eum populus uniuerſus.

רָגַן Suſurrauit. murmurauit. muſſitauit.Deute.i.Murmuraſtis in tabernaclis ueſtris.et Prouer.xxvi. Verba ſuſurronis quaſi ſimplicia.

רָגַע Subitaneauit.ſi ſic loqui liceret.fluctuauit.noſtra tranſlatio circumloquitur Iob.xxvi.In fortitudine illius repente maria congregata ſunt.hebraice uerius ſic.In fortitudine ſua fluctificauit mare.et Iſaię.li. Qui conturbo mare et intumeſcunt fluctus eius.ideſt qui cito concito vel fluctifico mare.Inde ſubito.repente.cito.mox.uelociť. momentũ. p̃s.vi.Et erubeſcant ualde uelociter.aliud ſignificatũ requieſcere.Iſaię

xxx.Ibi cubauit lamia.ideſt requieuit.ſic eiuſdem.li. Et iudicium meū in lucem populorum quieſcet. rectius quieſcere faciam. omnia talia moram.ſtatum.et quietem ſignificant.

רָגַשׁ Tumultuauit.ſeu uoce anhela ſonuit aut fremuit.p̄s.ij. Quare fremuerunt gentes.rectius rabi Salomon exponit.Quare congregatę ſunt gentes.quamuis Hieronymus actiue tranſtulit dicens. Quare cō gregauerunt gentes.ſignificat autem proprie ſedicionem conuocare.

רָדַד Extendit.ſparſit.p̄s.cxliiij. Qui ſubdit populum meū ſub me. rabi Salomon legit.qui extendit et dilatat populum meū. ac ſi diceret. multiplicat atcꝫ fortificat.alij per contrarium exponunt. deprimit & infirmat populos.In libris aūt emēdatis ſcribit nō per mem finale ſed per iod,quod nihilominus ſignificare poteſt populos.ut in arte gram matica.& ſequitur tunc ſub ſe.ut ſit ſenſus. qui cōminuit ſeu conterit populos ſub ſe.ſic enim adnotatio quę dicitur maſſora indicat.Hiero. vertit.qui ſubiecit ppl̄os mihi.ab eo deriuata.iij.Regum.vij. Et ſubter leones et boues quaſi lora ex ære dependētia. quod hebraice ſic legit. Et ſubter leones et boues lora opere extenſo ſeu tentificato.Inde pal lium dicitur eocꝫ extendatur ſuper homines. Canticorū.v. Tulerunt pallium meum. ſed uerius ſignificatur ſindon quam ſuper caput ex pandunt mulieres.

רָדָה Preſuit.dominabatur.p̄s.cx. Dominare in medio inimicorū tuorum.& Geñ.i.Dominamini piſcibus maris. & Numeri.xxiiij.De Iacob erit qui dominetur.aliud ſignificatum ſumere.Iudicū.xiiij.Quē cum ſumpſiſſet in manibus.et caue ne decipiaris ſimilitudine literarū cum precedenti uerbo paulo ſuperius.deſcenditcꝫ et locutus eſt mu lieri.nam iſtic iod eſt litera ſubſtātialis.hic uero iod eſt lr̄a accidētalis.

רָדַם Nutauit dormiendo. uel ſtupore cecidit. uel attonitus lapſus eſt.danielis.viij.Cūcꝫ loqueret ad me collapſus ſum pronus in terrā. & Ionę.i.Et dormiebat ſopore graui.rectius ſic.& dormiebat et nuta uit.Inde ſomnus.dormitio.ſopor.Iob.iiij.Quādo ſolet ſopor occupa re homines.& geñ.ij.Immiſit dominus deus ſoporem in Adam.

רָדַף Perſecutus eſt.Exodi.xiiij.Et perſecutus eſt filios Iſrael. & p̄s.

xxxiiij.Inquire pacem et persequere eam.

רָהַה Formidauit.territus est.expauit.timuit.ut in Isaia. Ne timeatis neq; formidetis.

רָהַב Excelluit.superbiuit.p̄s.xc.Et amplius eorum labor et dolor. rectius hebraice sic.Excellentia eorum labor et dolor. & Isaię.xxx. Superbia tantum est quiesce.

רָהַט Cannale in quibus adaquant̄ pecora. Geñ.xxx.Posuitq; eas in cannalibus ubi effundebatur aqua.et dicitur sic a currendo ꝙ per ea de fontibus currat aqua.nam thargum pro currēdo posuit hoc uerbum.dicuntur etiam sic trabes in domibus quibus curritur de altera ad alteram. Canticorum primo. Laquearia nostra cypressina. idest trabes.quidam exponunt cardines in quibus currunt ianuę.

רוֹב Contendit.litigauit.Iob.xxxix.Nūquid qui contendit cū deo. & Ieremię.ij.Propterea iudicio contendam uobiscum.Inde causa. controuersia.lis.contentio.iudicium.Deuteronomij.xxv. Si fuerit causa inter aliquos.Geñ.xiij.Et facta est rixa inter pastores. & in alia forma paulo inferius.Ne queso sit iurgium.& p̄s.xxxv.Iudica domine nocētes me.pro quo Hieronymus rectius. Iudica dñe aduersarios meos. & Oseę.iiij.Quia iudicium domino cum habitatoribus terrę.

רוֹד Pręualuit.seu prędominatus est.Geñ.xxvij. Tempusq; ueniet cum excutias et soluas iugū eius de ceruicibus tuis. idest prędñaberis.

רָוָה Irrigauit.compluuit.Inebriauit . Isaię.lv.Sed inebriat terram. & eiusdem.lviij.Et erit quasi hortus irriguus. & Ieremię.xxxi. Quia inebriaui animam lassam.

רָוַח Dilatauit.trāslatio nostra uertit respirauit. Iob.xxxij. Loquar et respirabo paululum.hebręi sic.Loquar et dilatabitur mihi. nam pectoris latitudo respirationi plurimū seruit atq; spiritui humano. sic.i. Regū.xvi.et refocillabat̄ Saul.idest respirauit latiore pectore.Inde spiritus ut in eodē loco.Recedebat enim ab eo spiritus malus. significat etiam uentū seu flatū.Iob.i.Repente uentus uehemēs irruit.Numeri xvi.Fortissime deus spirituū omnis carnis.et scripsit sapiēs rabi Iacob

רוּחַ spiritus. genus p.

filius Eleazar.quod ab hoc uocabulo denominent̃ naues בַּרִיתִים eo ꝙ uento ducantur.Isaię.xliij.Et detraxi uectos uniuersos. uoluit dicere naues omnes.sic etiam significatur pala seu uentilabrum quo fruges ad uentum purgantur.Isaię.xxx.Sicut in aera uentilatũ est. hebręi sic.quod uentilat in pala & uentilabro.

רוֹם Extulit.leuauit.exaltauit.p̃s.Exaltare super cęlos deus, & quandoqꝫ sine vau. Deuteronomij .xxij. Manus nostra excelsa. quandoqꝫ aleph loco vau. Zacharię.xiiij.Et exaltabit̃ & habitabitur in loco suo. Inde per prępositionem mem altum.p̃s.lxviij. Ascendisti in altum. & cętera deriuata cum literis accidentalibus & appensilibus. Inde oblatio spontanea rerum quę in altum suspenduntur in templis.quam gręci appellant anathema.trãslatio nostra dixit primitias.Exodi.xxv. Vt tollant mihi primitias.rabi Salomon cum Onkelo chaldęo exponit separationem seu segregationem.idest deuotionem & destinationẽ. sic enim dicere solemus de ijs qui destinantur et deuouentur ad aliquem vsum.ut Paulus ad Romanos segregatus in euangeliũ dei.hoc est deuotus et destinatus ad usum euangelij.vocat̃ itẽ coralius רֵאמוֹת quod translatio nostra uertit excelsa.Iob.xxviij.Excelsa et eminentia. vide supra in algabis.

רוֹע Malum fuit.ac si uno uerbo dicere liceret absolute,malauit.Numeri.xi. Sed & Moysi intoleranda res uisa est.uerbum e uerbo sic. Et in oculis Moysi malũ fuit.per camez siue vau loco holem.omnia inde deriuata significant malum. triste. malignum. turpe. aliud significatũ iobilauit.taratantarizauit. Numeri.x.Si autem prolixior atqꝫ cõcisus clangor ĩcrepuerit.uerbũ e uerbo hebraice sic.Et clangetis taratãtara & infra.Et nõ concise ululabunt.rectius sic. & non taratantarizabitis. hoc est.non iobilabitis.a iobel dictum non a iubilo. sic Sophonię .iij. Iobila Israel. aliud significatum ꝓximus amicus.Isaię.xli. Vnusquisqꝫ proximo suo auxiliabitur.& Prouerbiorum.xxvij. Amicum tuum et. amicum patris tui ne dimiseris . & sic reperitur cata epenthesin iod. Item aliud significatum frangere.psalmo secundo. Reges eos in uirga ferrea.rectius sic. Franges eos.rabi Salamon exponit תרוצצם idest cõteres siue confringes eos.Hieronymus apte uertit.franges eos.

רוּת Contremuit.commotuseſt.mobilitauit.fractum eſt.Ezechie/lis quadrageſimoſeptimo. Et folia eius ad medicinam.rectius. ad mo tionem. infirmitatem. plagam & fracturam ſcilicet tollendam atque reparandam. hoc eſt ꝙ plagam reſtituat. unde legitur Iob viceſimo ſexto. Columnę cęli contremiſcunt. ſcilicet frangendę. ubi ſignificat motionem.Item ſecundo Regum viceſimoquarto.Ceſſet manus tua. pro amoueatur manus tua.

רוּץ Cucurrit. Geneſis decimooctauo. Ipſe autem ad armenta cu/currit.primo Regum decimoſeptimo.Cucurrit ad locum certaminis. & Iob decimoquinto. Cucurrit aduerſus eum erecto collo.& Canti/corum primo. Trahe me poſt te. Curramus. aliud ſignificatum con/fringere.cõterere.Eccleſiaſtis duodecimo.Et confringatur rota ſuper ciſterna.& Iudicũm decimo. Et cõfregit cerebrum eius.& geminatur quandoqꝫ finalis litera zade.Geneſis.xxv.Sed collidebantur in utero eius paruuli.ideſt conterebantur.

רוּשׁ Eguit.indiguit.pſalmo triceſimoquarto.Diuites eguerunt & eſurierunt.verius et rectius.S, Hieronymus ſic. Leones indiguerunt et eſurierunt.Inde pauper et paupertas.et pauperifico.ſi ſic loqui lice/ret.Prouerbiorum viceſimoſecundo. Diues et pauper obuiarunt ſibi & primo Regum ſecundo.Dominus pauperem facit et ditat. pro pau perificat.ſunt autẽ hęc ſynonyma עָנִי אֶבְיוֹן דַּל מִסְכֵּן רָשׁ ſicut apud latinos pauper.egenus.inops.

רָזָה Extenuauit.attenuauit.macrefecit.Sophonię ſecundo.Et atte nuabit omnes deos terrę.Inde nomen macilentia.tenuitas etc̃.Iſaię.x. Propter hoc mittet dominator dominus in pinguibus eius tenuitatẽ. ideſt macredinem.

רָזַת Tabernauit.cauponauit. Inde domus cauponaria ſeu caupo/na dicitur.Ieremię decimoſexto. Hęc enim dicit dominus ne ingredia ris domum conuiuij.ſcilicet ad auferendum luctum.et Amos ſexto.et auferetur factio laſciuientium.rectius cauponaria.

רָזַם Innuit. Iob decimoquinto. Et quaſi magna cogitans attonitos

habes oculos.uerbum e uerbo ſic rectius. Et quid innuunt oculi tui? per conuerſionem literarum רמז quo uerbo utimur quando allegoriam uel trāſumptionem aliquam ſenſuum in ſcripturis innuimus. aut aliud in cortice uerborum cernimus. aliud in eorum medullis late re intelligimus.

רזן Princeps.tyrannus.dominus.pſalmo .ĳ. Et principes conuenerunt in unum.Habacuk primo. Tyranni ridiculum eius erunt.

רחב Dilatauit,primo Regum.ĳ.Dilatatum eſt os meum ſuper inimicos meos.Inde latum et latitudo et cętera deriuata.pſalmo.cxix.Latum mādatum tuum nimis.et maxime in forma grauium.ut Iſaię.liĳ. Dilata locum tentorĳ tui.Inde dicitur platea.uia lata et ſpacioſa,a latitudine grece ſic appellata.Geneſis.xix.Sed in platea manebimus.

רחל Ouis.agnus.Iſaię.liĳ. Et quaſi agnus coram tondente ſe.et ſic in fœminino.etpluraliter maſculine Geñ.xxxĳ.Oues ducentas.

רחם Miſertus eſt.pſalmo.ciĳ.Quomodo miſeretur pater filiorum miſertus eſt dominus timentium ſe. Inde miſericors. miſeratio.miſericordia.Habacuktertio.Cum iratus fueris miſericordię recordaberis. Aliud ſignificatum diligere.amare.pſalmo.xviĳ. Diligam te domine fortitudo mea.& hoc diſcitur ex thargum. Aliud ſignificatum per ſex puncta.matrix.vterus.vulua. Exodi.xxxiiĳ. Omne quod aperit vluam.et pſalmo.cx.Ex utero ante luciferum.aliud ſignificatum mulier. iuuencula.fœmina.Iudicum quinto. Et pulcherrima fœminarum eligitur ei.rectius uerbum e uerbo ſic.Nunquid inuenient;diuident ſpolium.mulierem.duas mulieres p caput uiri.ideſt unicuicȝ uiro in prędam dabitur iuuencula uel duę iuuenculę.ſic Dauid kimhi in commẽtariis ſuper quatuor. aliud ſignificatum porphyrion auis. Leuitici.xi. Et onocrotalum & porphyrionem.

רחת Mobilitauit.cõmotum eſt.mouitabat.abſolute.Ieremię.xxiĳ. Contremuerunt omnia oſſa mea.rectius ſecũdum ſeptuaginta.Commota ſunt.et proprie ſignificat talem motionem qualẽ peragit miluus aut alia auis pendens in aere cum furtim deſcendendo cupit prędæ

incũbere. quod aperte indicat uersiculus Deuteronomij.xxxij. Sicut aquila prouocans ad uolandum pullos suos et super eos uolitans. et Genesis primo Et spiritus dei ferebatur super aquas.uerbum e uerbo sic. Et spiritus dei mouitans seu uolitans aut uelitãs super faciẽ aquarꝝ.

רָחַץ Abluit.lauit.Isaię.iiij.Si abluerit dominus sordem. et Exodi xxix. Cumq; laueris patrem cum filiis suis aqua. uerbum e uerbo sic. et lauabis eos aqua.Inde quod nos legimus psalmo.lx.Moab olla spei meę.rectius uertit Hieronymus Olla lauacri mei.

רָחַק Elongatum est.longinque fuit.Isaię.lix.Propter hoc elongatum est iudicium a nobis. Inde nomẽ p̃s.x. Vt quid domine recessisti longe. et in alia forma uerbum Iosue octauo. Nec longius recedatis. et in alia forma longinquus.Iosue nono.De terra lõginqua uenimus. et sic de aliis deriuatis.

רָחַשׁ Eructauit. produxit. promouit. psalmo.xlv. Eructauit cor meum uerbum bonum. significat et cata prothesin mem et paragogẽ thau.caldarium,uel secundum nostram translationem craticulam.Leuitici secundo.Si autem de craticula fuerit sacrificium.

רֶטֶט Tremulus uel tremor.Ieremię,xl.Tremor apprehendit eã. et significat sic ut retheth.et scribitur sex punctis.

רָטַב Viridauit.humectauit.Iob octauo. Humectatus uidetur antequam ueniat sol.et eiusdem.xxiiij. Quos imbres montium rigant.

רֻטְפַשׁ Extenuatus est. consumptus est. Iob.xxxiij. Consumpta est caro eius.

רָטַשׁ Intremit.fidit.dissecuit.collisit.allisit.Isaię.xiij. Infantes eorꝝ allidentꝰ in oc̃lis eorꝝ.et paulo ĩferius.Sed sagittis paruulos interficiẽt.

רִיַּח Olfecit.odorauit.p̃s.cxiiij. Nares habent et non odorabunt. et Iob.xxxix.Procul odoratur bellum.et Geñ.viij.Odoratusq; est dominus odorem suauitatis. aliud significatum mola ex superiore et in-

feriore lapide conſtructa.propterea eſt pluralis numeri tantum. Deu teronomĩ.xxiiij.Non accipies loco pignoris ſuperiorem et inferiorẽ molam.quamuis inferior lapis ſolum hoc uocabulo nominetur. nam ſuperior a currendo dicitur currus.et Iſaię.xlvij. Tolle molam et mole farinam.

רִיק Vacuum.inane.Geneſis.xlij.Cum frumẽta effunderent ſinguli repererunt in ore ſaccorum ligatas pecunias.uerbum e uerbo ſic.Illi euacuantes ſaccos ſuos et ecce uniuſcuiuſq; colligatura in ſacco ſuo.Et pſalmo.ij. Et populi meditati ſunt inania.et Eccleſiaſtis.xi. Si repletæ fuerint nubes imbrem ſuper terram effundent. ideſt euacuabunt. et Canticorum primo. Oleum effuſum nomen tuum.ideſt euacuatum. Eſt autem illic nomen adiectiuum per prępoſitionem thau ſcriptum. non obſtante quod ultima notetur per patha. aliud ſignificatum euaginare. Leuitici.xxvi. Et euaginabo poſt uos gladium. et ſic ſignificat arma parare ac educere ad prelium.

רִיר Statuit.fluxit.Leuitici.xv.Adheſerit carni eius atq; concreuerit fœdus humor.ubi tranſlator iterum receſſit a uerbis ut ſequeretur floſculos dicẽdi. pro illo ſcatente humore ſaliuam legimus primo Regum.xxi.Defluebantq; ſaliuę eius in barbam.

רַבַּךְ Extenuauit.molliuit,mollificauit.leniuit.tenerum fecit.p̃s.lv. Molliti ſunt ſermones'eius ſuper oleum.ideſt tenera uerba fecerunt. Inde tener et tenellus. Geneſis.xviij.vitulum tenerrimum et optimũ. et Prouerbiorum quarto.Tenellus et unigenitus.et Geneſis.xxix. Et Lia lippis erat oculis. debuit dicere teneris oculis. et uerbum iterum Deuterono.xx. Non pertimeſcat cor ueſtrum. rectius non molliſcat. hoc eſt ne mollificetur cor ueſtrum. et ſic cętera deriuata.

רָכַב Vectus eſt.equitauit.ferebatur ſeu latus eſt. inſidit tertię coniugationis. portatus eſt. Numeri.xxij. Nonne animal tuum ſum. cui ſemper ſedere conſueuiſti. pro qui inſediſti ſuper me. Inde nomina equitatus.et currus. et omnis uectura. Can.i.In curribus Pharaonis. Inde dictus eſt aſcenſor qui uehitur .Exodi.xv . Equum et aſcenſorem. et pſalmo.lxviij. Qui aſcendit ſuper cęlum. multa tranſumptiue

inde deriuantur quę per teipſum uidebis.

רָכַל Negociatus eſt.mercimoniauit. ſeu mercatus eſt. Ezechielis xvij.In urbe negociatorū poſuit illam.Et Nehemię.xiij.Et manſerunt negociatores & uendentes uniuerſa uenalia foris Ieruſalem. Dicitur etiam ſic aromatarius.pigmentarius.vngentarius.apothecarius. Cantīcorum.iij. Vniuerſi puluerīs pigmentarij.aliud ſignificatum fraudulentus ſuſurro.delator.Leuitici.xix. Non eris criminator nec ſuſurro in populis.& Prouerbiorum.xi. Qui ambulat fraudulenter.

רָכַס Mons altiſſimus. uel altitudo montium.Iſaię.xl. Et aſpera in vias planas. Inde deriuatur uerbum quod ſignificat eleuare ſeu ſurſum trahere.fortificare. Exodi.xxviij. Et ſtringatur rationale annulis ſuis cum annulis ſuperhumeralisrectius ſic uerbū e uerbo.Et eleuent ſeu ſurſum trahant rationale de annulis ſuis ad annulos ephod.ſcilicet quod ſupra illud erit.

רֶכֶשׁ Animal quoddam celerrimum uecturę ac equitaui aptum. quidam putant mulos eſſe. alij camelorum genus. alij dromedarios. tranſlatio noſtra habet ueredarios.Eſter.viij.Et miſſę per ueredarios qui per omnes prouincias diſcurrentes.ſed tranſlator iterū rhetorico more orationis ornatū ſequēs uerba dimittit. ſic enim hebraice legit. Et miſſę ſunt epiſtolę per manū curſorum in equis,equitantium uelociſſimos equos.dromedarios.pullos mulorum.ut ſit figura articulus. & iterum Micheę.i. Tumultus quadrigę ſtuporis habitanti lachis. nescio quid dicere uoluit.ſed hebraice ſic legitur. Liga currum ad equū velociſſimum.quę habitas lachis. Aliud ſignificatum omnis ſubſtantia bonorum quę poſſidentur ab homine generaliter ſiue in rebus immobilibus ſeu mobilibus ac ſe mouentibus.Geneſis.xiiij.Da mihi animas cętera tolle tibi.ideſt da mihi homines ſubſtantiam bonorę ſume tibi.et ſic ſignificat opulentiam & diuitias.

רָמַם Exaltauit.ſublimauit.Iob.xxij.Et ſup ſtellarū uerticē ſublimet. rectius ſic. Et cerne cacumen ſtellarę q̄ exaltatę ſeu ſublimatę ſunt.& Ezech.x.Et eleuata ē gloria dñi ſup cherubim.& inde nomē.p̄s.cxiij. Excelſus ſup oēs gētes dñs.& ſic ī alio ſignificato cata parag.nū. malū

punicum ſiue pomum granatum,Canticorum quarto.Sicut fragmen mali punici.aliud ſignificatum uermis.Iob.xxi.Et uermis operiet eos. In alio loco interpretatur tinea. Iſaię.xiiij. Subter te ſternetur tinea. aliud ſignificatum fraus & dolus.Prouerbiorum.xxvi.Ita uir qui frau dulenter nocet amico ſuo.& Oſeę ſeptimo.Quaſi arcus deloſus.aliud ſignificatum iacere ſiue iactare.Exodi.xv.Equum et aſcenſorem deie cit in mare. vnde quidam prędecentem Oſeę uerſiculum exponunt de arcu iaculorum.

רַמַּח Lancea. pugio.haſta. Numeri.xxv.Et arrepto pugione in greſſus eſt poſt uirum.& Ieremię.xlvi. Polite lanceas.

רֶמֶךְ Mulus magnus ex equa natus.Eſter octauo.veredarios &ç. vbi dicitur rectius.Mulos iuuenes pullos equarum.

רָמַס Conculcauit.pſalmo.xci.Conculcabis leonem et draconem. & Ezechielis.xxvi. Conculcabit omnes plateas tuas. & inuenitur per ſin in fine loco ſamech conſimilis quaſi ſignificationis. Geñ.vij.Con ſumptaq; eſt omnis caro quę mouebatur ſuper terram. Inde repere. reptare & reptile.& alia deriuata.

רָנַן Exultauit. iocundatus eſt.facetus fuit.lętatus eſt.uafredixit. & quia aperit ſe homo in ſcommatis iocis et vafre dictis.ideo puto trāſla tionem noſtram aperiri hoc eſt diſſolui in iocos interpretatam. Iſaiæ. xxxv.Et aperta erit lingua mutorum.ſic p̄s.li.Exultabit lingua mea iu ſticiam tuam.Zacharię.ij. Lauda & lętare filia ſion.rectius ſecundum lxx.Lętare et gaude filia ſion.omnia deriuata ſignificant lęticiā uocalē & damorē lętū,aliud ſignificatū noctua ſeu alia auis nocturna q̄ voci ferat huhu.nr̄a trāſlatio uertit ſtruthionē. Iob.xxxix. pēna ſtruthiōis.

רְנָבָה Prępoſitione aleph et cata paragogen thau ſignificat leporē. Deuteronomij.xiiij.Camelum leporem & chęrogylium .mendoſi li bri noſtri habent chirogrillum.

רָסַס Stilla.gutta.Canticorū.v. Et cincinni mei guttis noctiū.ideſt ſtillis .ſic enim thargū exponit.aliud ſignificatū rima.fiſſura.amos.vi. Et percutiet domū maiorem rimis.nam ruinis menda eſt.

רֶסֶן Frenum.capiſtrum.Iſaię.xxx. Et frenum erroris quod erat in maxillis populorum.& pſalmo.xxxij.In camo & freno.

רָעַב Eſuriuit. pſalmo.xxxiiij. Diuites eguerunt eſurierũt. & Iſaiæ xlix.Non eſurient neq; ſitient.Inde nomen.Geneſis.xli. Et in uniuerſo orbe fames prȩualuit.

רָעַד Tremuit.pſalmo.ciij.Qui reſpicit terram et facit eam tremere.Inde nomen.Exodi.xv.Robuſtos Moab obtinuit tremor.

רָעָה Pauit.rexit gregatim.ſcilicet ut paſtor.Ieremię quinquageſi. Et paſcetur carmelus & baſan.& Iſaię quinto. Et paſcentur agni iuxta ordinem ſuum.Inde nomen. pſalmo viceſimotertio. Dominus regit me & nihil mihi deerit. quod Hieronymus multo rectius uertit ſic. Dominus paſtor meus.& Canticorum primo.vbi paſcas.& infra. Et paſce hedos tuos iuxta tabernacula paſtorum.quod per licentiã quando q; deponit mem plurale.ut Iſaię triceſimooctauo. Quaſi tabernaculum paſtorum.poteſt tamen interpretari. quaſi tabernaculum paſtoris.ut ſit iod finale loco he.ut in grammatica. Inde paſcua & alia deriuata.aliud ſignificatũ in uanum laborare. fruſtra abſumere. affligere. defatigatio.Eccleſiaſtis primo. Vanitas et afflictio ſpiritus.et infra.Labor & afflictio ſpiritus.ideſt abſumptio ſpiritus. ſic Oſeę duodecimo. Ephraim paſcit uentos.rectius. Ephraim fruſtra abſumit uentum. eo q; non iuuatur neque alitur ex eo.Aliud ſignificatum amicus.Leuitici decimonono. Diliges amicum tuum ſicut te ipſum. ſimiliter amica. Canticorum ſecundo. Amica mea formoſa mea. Aliud ſignificatum voluntas.cogitatio.pſalmo centeſimotriceſimonono.Intellexiſti cogitationes meas delonge. Aliud ſignificatum conquaſſare. conterere. confringere.Ieremię ſecundo. Conſtuprauerunt te uſq; ad uerticem. rectius interpretatur Nicolaus de lyra confregerunt te. huic ſimillime quidam hebrȩorum exponunt uerſiculum Iob viceſimoquarto. Paſcit ſterilem quę non parit.ſic. Conquaſſat & confringit ſterilem quæ non parit & uiduę non benefacit. ſed rabi Salomon exponit de duabus uiduis.vna quę habet liberos eget & eſurit.altera quę non habet liberos paſcit & lętatur. Item Micheę.v.Et.paſcent terrã Aſſur in gladio.rectius ſic.Et confringẽt ſeu cõquaſſabunt terrã Aſſur gladio.

רעל Tremor.fremitus.tumultus.trãſlatio noſtra diuerſimode uer
tit crapulam.compunctõnem.ſoporem.Zacharię.xij.Superliminare
crapulę omnibus populis.pro quo.lxx.Superliminaria quę mouent.
intelligo quę tremunt.et Nahum.ij.Et agitatores conſopiti ſunt.pro
quo.lxx.timebunt.& p̃s.lx.Potaſti nos uino compunctionis.pro quo
Hieronymus uino conſopiente.ſed ꝓprietas huius uerbi eſt fremere
& tremere.aliud ſignificatum mitra adornata monilibus.Iſaię.iij. Ar
millas et mitras et diſcriminalia.magiſtri hebręorum dicunt eſſe uela
mulierum quibus oriẽtales ſolent caput obnubere ne facies uideant.

רעם Tumultuauit.indignatus eſt.furit.motauit.cõtremuit.Ezechl
xxvij.Motauerunt uultus.non mutauerunt ut quidã mẽdoſi codices
habent.quaſi diceret indignanter deteſtati ſunt.ab eo ſcilicet motu tu
multus atq; tremore.tranſlationes noſtrę uerbum hoc ad tonitrua
trãſumpſerunt.i.Paralip.xvi.Tonet mare et plenitudo eius.pro con
tremiſcat.non enim Neptuni ſed Iouis tonare eſt.ſic.ij.Regum.xxij.
Tonabit de cęlo dñs.& p̃s.xviij.ſimiliter.Inde nomen Iob.xxvi. Quis
poterit tonitruũ magnitudinis eius intueri.potius dixiſſet fulgur.nã
tonitru non cernitur.ſed rectius hebręi ſic.Et tumultum ſeu indigna
tionem fortitudinis eius quis intelliget.

רען Vireſcebat.uiridis fuit.& non crebreſcit in uſu niſi per duplica
tionem nun finalis.Canticorum primo.Lectulus noſter floridus.ui
ridibus obductus,Inde nomen p̃s.lij.Ego aũt ſicut oliua fructifera.ꝓ
quo rectius interpretatur Hiero.in ſuo pſalterio.ſicut oliua uirens.

רעב Stillauit.rorauit.Prouerbiorum.iij.Et nubes rore concreſcũt.
rectius ſic.Et nubes ſtillabunt rorem.& p̃s.lxv.Et campi tui replebũt
vbertate,pingueſcent ſpecioſa deſerti.ſed rectius uertit Hieronymus
rorabuntur pinguedine.hoc eſt ſtillabunt.

רעץ Detriuit. contriuit. diſſipauit.confregit.perdidit. Exodi.xv.
Dextera tua percuſſit inimicum.ideſt confregit. perdidit. Iudicum.x.
Afflictiq; ſũt ac uehemẽt oppꝑſſi.i. detriti.diſſipati atq; cõfracti ſũt.

רָעַשׁ Concuſſit. impetuoſe cõmouit. tremuit. Ezechielis. xxxviij. Et cõmouebuntur a facie mea piſces maris. & eiuſdem. xxvi. Commouebuntur inſulę. & uerbum tranſitiuum Iob. xxxix. Nunquid ſuſcitabis eum quaſi locuſtã. pro cõmouebis eum. quotiens aũt reperit ſignificare augmentũ et multiplicationẽ, cõtingit illud p̃ metatheſin lr̃arũ.

רָפָא Reſtituit. integrauit. ſanauit. medicauit. Iſaię. vi. Et conuertar et ſanem eum. Ieremię. xvij. Sana me domine et ſanabor. et Geñ. xx. & ſanauit deus Abimelech. Inde medici et unguẽtarij. Geñ. l. Prȩcepitq; ſeruis ſuis medicis ut aromatibus condirent patrem. Inde nomen medicina. ſanitas &c̃. Iere. xlvi. Fruſtra multiplicas medicamina ſanitas non erit tibi, quandoq; mutatur aleph in he et idem ſignificat. ut Ieremię iij. Cõuertimini filij reuertẽtes et ſanabo auerſiões ueſtras. quãuis in multis tam impreſſis quam ſcriptis codicibus inueniatur ſcriptum in eodem loco per aleph. tamen in libris caſtigatis additur maſſora q̃ indicat ibi ſcribendum per h. Item. ij. Paralippomenon. vij. Et ſanabo terram eorum. ideſt reſtituam. aliud ſignificatum gigantes. homines robuſti. Deuteronomij. ij. Gigantes ſicut Enakim. aliud ſignificatum mortuus. p̃s. lxxxviij. Aut medici ſuſcitabunt et confitebũtur tibi. pro quo Hieronymus. & gigantes reſurgent. ſed rectius ſic, aut mortui reſurgent et laudabunt te. ſic Prouerbiorum. xxi. Vir qui errauit in uia doctrinę in cœtu gigantum cõmorabitur. rectius ſic. In congregatione mortuorum morabitur.

רָפַד Pauimentauit. ſtrauit. Iob. xli. Et ſternet ſibi aurum quaſi lutũ. rectius ſic. Sternet aurum ſuper lutum. inde nomen. Canticorum. iij. Reclinatorium aureum. pro ſtratum aureum. aliud ſignificatum confortare. ſtipare. Canticorum ſecundo. Stipate me malis.

רָפָה Reſedit. quieuit. Iudicũ. viij. Quod cũ locutus eſſet requieuit ſpiritus eorum. ſic etiam Ionathas chaldęus exponit. Inde nomen impotens. infirmus. et debilis. eoq; facile quieſcat. Numeri. xij. Vtrum fortis ſit an infirmus. et paſſiuũ legitur Exodi. v. Vacant enim et iccirco uociferantur. quaſi dicere liceret quietificãtur ipſi. & inueniť quandoq; aleph pro he finali. ut Eccleſiaſtis. x. Quia curatio faciet ceſſare peccata maxima. rectius ſic. Impotentia deprimit peccata magna. ſigni

ficat et demittere.deponere.relinquere.ij.Regum.xxiiij. Contine manum tuam.rectius sic.Fac quiescere manum tuam. uel potius dimitte manum tuam.

רָפַס Ambulauit.cucurrit.incessit.ps.lxviij. Vt excludant eos qui probati sunt argento.translationes huius uerbi sunt uarię et obscurę. Hiero.uertit calcitrantes contra rotas argenteas.rabi Salomon exponit q̄ non occurrant unicuiq̄ homini sed tantum ei qui faciat ad eos currere argentū. uel aliter.q̄ nemo placeat eis nisi cui placet argentū. & inuenitur quandoq̄ per sin loco samech scriptum.

רִפְסָר Ratis.ij.Para.ij.Et applicabimus ea ratibus ꝑ mare in Iope.

רָפַק Iunctus.innixus.cohęrens.conglutinatus est. Canticorū.viij. Innixa super dilectum suum.

רֶפֶשׁ Fœditas. cœnum. translatio nostra uertit conculcationem. Isaię.lvij.In conculcationem et lutum.

רָפַת Stabulum iumentorum.translatio nostra uertit pręsepe. Habacuk.iij.Et non erit armentum in pręsepibus.

רָצַץ Collisit. contriuit. destruxit. confregit . perdidit. oppressit. Amos.iiij.Et confringitis pauperes.&.i.Regū.xij. Si oppressi aliquē.

רָצַר Saltauit.insultauit.exultauit.lasciuiuit.ps.lxviij. Vt quid suspicamini montes coagulatos.rectius sic.quare saltatis mōtes coagulorū

רָצָה Voluit.placuit.ps.ciij.Quoniam placuerūt seruis tuis lapides eius.& psalmo.cxlix. Quia beneplacitum est domino in populo suo. & inde nomen beneplacitum.uoluntas.beneuolentia.psalmo.xxx. Et vita in uoluntate eius.aliud Leuitici.xxvi. Tunc placebūt terrę sabbata sua.idest tunc perficiet exequetur seu complebit terra sabbata sua. scilicet restantia quę uos non compleuistis. aliud significatum conuersari.psalmo.l. Videbas furem currebas cum eo.pro conuersatus es cū eo.et inuenitur per aleph in fine loco he.significatq̄ ꝓcedere seu ire. Ezechielis primo.Et animalia ibant et reuertebantur.

רָצַח Occidit. Deuteronomij.iiij. Qui occiderit nolens proximū ſuum. Inde occiſor. homicida. ut ibi. et eiuſdem. xix. Qui ꝓpter homicidium profugus eſt. et hęc erit lex homicidę.

רָצַע Perforauit. Exodi. xxi. Perforabitq; aurē eius ſubula ſeu per foſſorio inſtrumento. ſic habes uerbum et nomen.

רִצָּה Carbo uiuus de pruna. quem tranſlatio noſtra calculū uocat. Iſaię. vi. Et in manu eius calculus quem forcipe tulerat de altari. &. iij. Regum. xix. Et ecce ad caput ſuum ſubcinericius panis. rectius ſic. Placenta carbonum. aliud ſignificatum pauimentum. Ezechielis. xl. Et pauimentum ſtratū lapide in atrio. & Eſter. i. Super pauimentū ſmaragdino et pario ſtratum lapide. Inde uerbum medio caritate conſtrauit. recte ſic. Interius pauimentatur amor.

רַק Quippe. nempe. uerumtamen. tantūmodo. forſitan. Deutero nomij. iij. Solus quippe Og rex baſan. p̄s. xxxij. Verūtamē in diluuio aquarum multarū. et Iſaię. xxviij. Tantūmodo ſola uexatio intellectū dabit auditui. & Geñ. xx. Forſitan non eſt timor dei in loco illo. & ſic varie intelligitur ſignificatum eius ſecundum quod orationi cuique applicatur, quemadmodum aliorum ſignificatiuorum.

רָזֶה Conſumptus. exhauſtus. tenuis. miſer. macilentus. Geñ. xli. Et ecce has ſequebant alię ſeptē boues intantū macilentę. & ſic deinceps vbi iterum tranſlator plus oratoris quā interpretis fungitur munere. & a tenuitate dicuntur ſic lagana. cruſtulę. placētę tenues. Exodi. xxix. Lagana quoq; azyma oleo lita. aliud ſignificatum tempora capitis. tranſlatio nr̄a habet gena, eoq; ibi ſit tenuitas carnis. Canti. lij. Sicut fragmen mali punici ita genę tuę. aliud ſignificatum ſpuere ſputum. ſaliua. Deutero. xxv. Et ſpuet in faciem eius. & Leuitici. xv. Si ſaliuam huiuſcemodi homo iecerit. & Iob. xxx. Et faciem meam conſpuere nō verentur. & eiuſdem. vij. Vt glutiam ſaliuam meam.

רָקַב Putruit. Iſaię. xl. Forte lignū imputribile elegit artifex. et Prouer. x. Et nomen impiorū putreſcet. et inde nomē putredo. caries. Iob xiij. Et quaſi putredo cōſumpti ſunt. et eiuſdē. xli. et lignū putridū ęs.

רָקַד Exiliuit. ſaltauit. exultauit. p̄s. cxiij. Montes exultauerunt ut

arietes.& Eccleſiaſtis.iij. Tempus plãgendi et tempus ſaltandi.et uerbum graue Iſaię.xiij. Piloſi ſaltabunt tibi.

רָקַח Condiuit.pigmentauit.coxit.vnguentariorum more cõmiſcuit.uel ſicut apothecarij ſolent cõpoſuit. Exodi.xxx.Homo quicũq; tale compoſuerit. Inde nomen ut ibi. vnguentum compoſitum opere vnguentarij. Item thymiana compoſitum opere unguentarij.& Canticorum.v.Conſitę a pigmentariis.omnia deriuata ſignificant aromatica condimenta medicorum ſeu apothecariorum.

רָקַם Acupinxit.imaginibus intexuit.polymitauit.et ſi dicere liceret texipĩxit.p̃s.Et ſubſtãtia mea in inferioribus terrę. Hiero.Imaginatus ſum in nouiſſimis terrę. uoluit dicere. contextuſſum ĩ inferioribus terrę ideſt in matrice. & Exodi.xxvi. Coccoq; biſtincto et biſſo retorta opere plumario. rectius. opere acupictorio ſiue textorio. Inde ueſtis imaginibus intertexta ſeu ueſtis diſcolor et polymita.ut Ezechiel.xvi. Et ueſtiui te diſcoloribus.et infra.Et ſumpſiſti ueſtimenta tua multi coloria.Iudicũ.v. Veſtes diuerſorum colorum ſiſarę tradunt in prędã. et ſupellex uaria ad ornanda colla congerit.rhetorica interpretatio.

רָקַע Expandit.extendit.Iſaię.xliij. Stabiliẽs terram et nullus mecũ pro expandens ſeu amplians.et.ij. Regum.xxij. Cõminuam eos atq; confringã. pro atq; diſtendã et extenuabo eos calcando. Inde nomen expanſio ſeu extenſio.q̃d firmamentũ nominamus.Geñ.i.Fiat firmamẽtum.ſic Mumeri.xvi.Et producat ea in laminas.et infra.et ꝓduxit ea in laminas.i.tundẽdo amplians et extendẽs ſcilicet malleo.illud aũt q̃d legit Ezechielis.vi. Et allide pedem tuũ. poteſt exponi calca pede tuo.ſcilicet extendendo puluerem ſeu lutũ quod ſub pede eſt.

רָשַׁשׁ Periit.depauperatus eſt.ad ſummam miſeriam redactus eſt neutropaſſiue Malachię primo.q̃ is dixerit idumea,deſtructi ſumus. ideſt ſecundum Dauid kimhi in commentariis. pauperes et miſeri ſumus. ex quo intelligitur id quod legitur Ieremię quinto. Et conteret vrbes munitas tuas.ideſt depauperabit atq; perdet. Aliud ſignificatũ per prępoſitionem thau et hirek in fine,lapis precioſus. quem tranſlatio noſtra hyacinthum nominat. Canticorum quinto. Plenę hyacin-

this. alio in loco traducitur chryſolithus. Danielis.x. Et corpus eius quaſi chryſolithus. ſignificat etiam quãdam inſulã quę dicitur tharſis lonę.i. Vt fugeret in tharſis. ab hoc uocabulo deriuantur pauper et paupertas.et cętera deriuata per apocopen.

רְשָׁה Iuſſus.mandatum.tranſlatio noſtra pręceptũ uertit et recte. Ezrę.iij.Secundum quod pręceperat Cyrus rex perſarum eis.

רְשַׁם Significauit.notauit.inſinuauit.intimauit.Danielis.x.Annunciabo tibi quod expreſſum eſt in ſcriptura ueritatis. pro eo quod legi deberet.ſignificatum ſeu notatum eſt.

רְשַׁע Peccauit. inique egit. impie geſſit. pſalmo.xviij. Nec impie geſſi a deo meo.& Eccleſiaſtis.vij. Ne impie agas multũ.et in alia forma Danielis.ix. Peccauimus iniquitatem fœcimus inique egimus.& nomẽ iniquus.impius.peccator.Prouerbiorum.xi. Impius facit opus inſtabile.et p̃s.l.Peccatori autẽ dixit deus.et prima per ſęgol peccatũ. impietas. Eccleſiaſtis.viij. Neq; ſaluabit impietas impium. cui ſępe additur he in fine fœminini generis.Zacharię.v.Hęc eſt impietas.

רְשֶׁף Carbo ignitus.teda uel lampas.Canticorum.viij.Lampades eius ut lampades ignis atq; flammarum.hebręi exponũt ut carbones: ſed capitur quandoq; pro dęmone urente. Habacuk.iij. Egredietur diabolus ante pedes eius . alij traducunt peſtilentiam quę ſuo ardore interficit.alij febrem intenſam quod idem eſt.aliud ſignificatum ferrũ acutum in capite ſagittę.ſed Hieronymus pinnas arbitratur eſſe in poſteriore ſagittarum parte quę ipſe uolatilia uocat.pſalmo.lxxvi. Ibi cõfregit potentias arcum . pro quo Hieronymus. Ibi confregit uolatilia arcus.hebręi uero.Ibi confregit aculeos arcus.

רֶשֶׁת Rete proprie.et ab aliis uocatur laqueus. Iob.xviij. Immiſit enim in rete pędes ſuos.et p̃s.lvij.Laqueum parauerũt pedibus meis. Oſeę.vij. Et cum profecti fuerint expandam ſuper eos rete meum.& Exodi.xxvij.Craticulamq; in modum retis ęneam.

רְתֵת Tremor.Oſeę.xiij. Loquente Effraim horror inuaſit Iſrael.

רָתַח Bulliuit.elixauit.efferuendo coxit.Ezechielis viceſimoquar.

quarto. Efferbuit coctio eius.

רֹתֶם Iuniperus. iij. Regum. xix. Et ſederet ſubter unam iuniperum. alij exponunt geneſtam. aliud ſignificatum ligare. Micheę primo. Tu multus quadrige. rectius ſic. Liga quadrigam.

רְתֵק Clauſura. catena. concluſio. Ezechielis. vij. Fac concluſionem. & illud quod legitur Eccleſiaſtis. xij. Antequam rumpatur funiculus argenteus. legunt alij ſic. Quouſq; non catenabitur funiculus. ſic Nahum tertio. Et omnes optimates eius cõfixi ſunt in compedibus. ideſt catenati ſunt ſeu clauſi.

שֵׁשׁ ישמת יהוה במעשיו

Issus.pannus lineus.Exodi.xxv.Et bissum et pilos caprarum. & b eiusdē.xxvij.et bisso retorta.et Geñ.xli.vestiuit eū stola bissina.

שִׁשֵּׁה In sex partes diuisit.quasi dicere liceret sextauit.sicut dicimus decimauit.Ezechielis.xlv.Et sextam partē ephi de coro ordei.uerbū e uerbo sic.& sextabitis ephi de mensura ordei.patitur quandoq; epen thesin aleph.Item nomen sex.Exodi.xvi. Sex diebus colligite,et inde deriuata ut in grammatica.

שֹׁשַׁן Lilium. uiola.rosa. Canticorum.ij. Ego flos campi et lilium conuallium.et ibi.sicut lilium inter spinas.& sicut rhodus a rosa et florentia a flore,sic Susan ciuitas regalis et electa.Ester secundo. Erat uir Iudęus in Susis ciuitate.

שָׁשָׁר Color rubeus et illustris ex terra rutila confectus. quo usi sunt ueteres ad splendorem pictoribus ad penicillum aptus. a Sinope urbe dictus sinopis ubi foditur.ut scribit Plinius naturalis historię libro.xxxiiij.ca.sexto. Est autē Sinope Stephano byzantio de urbibus authore ciuitas splendidissima ponti,a Macritio Coo statuta.et scribit̄ prima uocabuli sinopis per iota,habetq; penultimam longam.de isto colore loquitur Ieremias ca.xxij.Et facit laquearia cedrina pingitq; sinopide.rabi Dauid kīhi in libro de radicibus dicit significare miniū.

שָׁאַב Hausit.Isaię.xij.Haurietis aquas in gaudio.& Geñ.xxiiij.Vt hauriret aquam et haustam omnibus camelis dedit.

שָׁאַג Rugiuit.Amos.iij.Leo rugiuit.qs nō timebit? et paulo superius.nūqd rugiet leo ī saltu.et p̄s.xxxvi.Rugiebā a gemitu cordis mei.

שָׁאָה Consternauit.deuastauit.desolatus est.Isaię.vi. Donec desolent̄ ciuitates absq; habitatore.Inde nomē deuastatio. calamitas.desolatio.p̄s.xxxv.Veniat illi laqueus quē ignorat.ꝓ q̊ rectius Hiero.Veniat ei calamitas.et uerbū ī alia forma Geñ.xxiiij. Ip̄e aūt contēplabat̄. rectius sic.& uir cōsternatus est ꝓpter eā.ꝑ metathesin thau et schin

literarū.ut in grāmatica.aliud significatū tumultus. strepitus.sonitus. fremitus.Isaię.xvij.Et tumultus turbarę sicut sonitus aquarę multarū sonabunt.populi sicut sonitus aquarum inundantium sonabunt. Omnia fremere significant.

שָׁאַט Cōtempsit.spreuit.opprobrauit.translatio nostra uertit ambitionem. Ezechielis.xvi. Filiarum palęstinarum quę ambiunt te pergirum.sed Theodotio aliquātulo melius traduxit sic. quę abominant te. hebręi sic.ignominiose contemnentes te.

שָׁאַל Quęsiuit.petiuit.interrogauit.Geneſis.xlij.Interrogauit nos homo.& Isaię.vij.Pete tibi signum a deo.Inde petitio hoc est donum. interrogatio.quęstio .ut.iij. Regum .ij. Petitionem unam paruulam deprecor.& quandoqꝫ euanescit aleph et nō scribitur.ut.i. Regum.i. Deus Israel det tibi petitionem tuam. aliud significatum. fouea.sepulchrum.infernus.Prouerbiorę.xxx.Infernus et os uuluę.i.sepulchrum siue mors.ut Geñ.xlij.Deducetis canos meos cū dolore ad inferos.

שָׁאַן Quietus et pacatus sedit.reperitur tantum geminato nun finali sic.opulētus.fertilis.exuberās fuit. Ieremię.xlviij.Fertilis fuit Moab ab adulescentia sua.ręIsaię.xxxij.Et in requie opulenta. et paulo superius.Mulieres opulentę surgite.& in masculino Amos sexto. Vę qui opulenti estis in sion.idest pacati estis.

שָׁאַף Insorpsit.inglutiuit.attraxit sicut anhelitum siue aerem.suspirauit.anhelauit.Ieremię secundo.In desyderio animę suę attraxit uentum amoris sui. & Isaię.xlij .Dissipabo et absorbebo simul.sic psalmo cxix. Os meum aperui et attraxi spiritum.& Ieremię decimoquarto. Attraxerunt uentum quasi dracones. Aliud significatum conculcare. psalmo quinquagesimosexto.Miserere mei deus quoniam conculcauit me homo. quidam hebręorum exponunt etiam absorpsit. Aliud significatum desyderare.Iob septimo. Sicut ceruus desyderat umbrā. alij uero secundum primam significationem exponunt sicut ceruus suspirat umbram.sic Ecclesiastis primo.Oritur sol et occidit et ad locum suum reuertitur ibi renascens.quod exponunt sic.Et oritur sol et occidit sol.et ad locum suum anhelans oriturus est illic.

שָׁאַר Superfuit. reliquus fuit.i. Regum.xvi. Adhuc reliquus est paruulus et ecce pascit oues.& ab eo uerbum passiuũ.ij. Regum.xiiij. Vt non supersit uiro meo nomen et reliquię super terram.& Isaię.iiij. Et erit om̃is qui relictus fuerit in sion. Inde deriuata ut Sophonię.iij. Reliquię Israel nõ facient iniquitatem.sępe etiam caret aleph.ut.i. Paralippo.xij.Sed et omnes reliqui ex Israel uno corde erant. aliud significatũ ultima per zere.carnes uel caro.cibaria.quod translatio nostra uertit mensam.p̃s.lxxviij.Aut portare mensam populo suo. hebręi legunt et.S.Hiero.carnem.sic etiam exponit rabi Salomon. et ita paulo inferius.Et pluuit super eos sicut puluerem carnes. aliud significatum consanguineus.propinquus.proximus,Leuitici.xviij. Omnis homo ad proximam sanguinis sui non accedat.aliud significatũ alimentum. Exodi.xxi.Quod si alterã ei acceperit,prouidebit puellę nuptias et uestimenta et preciũ pudicicię non negabit.uerbum e uerbo sic.Si alterã acceperit sibi.alimenta.uestimenta et interesse non diminuat. significat etiam omnẽ uictum.Deuteronomij.xxviij.Et benedictę reliquiæ tuę,magistri hebręorum exponũt farinam subactam. aliud significatũ fermentum.Exodi.xij.In die primo non erit fermentum in domibus vestris, et sic scribitur ultima per holem.

שְׂאֵת Tumidum.eleuatum.tumefactum.tuberculatum. et est species morpheę.Leuitici.xiij.Homo in cuius cute et carne ortus fuerit diuersus color.videt̃ ab alio ṽbo esse deriuatũ scilicet nasa. uide sup̃.

שָׁבָב Pręsegmen lignorum.nostra translatio uertit telas araneaꝝ. Oseę.viij.Quoniam in aranearum telas erit uitulus samarię. alij sic.in scintillas.ut Iob.xviij.Nec splendebit flamma ignis eius.idest scintilla. aliud significatum vertere.circumagere.Ezechielis.xxxviij.Et circumagam te et ponam frenum in maxillis tuis,et infra. Ad terram quę reuersa ẽ a gladio.& Micheę.ij. Cũ reuertat̃ qui regiones nr̃as diuidat.

שָׁבָה Prędatus est.apprehendit.cœpit.Ieremię quadragesimoprimo.Omnis populus quem cœperat Ismael.et amittit he finale aliquãdo.ut Numeri uicesimoprimo. Et uictor existens duxit ex eo prędã. ubi in nomine iod ponit̃ ꝓ he.& sic captiuus captiua.Isaię.lij. Captiua

filia ſion. Item Numeri. xxxi. Prędam et uniuerſa quę cœperant. aliud ſignificatum lapis precioſus. qui a nobis dicitur achates. ſed uernacula lingua turkis uocat̃. Exo. xxviij. In ẽtio ligurius achates et amethyſtus.

שָׁבַח Laudauit. p̃s. cxlv. Generatio et generatio laudabit opera tua. ſimiliter & labia mea laudabunt te. & p̃s. cxlvij. Lauda Ieruſalem dominum. aliud ſignificatum pacare. compeſcere. mitigare. p̃s. lxxxix. Motum autem fluctuũ eius tu mitigas. & p̃s. lxv. Qui conturbas profundum maris ſonum fluctuũ eius. multo rectius uertit Hieronymus ſic. Compeſcens ſonitum maris. fremitum fluctuum eius.

שֵׁבֶט Virga. baculus. fuſtis. tribus. ſceptrum. Iudicum. iiij. Et dimidia tribus Manaſſe. & paulo ſuperius. Singulos de ſingulis tribubus. & infra pluraliter. Iuxta numerum filiorum Iſrael. addendum eſt aſtę riſco tribuum. ut ſit lectio. iuxta numerum tribuum filiorum Iſrael. Item Exodi. xxi. Qui percuſſerit ſeruum ſuum uel ancillam uirga. & pſalmo. ij. Reges eos in uirga ferrea. Item Geñ. xlix. Nõ auferetur ſceptrum de Iuda. ſic pſalmo. xlv. Virga regni tui. ideſt ſceptrum. aliud ſignificatum calamus ſcriptoris. Iudicum. v. De zabulon qui exercitũ ducerent ad bellandum. rectius ſic. de zabulon trahentes calamũ ſcriptoris. Ita Ionathas chaldęus uertit. quaſi diceret. de zabulon uiri ſapientes et literati.

שָׁבַךְ Cancellauit. reticulauit. iij. Regum. vij. Et quaſi in modum retis et catenarum ſibiinuicem miro opere contextarum. & iiij. Regũ primo. Ceciditq; Ochozias per cancellos cœnaculi ſui.

שְׁבִיל Semita. p̃s. lxxvij. Et ſemita tua in aqs multis. et Ieremię. xviij. Semitis ſęculi. vnde dicitur planta pedis quę facit ſemitam. Iſaię. xlvij. Diſcooperi humerũ. hebręi ſic. oſtẽde pedẽ ſiue plantã. aliud ſignificatũ ſpica. Geñ. xli. Septẽ ſpicę. et Iob. xxiiij. Et ſicut ſummitas ſpicę conterent. ſic Iudicũ, xij. Dic igit̃ ſchiſoleth, at ille dixit ſibolet. aliud ſignificatum alueus quẽ fluctus corraſerũt. ut Iſaię. xxvij. Ab alueo fluminis uſq; ad torrentem. et hoc putant illud eſſe Iudicũ. xij. Dic ſchiuoleth.

שְׁבִיס Ornamentum muliebre. et appellant lunulas. Iſaię. iij. Et lunulas et torques.

שֶׁבַע Septem. Leuitici. xxiij. Septem hebdomadas. et infra. Offere tisq; cum panibus septem agnos immaculatos. Inde deriuata ut in grã matica et frequenti lectione biblię hebraicę. aliud significatum iurare. Geñ. xxv. Iurauit ei Esau. et Deute. vi. Et per nomen eius iurabis. Inde deriuata iuramentũ. Iudicũ. xxi. Grandi enim iuramento se cõstrinxe rant. et adiurare. Geñ. xxiiij. Vt adiurem te per deum cęli. aliud signifi catum saturare et satiare. Deutero. viij. Vt cũ comederis et saturatus fueris benedicas dño deo tuo. &. i. Paralip. xxiij. Igitur Dauid senex & plenus dierũ. i. satur diebus. sic. ij. Para. xxiiij. Senuit aũt Ioiada plenus dierum. idest satiatus ętate. Inde satietas et saturitas. et alia deriuata.

שָׁבַץ Auro ligauit. strinxit. coartiuit. Exodi. xxviij. Stringesq; tuni cam bisso. et supra. tunicam lineã strictam. et infra. Inclusi auro erunt. quasi cõstricti aureis capsellis. quas uncinos traduxit paulo superius. Facies et uncinos ex auro.

שָׁבַר Fregit. contriuit. perdidit. destruxit. Isaię. xiiij. Contriuit dñs baculum impiorum. uirgam dominantium. Ieremię decimonono. Et conteres lagunculam in oculis uirorum. et infra. Sic conteram popu lum istum et ciuitatem istam. sicut conteritur uas figuli. et trãsumitur pro tribulatione et consternatione. psalmo. li. Sacrificium deo spiri tus contribulatus. idest animus fractus et consternatus. sic transumpti ue dicitnr de uiro qui deuirginat uirginem fractis claustris ut pariat. Isaię sexagesimosexto. Nunquid ego qui alias parere facio non pariã. & sic nominatur matrix siue vulua parientis mulieris ab apertura & fractura. Oseę decimotertio. Nunc enim non stabit in contritione fi liorum. quod uerbum e uerbo sic legitur. Quoniam tempus nõ stabit in matrice seu vulua filiorũ. aliud significatum annona et prouentus alimentorum et esca generaliter siue uictualia per sex puncta. Genesis quadragesimosecundo. Audiens autem Iacob q̃ alimenta uenderen tur in ægypto. & uerbum gerũdiuum eiusdem quadragesimoprimo. Vt emerẽt escas. pro ad alimentandũ. et sic significat emere et uẽdere.

שָׁבַר Sperauit. expectauit. sustinuit. Isaię tricesimooctauo. Non expectabunt qui descendunt in lacum ueritatem tuam. et psalmocen

teſimoquinto. Oculi omnium in te ſperant domine.

שָׁבַת Finiuit. uacauit. quieuit. ociatus eſt. ſabatizauit. ceſſauit. thre norum. v. Defecit gaudium cordis noſtri. pro ceſſauit. Geñ. ſecundo. Et requieuit die ſeptimo ab omni opere quod patrarat. Inde ſabatum a requie. Iſaię. lxvi. Et erit menſis ex menſe et ſabbatum ex ſabato. Inde ſabatum ſabatorum et alia deriuata.

שָׁגַג Deliquit non dedita opera. peccauit ignoranter. impręmedi/ tate deliquit. Leuitici quinto. Qui orabit pro eo quia neſciens fecerit. Inde delictum non de induſtria. per paragogen he. ſimiliter peccatū per ignorantiam. Leuitici quarto. Anima quę peccauerit per ignorā tiam &c̄. Inde nomen Iob. xix. Nempe ſi ignoraui mecum erit ignorā tia mea. ideſt ſi per imprudētiam lapſus ſum, mecum habitabit impru/ dentia et ſimplicitas mea.

שָׁגָא Magnificatus excreuit. auctus eſt. multiplicatus eſt. Iob. viij. Aut creſcere carectum ſine aqua. et eiuſdem. xxxvij. Digne eum inue nire non poſſumus. magnus fortitudine. et Iob duodecimo. Qui mul tiplicat gentes et perdit eas. & inuenitur etiam ſcriptum per he loco aleph. ut Iob octauo. Et nouiſſima tua multiplicentur nimis. quod in nouis codicibus ſcribitur per aleph. ſed in uetuſtiſſimis et emendatis ſcribitur per he loco aleph. inuenitur etiam duplicatum.

שָׁגַב Exaltauit. extulit. eleuauit. releuauit. Deuteronomij. ij. Non fuit uicus neq; ciuitas quę noſtras effugerat manus. iterum rhetorica interpretatio non grāmatica. ſed uerbum e uerbo ſic legitur. non erat ciuitas quę leuaret ſe ſuper nos ſeu a nobis. Iſaię. ix. Et eleuabit dñs ho ſtes Razin ſup eū. et in paſſiuo eiuſdē. xxxij. Magnificatus eſt dñs. ꝑ exaltatus eſt. trāſlationes nr̄ę plurimū interpretantur protectionem. vt pſalmo. xci. Protegam eum quoniam cognouit nomen meum. ſed rectius Hieronymus ſic. exaltabo eum.

שָׁגָה Errauit. ignorauit. Iob. vi. Et ſi quid forte ignoraui, inſtruite me. et Leuitici. iiij. cp ſi omnis turba filiorum Iſrael ignorauerit. et mu tatur he in aleph quandoq; ꝑs. decimonono. Delicta quis intelligit. rectius Hieronymus errores. ſic Aquila Symmachus et Hierōymus

titulum psalmi.vij.traduxerunt pro ignoratione. oīa inde deriuata significant peccatum ignorantię crassę.uel secundum alios etiam curā et laborem.ut Prouerbiorum.xx.Quicumęp ijs delectatur non erit sapiens.pro qui laborat in eo.uel sollicitatur et negociatur in eo.Inde faciens errare.Iob.xxvij.Qui decipit iustos in uia mala. et Deutero. xxvij.Maledictus qui errare facit cęcum in itinere. aliud significatum apprehendere.Deuteronomij.xxviij.Et apprehendent te.

שָׁגַח Aspexit.prospexit.respexit.Canti.ij.Respiciēs per fenestras.

שָׁגַל Violauit.subagitauit.Zacharię.xiiij.Et mulieres uiolabunt.

Inde vxor.coniunx.mulier.p̄s.xlv. Astitit regina a dextris tuis.quod rectius uertit Hiero. Stetit coniunx ad dexteram tuam. & Deutero. viij. Vxorem accipies et uir alius dormiet cum ea.i. subagitabit eam.

שָׁגַע Furit.amens fuit.insensatus attonitus stupens fuit. Deutero. xxviij.Et stupens ad terrorem eorum quę uidebunt oculi tui. Inde nomen aliud paulo superius,ut in eodem.Percutiat te dominus amentia et cęcitate.Inde furiosus et maniacus.

שְׁגַר Pecus recens natum.seu fructus pecoris.Exodi.xiij. Et quod primitiuum est in pecoribus tuis. & Deuteronomij.vij. Et iumentis & gregibus ouium tuarum.

שַׁד Mamma.uber.threnorum.iiij.Sed et lamię nudauerunt mammam.etpluraliter Geñ.xlix.Benedictōnibus uberum et uuluę.et Canticorum.i.Inter ubera mea commorabitur.aliud significatū per zere, dęmonium.Exodi.xxxij.Imolauerunt dęmoniis et non deo.

שָׁדַד Vastauit.depopulatus est.Ezechielis.xxxij. Et uastabunt superbiam ægyptiorum.et participium actiuum et passiuū. Isaię.xxxiij. Vę qui prędaris nonne et ipse prædaberis.verbum e uerbo sic. Hoe deuastans et tu nō deuastatus.et nomē vastitas et depopulatio.Amos v. Vastitatem super robustum, et depopulationem super potentem affert.aliud significatum sadai.fortis.magnus.omnipotens.Geñ.xvij. Ego deus omnipotens.& ab illo honore intelligunt uersiculū Ecclesiastis.ij.Cyphos et urceolos in ministerio ad uina fundenda.quod sic

exponunt atq; uertũt honorem et magnificentias. nam quod dicitur ad uina fundenda. non est de textu. et ideo obelisco effodiendũ. aliud significatũ agricolare. Oseę.x. Confringet sibi sulcos Iacob. Inde ager siue campus. Geñ.iiij. Cumq; essent in agro. et sic regio. uastitas siue locus campestris. et sic amittit unum daleth et accipit in fine he. significatq; terram siue tellurem.

Ager שָׂדֶ

שָׂדָם Cata paragogẽ he finalis fœminini generis incultũ significat. et aridum. Isaię.xxxvij. Et herba tectorum quę exaruit antequã maturesceret. & pluraliter Deuterono.xxxij. De uinea Sodomorũ uinum eorum et de suburbanis gomorrę. pro syluestribus et incultis campis gomorrę. aliud significatum vallis.iiij. Regum.xxiij. Foras Ierusalẽ in conualle cedron. & quia per eam uallem decurrit torrẽs, ideo pro torrente sępe sumitur ut thargum indicat. sic Ieremię.xxxi. Vniuersam regionem mortis usq; ad torrentem cedron. ubi hieronymus diuisit uocabulum hoc in duo. sed unũ uocabulũ est q̊d.lxx. intactũ reliquerũt. et assaremoth posuerunt. sicut etiam in quibusdã antiquis codicibus hebraicis legit̃, quamquã inueniam adnotationem illic signatam non saremoch sed sademoth esse legendam. Est aũt cedron quod hebraice kidron dicitur nomen quondam obscurę uallis prope Ierusalem ab obscuritate atq; tenebris sic nominatę. per quam defluit torrens quãdoq; obscure apparens, quandoq; aridus et exiccatus. nam Hieronymus in pręfato Ieremię loco kidron ĩterpretat̃ tenebras in cõmẽtariis vnde uidentur errare qui passionẽ Christi exponunt transtorrentem cedron pro cedroꝝ. quãuis enim κεδρων gręce significet latine cedrorum. tamẽ nõ sic est in hebraico ubi ponit̃ kidron nomẽ ꝓpriũ uallis.

שָׂדַת Exaruit. arefactus est.iiij. Regum.xix. Herba tectorum quæ arefacta est antequam ueniret ad maturitatem. Inde ariditas, q̊d trãslatio nostra aerem corruptum interpretatur. Deuteronomij.xxviij. Et aere corrupto et rubigine.

שֵׂדֶר Tabulatum. translatio nostra laqueare uertit.iij. Regum.vi. Texit quoq; domum laquearibus cedrinis.

שֶׂה Pecus. Ezechiel.xxxiiij. Ecce ego ipse iudico inter pecus pingue

& macilentum. ſed tranſlatio noſtra tranſumpſit hoc uocabulum ad victimam. Geñ. xxij, Vbi eſt uictima holocauſti. et infra. Deus prouidebit ſibi uictimã holocauſti fili mi. ꝑ pecus ad holocauſtũ. & eſt generis cõmunis. quia eſt genus et tranſumit̃ pro oĩbus aliis pecudibus.

שָׁחַד Teſtis. cõſcius. Iob. xvi. teſtis meus et cõſcius meus ĩ excelſis.

שֹׁהַם Onyx. uel onychinus. Geñ. primo. Ibiq; inuenitur bdellium et lapis onychinus.

שַׁחַר Ornamentum equorum ſeu camelorum quas uocant lunulas. nam et chaldęis luna dicitur ſehara. Iudicum octauo. Et tulit ornamenta ac bullas de collo camelorum.

שְׁוָא Clamor. fremitus. Zacharię. iiij. Et exequabit gratiam gratię eius. recte ſic. Et educet lapidem primarium. Clamores grates grates ſibi. uel ſic fremitus et clamor gratia gratia ei. Aliud ſignificatũ uacuũ. vanum. inane. fruſtratorium. Iob. vij. Sic et ego habui menſes uacuos. Et Exodi. xx. Non aſſumes nomen domini dei tui in uanum.

שׁוּב Vertit. reuertit. conuertit. abſolute. Iſaię. vi. Et conuertatur et ſanem eum. & Canticorum ſexto. Reuertere reuertere ſulamithis. nõ ſunamithis. ſed ſulamith ideſt integra & ꝑfecta. & Eccleſiaſtis primo. Et in circulos ſuos reuertitur. Inde uerba grauia et tranſitiua quę ſignificant facere reuerti. ideſt reddere. donare. & reſpondere ac ſimilia. pſalmo. li. Redde mihi lętitiam ſalutaris tui. & quandoq; patitur beth geminatum. pſalmo. xxiij. Animam meam conuertet. Et Ieremię. viij. Et qui auerſus eſt non reuertetur. quare ergo auerſus eſt populus iſte in Ieruſalem auerſione contentioſa. Aliud ſignificatum reſidere. quieſcere. habitare. ut in iam citato pſalmo. et ut inhabitem in domo domini. Hieronymus ſic. Et habitabo in domo domini. Inde ſeſſio. reſidentia. ſella. cathedra. pſalmo. Et in cathedra peſtilentię non ſedit. pro. & in ſeſſione deriſorum non habitauit. Aliud ſignificatum decrepitum ſeu canum eſſe. primo Regum duodecimo. Ego autẽ ſenui & incanui.

שׁוּד Liniuit uel obduxit calce uel gipſo. Deuteronomij viceſimoſeptimo. Et leuigabis eos calce. & paulo ante. Eriges ingentes lapides

שוב Habitauit

& calce leuigabis eos.alij cinerem putãt ſignificari.Iſaię.xxxiij. Et erũt populi quaſi de incendio cinis.ſcribitur autem ſępe ſamech pro ſchin.

שׁוּה Aequauit,adęquauit,parificauit.Iſaię.xxviij.Nonne cum adęquauerit faciem eius.et eiuſdem quadrageſimo. Cui aſſimilaſtis me & adęquaſtis dicit ſanctus.Inde ęquum.par.et ęquabile.ſiue placitũ. Aliud ſignificatum effecit.fecit.poſuit.pſalmo.lxxxix.Poſui adiutoriũ in potente.& pſalmo decimoſexto.Prouidebam dominum in conſpectu meo ſemper.rectius autem Hieronymus prępoſui dominum. oĩa deriuata eius ſignificant ponere.

שׁוּח Inclinauit.incuruauit.prerupit.Prouerbiorum ſecundo. Inclinata eſt ad mortem domus eius. Inde dicitur fouea in quam aliquid inclinat. Ieremię decimooctauo. Foderunt foueam animę meę. & ſic ſepulchrum corpori.

שׁוּח Locutus eſt.ſermocinatus eſt.pſalmo.lxix. Aduerſum me loquebantur qui ſedebant in porta.& pſalmo.cxix.In mandatis tuis meditabor.ideſt loquar meditatam orationem.& pſalmo.cxliij. In factis manuum tuarum meditabor.ideſt mentis conceptum omnẽ expromam et eloquar.hęc enim eſt proprietas uocabuli.ut Iſaię.liij. Generationem eius quis enarrabit.ideſt pręmeditate et compoſite ſecundum mentis ſuę conceptum eloquetur.ſic in titulo pſalmi,cij.Et coram domino effundit precem ſuam.rectius Hieronymus.Effunderet eloquium ſuum.ſed et ſupra auditum eſt quod ſignificat etiam meditationem.machinationem.et practicam aliquam latẽtem hominis.

שׁוֹט Spaciatus eſt.circuiuit,Numeri undecimo.Circuibatq; populus et colligens illud frangebat mola.& tranſitiue Ieremię quinto. Circuite uias Ieruſalem. & ſic geminat literam teth. Aliud ſignificatum crepitus flagelli aurigę. Nahum tertio. Vox flagelli et uox impetus rotę. & eſt negocium aurigę quadrigarum.& ſic flagellum.baculus. virga.Aliud ſignificatum ligna picea.Exodi.xxv.Ligna ſetim. & paragoge he cum epentheſi iod loco vau genus arbuſti quod uocaĩ acanthus.a noſtris ſpina.Iſaię.xli.Cedrum et ſpinam et myrtum.

שׂוּךְ Sepiuit.vepribus et ſpinis et frondibus circumplexis uallauit. Oſeę ſecundo.Ecce ego ſepiam uiam tuam ſpinis.

שׁוּל Fimbria. quod noſtra tranſlatio circũloquitur. Exodi. xxviij. Deorſum uero ad pedes eiuſdem tunicę per circuitum. hoc totum hebraice legitur. ſuper fimbriam.

שׂוּם Poſuit. repoſuit. fecit. aduertit. Exodi. iiij. Quis fecit os hõinis. aut quis fabricatus eſt mutum et ſurdum. & Hageı. ij. Antequã ponet lapis ſuper lapidem in templo dñi. & iiij. Regũ. ix. Depinxit oculos ſtibio. uerbum e uerbo ſic. Et poſuit in fuco oculos eius. quam conſtructionem ita uertunt grammatici. Et poſuit fucum in oculos eius. aliud ſignificatum allium. Numeri. xi. Porricę et cepe et allia.

שָׁוַע Clamauit. p̃s. xviij. Clamauerunt nec erat qui ſaluos faceret. & nomen, Ieremię. viij. Ecce uox clamoris filię populi mei. et tranſfert ad ululatum. i. Regum. v. Et aſcẽdebat ululatus uniuſcuiuſq; in cęlum. aliud ſignificatum oblinere. inungere. leuigare. Iſaię. vi. Et oculos eius claude. ꝑ obline. ſecundũ hoc rabi Ioſeph pater Dauidis kimhi exponit uerſiculum Ezechielis. xvi. ubi nos legimus. Et aqua non es lota in ſalutem. aliter ſic. Et aquis nõ es lota ad leue. ideſt ut ſis leuis inſtar glabrionis et quaſi uncta. aliud ſignificatum diues. honoratus. potens. Ezechielis. xxiij. Mobiles tyrannoſq; et principes. vult dicere uerbum e uerbo ſic. Prefectum. diuitem et potẽtem. ſic. Iob. xxxiiij. Nec cognouit tyrannum cum diſceptaret contra pauperem. pro et non agnitus eſt diues prę paupere. uel ante pauperem.

שׁוּף Conquaſſauit. percuſſit. contudit. contriuit. conculcauit. Geñ. tertio. Ipſa conteret caput tuum et tu inſidiaberis calcaneo eius. aliud ſignificatũ obſcurare. obtenebrare. pſalmo centeſimotriceſimonono. Et dixi forſitan tenebrę conculcabunt me. ubi interpretatio eſt de prima ſignificatione. ſed rectius poſtea Hieronymus in ſuo pſalterio. forſitan tenebrę operient me. pro obſcurabunt me.

שׁוּק Appetiuit. deſyderauit. concupiuit. pſalmo ſexageſimoquinto. Viſitaſti terram et inebriaſti eam. pro quo legunt. Et concupiſcere feciſti eam. ſcilicet ut ſatietur. ſic Geneſis tertio. pro eo quod legimus. Et ſub uiri poteſtate eris. hebraica ueritas habet. Et ad uirum tuum deſyderium ſeu concupiſcentia tua. ſimiliter eiuſdem quarto. Sub te erit

appetitus eius.aliud ſignificatum crepere.ſtridere et ſonare in modū rei onuſtę atq; exagitatę.ut Ioelis ſecundo. Et redundabunt torcularia uino et oleo.Aliud ſignificatum platea.Eccleſiaſtis duodecimo. Et circuibunt in platea plangentes. ſic paulo ſuperius. Et claudent oſtia in platea.aliud ſignificatum crus.Canticorum quinto. Crura illius columnę marmoreę.& tranſumitur ad armum pecoris. Exodi viceſimo nono.Armumq; dexterum.& a primo ſignificato deriuatur uerbum cōmune.Nahum ſecundo.Colliſę ſunt in platęis. pro crepuerunt uel ſtridore ſonuerunt.

שׁוּר Cecinit.cantauit.ut pſalmo ſeptimo in titulo. Pro ignorantia Daui qui cecinit domino.Inde nomen,Eccleſiaſtis ſecundo. Feci mihi cantores et cantatrices. Item uerbum graue Exodi.xv. Tunc cecinit Moyſes et filij Iſrael carmen hoc domino..& titulus Salomonis. Canticum cāticorum.aliud ſignificatum aſpicere.intueri.Numeri quarto. Intuebor illum ſed non prope. & Canticorum quarto. Coronaberis de capite amana.rectius ſic.proſpice de uertice Amana &c̄.aliud ſignificatum.offerre.donare.primo Regum nono.Et ſportulam non habemus ut demus homini dei.rectius ſic de uerbo ad uerbum. Et oblatio nulla ad offerendum uiro dei.aliud ſignificatum murus . Geneſis.xlix. Filię diſcurrerūt ſuper murum.& pſalmo decimooctauo.In deo meo tranſgrediar murū.aliud.bos.taurus.Leuitici.xxij. Bos ouis et capra.

שׁוּר Dominatus eſt.principauit.regnauit.Iudicum nono. Regnauit itaq; Abimelech ſuper Iſrael tribus annis.Inde nomen. Ioſue quinto.Sum princeps exercitus domini.aliud ſignificatum per prępoſitionem mem et paragogen he.menſura.Leuitici decimonono.In ponderе et in menſura.

שׂוּשׂ Exultauit.lętatus eſt.gauiſus eſt.Deuteronomij .xxviij. Et ſicut antea lętatus eſt dominus ſuper uos bene uobis faciens, ſic lętabit diſperdens uos. & uerbum graue pſalmo ſeptuageſimo.Exultent & lętentur in te.Inde nomen pſalmo quinquageſimoprimo . Auditui meo dabis gaudium et lęticiam.

שׁוּת Locauit.poſuit.fundauit.Geneſis quarto. Vocauitq; nomen eius Seth dicens.poſuit mihi deus ſemen aliud.& pſalmo.lxxiij. Ponere in deo meo ſpem meam.rectius poſui.et eodem.Poſuerunt in cęlū

os ſuum. aliter interpretatur pſalmo decimoſeptimo. Et oculos ſuos ſtatuerunt declinare in terram. Hieronymus. Oculos ſuos poſuerunt declinare. & recte quidem ſtatuere quoq; ſignificat et inſtituere. et cõ ponere. Prouerbiorum ſeptimo. In ornatu meretricio. rectius ſic. Inſtituens meretricium.

שָׁזַה Aſpexit. intuitus eſt. Iob viceſimooctauo. Nec intuitus eſt eũ oculus uulturis. & Canticorũ primo. Quia decolorauit me ſol. rectius ſic. Quoniam aſpexit me ſol.

שָׁזַר Retortum et duplicatum, ſicut ſolent duo fila conduplicari in funiculum. Exodi. xxvij. De biſſo retorta.

שָׁחַח Humiliauit. curuauit. inclinauit. abſolute. Iob. ix. Et ſub quo curuãtur. & Iſaię ſecundo. Et incuruabitur oĩs ſublimitas hominũ. & Micheę ſexto. Et humiliatio tua in medio tui. Inde uerbum in forma hithpael adorare. genuflectere. ſeu inclinare. Geneſis. xxxiij. Et ipſe progrediens adorauit pronus in terram ſepties. ideſt inclinauit. Inde nomina et alia deriuata eiuſdem ſignificationis.

שֹׁחַד Munus. donũ. pſalmo decimoquinto. Et munus ſuper innocentem non accepit. & primo Regum octauo. Acceperunt munera et peruerterunt iudicium.

שָׁחָה Natauit. Iſaię. xxv. Sicut extendit natans ad natandum. & Ezechielis. xlvij. Intumuerant aquę torrentis quĩ non poteſt tranſuadari. Inde dicitur remus et remex.

שָׁחַט Occidit. imolauit. iugulauit. Leuitici. i. Imolauitq; uitulum coram dño. ſic. ij. Paralip. xxx. Imolauerunt aũt phaſe. et infra. Imolauerunt leuitę phaſe ĩis qui non occurrerant ſanctificari dño. rectius uerbũ e uerbo ſic. Et leuitę ſuper occiſione uel iugulatione paſchatũ.. unicuiq; non mundato. aliud ſignificatũ metallare. et tractare malleo. Inde malleare uel diducere. & ſic ſignificat metallum ductile ſiue tractabile. iij. Regũ. x. Fecitq; rex Salomon ducenta ſcuta de auro puriſſimo. rectius de auro ductili et tractabili.

שַׁחַל Leo.alij putant leopardum.trãſlatio noſtra uertit aſpidem.

p̃s.lxxi.Super aſpidẽ et baſiliſcũ ambulabis.ſic Iob.iiij.Rugitus leonis et uox leęnę.In lingua mgr̃or̃ eſt ſpecies noctuę.ſed nihil ad hũc locũ.

שְׁחִין Puſtula.ſcabies.ulceratio.lichenę.Exodi.ix.Erunt enim in ho minibus et iumẽtis ulcera et ueſicę turgẽtes in uniuerſa terra ægypti. Nota plagam qua terram noſtram percuſſit deus ab anno domini m.cccc.xcvij.uſq; in hunc diem et nondum finis.

שָׁחַס Quod ex radice primum pullulat per metatheſin ſamech & ſchin.ut.iiij.Regũ.xix.In ſecundo aũt anno quę ſponte naſcuntur.

שַׁחַת Tumor.tranſlatio noſtra uertit egeſtas. Deuterono.xxviij. Percutiat te dominus egeſtate.aliud ſignificatum uolucris genus quã larum uocat noſtra tranſlatio.Leuitici.xi.Et larum et accipitrem. he/ bręi quidam ardeam nominant.

שַׁחַץ Superbũ. ſuperbia.Iob.xli.Ipſe eſt rex ſup oẽs filios ſupbię.

שָׁחַק Contudit.Exodi.xxx.Cũq; intenuiſſimũ puluerem uniuerſa cõtuderis.aliud ſignificatũ nubes.p̃s.lxxxix.Quis in nubibus ęquabit dño.aliud ſignificatũ deriſit.luſit.illuſit.laſciuiuit.threnor̃.i.Et deriſe rũt ſabata eius.& Eccleſiaſtis.ij.Riſum putaui errorem.& eiuſdẽ.x. In riſu faciũt panẽ.et Iudicũ.xvi.Vt uocaret Sãſon et ante eos luderet.

שָׁחַר Nigreſcebat. denigratus eſt. obfuſcatus eſt.Iob.xxx. Cutis mea denigrata eſt ſuper me.Inde nomen Leuitici decimotertio.Et ca pillum nigrum.& Canticorum primo.Nigra ſum ſed formoſa. & ge/ minatur quandoq; ultima ſyllaba.ut in eodem. Nolite me cõſyderare q̃ fuſca ſim.ab hoc uerbo nominant artifices uitriolum. aliud ſignifi/ catum aurora.luciferus.matuta.mane. Geneſis triceſimoſecũdo.Ecce vir luctabatur cum eo uſq; mane. & infra. Iam enim aſcendit aurora. Inde iuuẽtus uel iuuenta nominat.quia ſicut ea eſt oĩbus animantibus in ortu,ſic ſenecta in occaſu.Eccleſiaſtis.xi.Aduleſcẽtia enĩ et uoluptas

vana ſunt.pro puericia et iuuenta.aliud ſignificatum quęrere. inueſtigare. inquirere. Prouerbiorum undecimo. Bene conſurgit diluculo qui quęrit bona. hebręi ſic. Quęrens bonum quęrit deſyderabile.ſic Iob ſeptimo.Et ſi mane me quęſieris non ſubſiſtam.

שָׁחַת Corrupit. putrefecit.diſſipauit.ſubuertit.perdidit.Geneſis ſexto.Corrupta eſt autem terra corām deo.& iterum.Cumq; uidiſſet deus terram eſſe corruptam.omnis quippe caro corruperat uiam ſuā. & Geneſis.xvij.Non delebo.i.non perdam ſeu ſubuertam. et eiuſdē decimonono.Quia delebit dominus ciuitatem hanc. & ſupra. Delebimus enim locum iſtum.et ſignificat inſtrumentū rumpendi et diruendi aliquod ædificium.Ezechielis nono.Et unuſquiſq; uas interfectionis habet in manu ſua.pro eo q̄ unuſquiſq; inſtrumentum euerſionis &c̄.Aliud ſignificatum fouea.pſalmo.xciij. Donec fodiatur peccatori fouea.ſed de illo ſupra notatum eſt in ſin ante vau. aliud ſignificatū laqueus.threnorꝝ.iij.Captus eſt in peccatis noſtris. pro laqueis nr̄is.

שָׁטָה Auertit.diuertit.Numeri quinto. Vir cuius uxor errauerit. pro diuerterit.et infra.Deſerto uiri thoro. interp̄tatio rhetorica plus quam grammatica more ſolito.ſic Prouerbiorum ſeptimo.Ne abſtrahatur in uiis tuis mens tua. de uerbo ad uerbum ſic. Ne diuertat ad uias eius cor tuum.Inde ſtultum dictum putant.

שָׁטַח Extendit.expandit.ſparſit.Ieremię octauo. Et expandent ea ad ſolem et lunam.& Numeri undecimo.Et ſiccauerunt eas per girū caſtrorum.pro quo rectius Nícolaus de lyra. & extenderunt eas.& hebraice quoq; ſic legitur. Et expanderunt ſibi expanſionem circum caſtra.ſic p̄s.lxxxvij.Expandí ad te manus meas.

שָׂטַם Odiuit.odio habuit.Geneſis.xxvij.Oderat autē Eſau Iacob. & eiuſdem.xlix.Inuiderunt̄q; illi habentes iacula.pro oderant.

שָׂטָן Impediuit. aduerſatus eſt. retraxit.detraxit.Zacharię tertio. Et ſatan ſtabat a dextris eius ut aduerſaretur ei. Inde detractor latine. gręce diabolus.hebraice ſatan.pſalmo centeſimonono. Pro eo ut me diligerent detrahebant mihi.

שָׁטַף Lauit.Leuitici decimoquinto.Non lotis ante manibus. hebraice sic.Manus suas non lauit aqua.& tertio Regum uicesimosecundo.Et lauerũt currum eius in piscina Samarię. Inde inundatio per sex puncta.Nahum primo.Et in diluuio prętereunte.

שָׁטַר Satelles.preco.executor.apparitor.caduceator.Deuteronomij decimosexto. Iudices et magistros constitues in omnibus portis tuis.pro quo rectius.Iudices et caduceatores siue lictores qui uirgas aut baculos gestant.

שַׁי Munus.donum.psalmo sexagesimooctauo. Tibi offerent reges munera.

שִׂיג Occupatio.negotium.tertio Regum decimooctauo. Forsitan loquitur aut in diuersorio est.pro uel meditatur uel negociatur.

שִׂיחַ Frutex.uirgultum.arbustum.Geneseos secundo.Et omne uirgultum agri.etplr Geneseos.xxi.Abiecit puerum subter unã arborem.

שִׁילֹה Messias.sic interpretatur Onkelus chaldęus Geneseos.xlix. Donec ueniat silo idest messias. aliud significatum silo.tertio Regum decimoquarto. Vade in silo ubi est Ahias propheta.

שִׁיר Ornamẽtũ.armilla.Isaię.iij.Et torques et monilia et armillas.

שַׁיִשׁ Marmor.i.Paralippomenon.xxix.Et marmor parium abundantissime.et abiicit iod quãdoqꝫ per syncopen. Ester.i. Smaragdino et pario stratum lapide.paulo ante per zere.Colũnis marmoreis.magistri hebręorum in lingua sua scholastica uidentur duas species marmoris in loquutione sua insinuare cũ dicunt de lapidibus saisa et marmora.& est simile q̃d nostra translatio dicit de pario et marmore.

שִׁית Spinę genus.Isaię septimo. Vepres enim et spinę erunt in uniuersa terra.

שָׁכַךְ Quieuit.cessauit.sedatus est.Ester,vij.Et ira regis quieuit.

שָׁכַב Iacuit.concubuit.dormiuit.Geneſis.xlvij.Sed dormiam cum patribus meis.& Eccleſiaſtis quarto.Et ſi dormierint duo fouebuntur mutuo.ideſt concubuerint.et eiuſdem ſecundo.Nec per noctem mente requieſcit. Inde lectus ſiue cubile ubi cubatur. pſalmo quarto. Et in cubilibus ueſtris compungimini. & Canticorum tertio. In lectulo meo per noctem quęſiui.et tranſumitur pro coęquare.ſcilicet quãdo quis rem aliquam facit iacere ad comparationem alterius. ſic ſecundo Regum octauo.Coęquans ea terrę.Item Exodi.xvi. Mane quoq; ros iacuit per circuitum caſtrorum. Omnia eius deriuata iacere ſignificãt & deſcendere.unde urceolus ſic dicitur ex quo deſcendit aqua ad lauandum manus.

שָׁכַח Imaginatus eſt.fabrefecit.inſigniuit.titulauit.Leuitici .xxvi. Nec inſignem lapidem ponetis in terra ueſtra.&pluraliter Numeri xxxiij.Confringite titulos.pro ſubuertite inſignia et ſpectacula fabrefacta in lapidibus. et ab imaginatione nominatur ſic cor hominis q̃d fingit.cogitat et imaginatur שֶׂכְוִי Iob.xxxviij. Quis dedit cordi intelligentiam.vocatur eo nomine alias gallus.et eum ſic magiſtri hebręorum nominant teſte rabi Simeon filio Lakiſch.

שָׁכַח Oblitus eſt.p̃s.lxxvij.Aut obliuiſcetur miſereri deus.& Iſaię xlix.Nunquid obliuiſci poteſt mulier infantem ſuum &c̃.& ſi illa oblita fuerit ego tamen non obliuiſcar tui.

שָׁכַל Orbatus fuit.abſq; liberis fuit.ſterilis fuit. Geñ.xlij. Ego aũt quaſi orbatus abſq; liberis ero.et eiuſdẽ.xlij. Abſq; liberis me eſſe feciſtis.& Geñ.xxxi.Oues tuę et caprę tuę ſteriles nõ fuerũt. aliud ſignificatum prępoſitione aleph botrus. Micheę. vij. Non eſt botrus ad comedendum.etpluraliter Canticorum.vij. Vbera tua botris.

שָׂכַל Nauauit.prudenter fecit.intellexit.i. Regum.xvij. Prudentius ſe regebat quam omnes uiri Saul. Inde uerbum graue. pſalmo.ij. Et nunc reges Intelligite.ideſt fiatis prudẽtes. et iterum.i. Regũ.xvij. Vidit itaq; Saul quod prudẽs eſſet nimis.et paulo ſuperius. In oĩbus quoq; uiis ſuis Dauid prudenter agebat. exponunt proſperabatur. quia qui prudens eſt et prouidens proſpere agit.Inde nomen per ſex

puncta et quandoqꝫ per quinqꝫ.ut pſalmo centeſimoundecimo.Intel lectus bonus omnibus facientibus ea.et intelligens. pſalmo quadrage ſimoprimo. Beatus qui intelligit.

שָׁכַם Mane ſurrexit.ſecundo Regum decimoquinto. Abſalom ma

ne conſurgens ſtabat in introitu portę. & illud mane quod eſt inclu ſum in uerbi ſignificatione aliquando etiam ei expreſſe connectitur. ut primo Regum primo. Et ſurrexerunt mane et adorauerunt coram domino Aliud ſignificatum humerus.ſcapula. Geneſis nono.pallium impoſuerunt humeris ſuis. & eiuſdem viceſimoquarto. Cum hydria quam portabat in ſcapula . aliud nomen proprium loci ſichem. Geñ. duodecimo. Vſqꝫ ad locum ſichem.aliud ſignificatum pars.portio.la tus. Geneſis.xlviij. Do tibi partem unam extra fratres tuos.

שָׁכַן Moratus eſt.habitauit.Exodi.xxv. Et habitabo in medio eo rum.& pſalmo decimoquinto.pro eo quod nos legimus. Aut quis re quieſcet in monte ſancto tuo . hebraica ueritas habet ſic. Et quis habi tabit in monte ſancto tuo.ſic etiam Hieronymus interpretatur.& Le uitici.xvi. In medio ſortium habitationis eorum . Inde tabernaculum in quo habitatur.pſalmo.lxxiiij. Tabernaculum nominis tui. Inde ui cinus qui prope habitat. Prouerbiorꝝ.xxvij. Melior eſt uicinus iuxta. aliud ſignificatum ſepelire. Nahum.iij. Sepelientur principes tui .& p̄s.vij. Et gloriam meam in puluerem deducat.pro ſepeliat.

שַׁכִּין Culter. Prouerbiorū.xxiij. Et ſtatue cultrum in gutture tuo.

שָׁכַר Inebriatus eſt. Iſaię.xxix. Inebriamini ſed non a uino.et Geñ.

ix. Bibenſqꝫ uinum inebriatus eſt. Inde nominaꝫ oīs potus qui inebria re poteſt ſicera. Leuitici.ix. Vinum et om̄e quod inebriare poteſt nō bibetis. Deute.xxix. Vinum et ſiceram non bibiſtis. aliud ſignificatum per prępoſitionem aleph munus.donum.pſalmo.lxxij. Reges ſaba & arabum dona adducent.

שָׂכַר Mercede conduxit. Deutero.xxiij. Quia conduxerūt contra

te balam filiū Beor. Inde merces.mercenarius.& ſtipendiarius. Gene ſis.xv. Ego merces tua nimis. Item Malachię.iij. Et qui calumniantur mercedem mercenarij.

שָׁלַל Rapuit.ſpoliauit.prędatus eſt.Ezechiel.xxix. Deprędabitur manibus eius et diripiet ſpolia eius.& erit merces exercitui illi.& Habacuk ſecundo.Quia tu ſpoliaſti gentes multas.

שֶׁלֶב Commiſſura.iunctura.Exodi.xxvi.Incaſtraturę fiant quibus tabula,alteri tabulę connectat. quod alias traduxit a plectēdo plectas et iuncturas.iij.Regū,vij. Inter iūcturas et inter coronulas et plectas. hebręorum magiſtri dicunt hoc nomen de ſcalarum gradibus.

שֶׁלֶג Nix.Ieremię.xviij.Nix libani.et.p̄s.li.Super niuē dealbabor. et ex hoc oritur uerbū quaſi liceret dicere a niue niuare. pſalmo.lxvij Niue dealbabor in zelmon.

שָׁלַח Fœlicitatus.proſperatus.fortunatus.beneficiatus eſt uel fuit. Ieremię.xij.Bene eſt omnibus qui pręuaricantur et inique agunt. pro fortunant̄ ſeu proſperant̄ omnes.Inde nomen Iob.xxi. Diues et fœlix aliud ſignificatum temeritas.error. imprudentia.ſecundo Regum vi. Et percuſſit eum ſuper temeritate.

שֶׁלְו Coturnix.p̄s.cv.Petierunt et uenit coturnix,&pluraliter Numeri.xi.Arreptas trans mare coturnices dedit.

שָׁלַח Miſit.p̄s.cv.Miſit ante eos uirum.& late inuenies hoc uerbū Exodi.iij.et.iiij.& Ezechiel.ij.Mitto ego te.et infra.Ecce manus miſſa ad me.Inde munus ſeu munera.Micheę.i. Dabit emiſſarios ſuper hęreditatem Geth. exponunt alij donationes uel dotes. ſic Exodi .xviij. Tulit Sephoram uxorem Moyſi quam remiſerat et duos filios eius. hebręi ſic. Et ſumpſit Iethro ſocer Moyſi Zephoram uxorem Moyſi poſt dotes eius etiam duos filios. & aliter p̄s.lxxviij. Immiſſiones per angelos malos ideſt plagam.aliud ſignificatum propagines. Iſaię.xvi. Propagines eius relictę ſunt.et ab his nominatur hortus plantatus.eo q̄ rami artificialiter tenduntur huc & illuc.Canticorum.iiij. Emiſſiones tuę paradiſus malorum punicorum.pro plantationes tuę.& puto q̄ ab irrigando plantationes hortorum prope Ieruſalem nominata ſit aqua Siloah.ut Nehemię tertio. Et muros piſcinę Siloeh in hortū

regis. & Isaię octauo. Abiecit populus iste aquas Siloeh quę uadunt cum silentio.aliud significatum gladius. Iob tricesimotertio. Vt non transeat in gladiū.aliud significatū cata paragogen nun litere. mensa. ps.xxiij.Parasti in conspectu meo mensam.

שָׁלַט Dominatus est.potestatem exercuit.pręfuit.Ecclesiastis.viij. Dominatur homo homini in malum suum.& in eo loco inuenies sępe dominium et potestatem ab hoc uocabulo deriuari et in fœminino. Ezechielis.xvi.Opera mulieris meretricis et procacis.pro meretricis & potētis atq; dominę.aliud significatum scutum siue armatura. Canticorum.iiij.Mille clypei pendent ex ea.omnis armatura fortiū. aliud significatum exuere.Iosue.v.Solue calceamentū de pedibus tuis.

שָׁלַךְ Proiecit. abiecit.iecit. threnorum secundo.Proiecit de cęlo terram. & Genesis.xxi. Abiecit puerum.Inde uerbum graue de quo multa deriuata eiusdem significationis. aliud significatum auis quam nostra translatio uertit mergulum.Leuitici undecimo. Mergulum et ibim.Item nominatur sic quędam porta in domo sanctuarij,quam nostra translatio licet improprie appellat portam ascensionis. primo Paralippomenon.xxvi.melius.cum porta proiectionis.

שָׁלַם Reddidit.retribuit.restituit.Exodi vicesimosecundo.Quinq; boues pro uno boue restituet. et psalmo tricesimoquinto Retribuebant mihi mala pro bonis.et Micheę septimo. Et iudex in reddendo est.et nomen psalmo nonogesimoprimo. Et retributionem peccatorum uidebis.aliud significatū complere.perficere.consummare.Geñ. decimoquinto.Necdum enim cōpletę sunt iniquitates ammorręorum usq; ad prędens tempus.aliud significatum integrū et probum.Genesis.xxxiiij. Viri isti pacifici sunt.rectius sic.Integri sunt et probi. Aliud significatum bene ualere.saluum esse atq; sanum. Geñ.xliij. Sanus ne est pater uester senex.aliud significatum pax. Isaię.lvij.Pacem pacē ei qui longe est et ei qui prope.et ps.xxxviij. Non est pax ossibus meis. Inde uerbum graue et ab eo pacare. pacificare. et cętera. Leuitici.iij. Hostia pacificorū.Inde legitur Canticorum.vi. Reuertere reuertere Sulamith,i.pacificata.non sunamithis ut mendosi codices habent

שַׂלְמָה Veſtimentum.ueſtis.Exodi.xxij.Et oue ac ueſtimento.& eſt metatheſis literarum,in eodem enim ſignificato inuenitur literis la med et mem tranſpoſitis.Deuteronomij octauo. Veſtimẽtum tuum nequaquam uetuſtate deficit.cętera obeliſco notantur.

שָׁלַח Expediuit. euaginauitExiuit. Iudicũ. ix. Euagina gladiũ tuũ et interfice me.et Ruth quarto.Soluebat homo calceamentum ſuum. Thargum hieroſolymitanum expedire exponit.

שָׁלֹשׁ Tres. tria. Exodi.xxiij. Tribus uicibus per ſingulos annos mihi feſta celebrabitis. & ab eo multa ueniunt deriuata tam cardinalium quam ordinalium numerorum. uide infra in arte grammatica de nominibus numeralibus.

שֵׁם Nomen.Geneſis.ij.Nomen uni phiſon. aliud ſignificatum illic uel illuc uł ibi. Eccleſiaſtis primo.Et ad locum ſuum reuertitur ibi.ſub eiſdem literis ſignificãtur etiam alio nomine cęli uel cęlum. Geneſis.i. In principio creauit deus cęlum et terram. et non reperitur in numero ſingulari.

שָׁמַם Perdidit.deuaſtauit.deſolauit.deſeruit.threnorum.v. Propter montem ſion quia diſperiit.et eiuſdẽ.i.Facti ſunt filij mei perditi. & infra ca.iij.Poſuit me deſolatam.& ſępe abiicit unum mem. Ieremię .ij.Obſtupeſcite cęli ſuper hoc.pro deſolamini et pereatis. et iterũ geminato mem.Ezechielis.xij. Terraq; deſerta. Inde nomen Ioelis.iij. ægyptus in deſolationem erit. &pluraliter Danielis.ix.Et poſt finem belli ſtatuta deſolatio.& per mem cata protheſin.quando autem idẽ vocabulũ in hoc ſignificato inuenies,uidebis illud per dagges in uentre mem notari ad denotandum alterius mem defectum.

שְׁמָמִית Stellio. Prouerbiorũ.xxx.Stellio manibus nititur.rabi Ionas putat hirundinem eſſe quę nidificat in domibus regũ. noſtri hebręi uocant araneam.et ſic in ſermone magiſtrorum eſt in uſu.

שָׁמַר Diſſipauit.deleuit.attriuit.contriuit. Ezechiel.xxxij. Et diſſi

pabitur multitudo eius.et Prouer.xiiij.Domus impiorꝝ delebitur.et Isaię.xlviij.Nõn fuisset attritũ nomẽ eius a facie mea.Inde uerbũ graue Ezechielis.xiij.Et delebo eum de medio populi mei Israel.

שָׂמַח Lętatus est.gauisus fuit.ps.cv.Lętata est ægyptus in profectione eorum. & Prouerbiorum. xi. Lętare iuuenis in adulescentia tua.Inde nomen.Isaię.lv.In lętitia egrediemini.

שָׁמַט Remisit. declinauit.ij Regũ.vi.Calcitrabant boues et declinauerũt eam.hebraice sic.Quoniã declinauerũt seu remiserũt boues. & ps.cxli.Absorpti sunt iuncti petrę iudices eorꝝ. nescio quid translatio hęc blacterat. sed hebraica ueritas sic habet. quoniam declinauerunt propter petrã iudices eorũ.q̃d magistri quidam hebrꝝ de Moyse et Aaron iudicibus filiorꝝ Israel intelligunt.qui ꝓpter petram declinauerũt a fide.Beatus uero Augustinus hũc uersum de Aristotele intelligens.nescio quo somnio motus,scribit eum tremere apud inferos.Tu uero memento uerborum dei Exodi.xxxiij.

וְחַנֹּתִי אֶת אֲשֶׁר אָחוֹן וְרִחַמְתִּי אֶת אֲשֶׁר אֲרַחֵם׃

verbum e uerbo sic. Miserebor cui miserebor.et ignoscam cui ignoscam.Iuxta nostram autem translationem. & miserebor cui uoluero. et clemens ero in quem mihi placuerit.ab hoc uerbo dicitur remissio. Deuteronomij.xv.Septimo anno facies remissionem.

שִׂמְלָה Tegumentum. opertorium .nostra translatio uertit pallium.Iudicum quarto.Et opertus ab ea pallio,

שְׂמֹאל Per epenthesin aleph pro vau siniſtra.Iob.xxiij.Si ad siniſtrã quid agam non apprehendam eum.sic.ij.Regum.xvi. A dextero et a siniſtro eius. Inuenitur etiam sine aleph.ij.Regum.xiiij. Domine mi rex nec̃ ad dexteram nec̃ ad siniſtram.& quamuis impressi quidam libri habeant aleph.tamen antiquissima uolumina scripta monstrant defectũ aleph sicut et massora indicat.et rabi Dauid kimhi eo in loco ita canonizat.aliud significatũ per paragogẽ he finalis uestimentũ seu uestis per metathesin lamed et mem.de q̃ paulo superius scripsimus.

שֶׁמֶן Pinguedo.oleum.ungentum.Leuitici.xxiiij. Vt afferant tibi oleum de oliuis puriſſimis. ſimiliter Exodi.xxvij. Oleū de arboribus oliuarum puriſſimū.& p̄s.cxxxiij. Sicut ungentum optimū in capite. &pluraliter Canticorū.i. Fragrantia ungentis optimis.Geñ.xxvij.Et de pinguedine terrę.ſignificat etiam uerbaliter abſolute pingueſcere. incraſſari.Deute.xxxij.Incraſſatus eſt dilectus. et infra. Impinguatus dilatatus.& Nehemię.ix.Et ſaturati et īpinguati ſunt.ſic q̄q̄ tranſitiue ſignificat vngere. oblinere. obturare ungēto ſeu pingui aruina.Iſa.vi. Excęca cor ppli huius.p inunge et obline ſiue obtura pingui aruina. aliud ſignificatum numeri. octo.iiij. Regū.xxij. Octo annorum erat Ioſias.& Geñ.xvi.Octoginta et ſex annorum erat Abraham.

שָׁמַע Audiuit.Geñ.xxxiiij. Quod cū audiſſet Iacob.pro Et Iacob audiuit.Inde rumor et fama.ſiue auditio.Ieremię.l.Audiuit rex babylonis famam eorum.& Ieremię.li. Veniet in anno auditio.

שָׁמִיר Inſinuans.portēdens.innuens.pauxillum.breue.diminutū. Iob.iiij.Porro ad me dictum eſt uerbum abſconditū.pro portendens aut innuens aliquid. aliud ſignificatū. nota.infamia.ut eiuſdem.xxvi. Et cum uix paruam ſtillam ſermonis eius audierimus.pro et quam notabilem ſeu famoſam rem audiuimus in eo.ſic Exodi.xxxij.Propter ignominiam ſordis.

שָׁמַר Seruauit.cuſtodiuit.obſeruauit.Geñ.xxxvij.Pater uero rem tacitus conſyderabat.et eiuſdem.xxvij. Et cuſtodierit me in uia.Inde nomen Iſaię.xxi.Cuſtos quid denocte.cuſtos quid denocte. dixit cuſtos.et Geneſis.xlij.Et tradidit illos cuſtodię.aliud ſignificatum proximum huic cauere.prę monitum eſſe,Iſaię ſeptimo.Vide ut ſileas.ideſt caue.aliud ſignificatum adamas ſiue ſmerillus quo perforantur lapides precioſi atq̄ gemmę. Zacharię ſeptimo. Et cor ſuum poſuerunt ut adamātem.aliud ſignificatum fęx.xlviij.Et requieuit in fęcibus ſuis. aliud ſignificatum ſpina ideſt quoddam genus ſpinę. Iſaię ſeptimo. Et in ſpinas et in uepres erunt.

שֶׁמֶשׁ Sol. Habacuk tertio. Sol et luna ſteterunt.non ponitur &

coniunctio.ſed punctus pro articulo ſic. Sol.luna. ſteterunt. Aliud ſignificatum feneſtra per quam ſol domum irradiat.noſtra tranſlatio habet propugnaculum. Iſaię quinquageſimoquarto.Et ponam iaſpidem propugnacula tua.

שֵׁן Dens. Exodi uiceſimoprimo.Dentem pro dente.& Canticorū quarto. Dentes tui ſicut greges tonſarum.Inde dentes elephantum dicuntur.ſic ebur.tertio Regum decimo. Thronum de ebore grandē. aliud ſignificatū Color rubicūdus atq; coccineus. uulgo dicit carmeſinus.Exodi triceſimonono.Purpura coccoq; biſtincto. vbi iod finale abūdat.ſed plurale accipit im.Iſaię.i.Si fuerint peccata ūra ut coccinū.

שִׁנְהַבִּים Dentes elephantum.tertio Regum decimo.

שָׁנַן Acuit.pſalmo.cxl.Acuerunt linguas ſuas ſicut ſerpentes. & nomen Iſaię quinto.Sagittę eius acutę.aliud ſignificatum iterare. repetere.recitare.tranſlatio noſtra uertit narrare. Deuteronomij ſexto. Et narrabis ea filiis tuis.

שָׂנָא Odiuit. Geneſis uiceſimoſexto.Ad hominem quem odiſtis. & pſalmo xliij.Et odientes nos confudiſti.Inde nomen. pſalmo viceſimoquarto .Et odio iniquo oderunt me .ſimiliter Prouerbiorum octauo.Timor dei odit malum.pro odium mali.

שְׁנַב Prępoſitione aleph. valua. feneſtra. tranſlatio noſtra uertit cœnaculum.Iudicum quinto.Per feneſtram proſpiciens ululabat mater & de cœnaculo loquebatur.

שָׁנָה Cōmutauit.mutauit.alterauit.reiterauit.abſolute. Malachiæ tertio.Ego dominus et non mutor.& inuenitur aleph loco he. ut threnorum quarto.Mutatus eſt color optimus.& nota quod ſin ita ſcribitur per punctum dexterum.Anterius enim uerbum ſcribitur per ſin ſiniſtrum.item tranſitiue quarto Regum viceſimoquinto. Et mutauit veſtes eius. Aliud ſignificatum ſecundus.alter. Geneſis primo. Dies ſecundus.Item aduerbialiter ſecundo.Geneſis viceſimoſecundo. Vo-

cauitq; angelus domini Abraham ſecundo. Item duo. ambo. uterq;. Geneſis ſecūdo. Erat autem uterq; nudus. et Exodi triceſimoquarto. Pręcide tibi duas tabulas. et recipit terminationem im pluralis nume ri. Deuteronomĩ decimoſeptimo. In ore duorum uel trium. Item ſignificat bis. Eſter ſecundo. Et quę intrauerat ueſpere egrediebatur mane atq; inde in ſecundas ędes ducebantur. rectius uerbum e uerbo ſic. Veſpere ipſa abiit et mane ipſa rediit ad domum mulierum bis. inde alter ſiue duplex. Geneſis quadrageſimotertio. Pecuniamq; du plicem ferte uobiſcum. aliud ſignificatū annus. Numeri decimoquar to. Dies pro anno dies pro anno erit. fortaſſe a ſuperiore ſic dictus q̄d ſolis curſus reiteratur ut antea. & mutatur he finale in thau etiam in abſoluta conſtructione. ut Danielis primo. Fuit autem Daniel uſq; ad annum primum Cyri regis. nam alias regulariter in regimine geni tiui mutatur ſemper he in than. ut Iſaię triceſimoquarto. Annus retri butionis iudicĩ ſion. & declinat in utroq; genere. In maſculino. Geñ. xxix. Iacob pro Rachel ſeptē annis. & Geneſis viceſimotertio. Vixit autem Sara. cxxvĩj. annis. cui ſententię aſteriſco addendum eſt. Anni Sara. In fœmĩno autem pſalmo nonageſimo. Annis quibus uidimus mala. & in eodem. Dies annorum noſtrorū in ipſis, ſeptuaginta anni. aliud ſignificatum duplicare. reiterare. ſecundo facere. tertio Regum decimooctauo. Etiam ſecundo hoc facite qui cum feciſſent ſecundo. de uerbo ad uerbum ſic. Et dixit reiterare et reiterarunt.

שָׁנַם Accinxit. tertio Regum decimooctauo. Accinctiſq; lumbis currebat ante Achab. rectius ſic. Et accinxit lumbos. et currebat

שָׁסַס Deſpexit. vilipendit. conculcauit. tranſlatio noſtra legit diri puit. pſalmo. lxxxix. Diripuerunt eum omnes tranſeuntes uiam. ſed hoc eſt a uerbo proximo ſequenti.

שָׁסָה Diripuit. Oſeę. xiĩj. Ipſe diripiet theſaurum omnis uaſis deſy derabilis. & primo Regum. xxiĩj. Ecce philiſtim oppugnant keila et diripiunt areas. Aſſumit quandoq; aleph loco vau et quandoq; ſin loco ſamech. cętera exquire.

שָׁסַע Fidit. diuiſit. Deutero no. xiiĩj. Omne animal quod in duas

שנים. Ann

שנה

partes findit ungulam.& Leuitici primo. Confringetq; aſcellas eius. hebraice ſic.Et findet eam in alis ſeu pennis ſuis.hoc eſt findat pennas in ſummitate earum.

שִׁסַּת Concidit in fruſta.i.Regũ.xv.Et in fruſta cõcidit eũ Samuel.

שָׁעָה Aſpexit. reſpexit. Geñ.iiij. Et reſpexit dominus ad Abel & ad munera eius.ad Cain autem et ad munera illius non reſpexit. aliud ſignificatum uertere. aduertere. animaduertere. Iſaię.xvij. In die illa inclinabitur homo ad factorem ſuum. et non inclinabitur ad altaria quę fecerunt manus eius.pro uertet ſe homo ad deum et non ad altaria.& Exodi quinto. Et nõ acquieſcant urbis mendacibus.pro et non animaduertant uerba mendacij.aliud ſignificatum caligare.obduci caligine.cęcutire..Iſaię.xxxij.Non caligabunt oculi uidentium. multi ab hoc uerbo intelligunt uerſiculum Iſaię.vi.Et oculos eius claude ne forte uideat oculis ſuis.aliud ſignificatum enarrare.deſcribere. enumerare. tranſlatio noſtra meditari uertit. pſalmo centeſimodecimonono. Et meditabor in iuſtificationibus tuis ſemper.& per reduplicationem uocabuli in eodem. & lex tua meditatio mea eſt.Hieronymus uertit delectatio. ſic ibi in iuſtificationibus tuis meditabor. uerbũ hithpaal. Aliud ſignificatum hora.Danielis quarto. Cœpit ĩtra ſe tacitus cogitare quaſi una hora.

שַׁעֲטָה Inceſſus.greſſus.calcatio.Ieremię.xlvij.A ſtrepitu pompę annorę.rectius ſic.a ſonitu calcationis ungularum equorum eius.

שַׁעַטְנֵז Veſtis lanea et linea. Deuteronomij uiceſimoſecundo. Veſtimento quod ex lana et lino contextum eſt.

שַׁעַל Pugillus.Iſaię quadrageſimo.Quis menſus eſt pugillo aquas. aliud ſignificatum vulpes. pſalmo ſexageſimotertio.Partes uulpium erunt .& Canticorum ſecundo,Capite nobis uulpes uulpes paruas.

שָׁעַן Accubuit.appodiauit.innixus.ſuffultus eſt. Numeri uiceſimo primo.Et recumberent in finibus moabitarum. et Iſaię quinquageſimo.Et innitatur ſuper deum ſuum.pro accumbat in deo. Inde dicitur Iſaię.iij.validum et fortẽ omne robur panis et oñe robur aquę.ideſt fulcimentum et ſuſtentatio ſeu ſuſtentaculum.

שְׂעָה Occulta machinatio. cogitatio. noſtra tranſlatio horrorem vertit. Iob quarto. In horrore uiſionis nocturnę. ideſt in ſecreta cogitatione. Inde cogitabundus et machinator mali. pſalmo centeſimodecimonono. Iniquos odio habui. Hieronymus tumultuoſos. rabi Salomon cogitabundos quos greci κρυφιους uocant. i. diſſimilatores.

שַׂעַר Modius. menſura. Geneſis viceſimoſexto. Seuit autem Ishac in terra illa et inuenit in ipſo anno centuplum, pro centum modios ſiue coros. aliud ſignificatum turpitudo. mala mens. malus animus. & praua cogitatio. Ieremię viceſimotertio. Et in prophetis Ieruſalem uidi ſimilitudinem adulterantium. rectius ſecundum Nicolaum de lyra turpitudinem adulterij. aliud ſignificatum porta. quarto Regum ſeptimo. Iuxta introitum portę. & pluraliter pſalmo octogeſimoſeptimo. Diligit dominus portas ſion. & etiam oppida. aliud ſignificatum hordeum. Exodi nono. Quia hordeum lęſum eſt. & pluraliter maſculine. quarto Regum ſeptimo. Duo modij hordei ſtatere uno.

שָׂעַר Metuit. coluit. reueritus eſt. Deuteronomij triceſimoſecūdo. Quos non coluerunt patres eorum. & Ezechielis ſecundo. Et reges eorum horrore nimio formidabunt ſuper te. Aliud ſignificatum hircus. Leuitici quarto. Hircum de capris immaculatū. aliud ſignificatū crinis. pilus. capillus. Canticorum ſexto. Capilli tui ſicut grex caprarū. Iſaię ſeptimo. Caput et pilos pedum. & pſalmo. lxviij. Verticē capilli. & quarto Regum primo. Vir piloſus. rectius ſic. homo tenens pilos. Inde piloſus. hiſpidus. hirſutus. ultima per hirek. Geneſis. xxvij. Noſti q̄ Eſau frater meus homo piloſus ſit. aliud ſignificatum dęmones. fauni. ſatyri. fatuelli. Iſaię decimotertio. Et piloſi ſaltabunt ibi. quod intelligitur teſtante Hieronymo in commentariis. de dęmonibus. & dicit rabi Abraham quod iccirco ſic uocentur dęmones quia et phantaſmate ſuo faciant horripilare homines, et appareāt etiam uidentibus hirſuti. de quibus philoſophiſſimi cabaliſtę ſincere ſcripſerunt in arbore decem numerationum. & uir ſupra modum doctus rabi Moyſes Gerundenſis memoriæ tradidit ſuper uerſu Leuitici decimo ſeptimo. Et nequaquam ultra imolabunt hoſtias ſuas dæmonibus vbi ponitur pręſens uocabulum. inde portentum. monſtrum. Ieremię

v.Stupor et mirabilia facta ſunt in terra.

שְׁפִיפֹן Serpens.ceraſtes. Geneſis.xlix. Ceraſtes in ſemita.

שָׁפַח Feſtinauit.Numeri.xxiij.Cumq; abiiſſet uelociter.aliud ele uauit.Iſaię decimotertio. Super mõtem caliginoſum eleuate ſignum. pro monte eleuato.ſic eiuſdem quadrageſimoprimo. Aperiam in ſupinis collibus flumina. pro excelſis et eleuatis.ſignificat etiam ollam ponere ſuper tripodem.

שָׂפָה Labium.Sophonię tertio.Quia tunc reddam populis labiũ electum.& ſignificat extremitatem atq; oram. tertio Regũ ſeptimo. A labio uſq; ad labium rotundum in circuitu.Item ripam uel litus.Geneſis.xli.In ipſa amnis ripa. & tranſumitur pro lingua.ut Geneſis.xi. Erat autem terra labij unius.

שִׁפְחָה Ancillauit.pſalmo centeſimouiceſimotertio. Sicut oculi ancillę in manibus dñę ſuę.etpluraliter Ioelis ſecũdo.Sed et ſuper ſeruos meos et ancillas meas.Inde proſapia et familia. Leuitici uiceſimoquinto. Vnuſquiſq; rediet ad familiam priſtinam.Geneſis quarto. De cognatione mea et de domo patris mei.& ſic gẽtem ſignificat. Zacharię xv.De familiis terrę ad Ieruſalem. aliud ſignificatum decaluare.Iſaiæ tertio.Decaluabit dñs uerticẽ filiarũ ſion. & per ſamech qñq; ſcribit.

שָׁפַט Iudicauit.ſecundo Regum.xvij.Iudicauit enim pro te dominus hodie.inde iudicium. Deuteronomij.xxvij. Maledictus qui peruertit iudiciũ. ſignificat etiã exemplar. formã. figurã.regulam.modũ. ingenium.Exodi.xxvi.Iuxta exemplar quod tibi in monte monſtratũ eſt.& quarto Regum primo.Cuius figurę et habitus eſt uir.

שָׁפַךְ Euertit.fudit.effudit.iiij.Regum.xxi.Sanguinem innocentẽ fudit. et Geneſis nono. Quicumq; effuderit humanum ſanguinem fundetur ſanguis illius.

שָׁפַל Demiſit.humiliauit.pſalmo.lxxv.Hunc humiliat et hunc exaltat.& pſalmo.xviij.Et oculos ſuperborum humiliabis.Inde nomen. ſecundo Regum ſexto.Et ero humilis in oculis meis.

שְׂפַם Mandibula ſuperior ſiue labrũ ſuperius. Ezechiel. xxiiij. Nec amictu ora uelabis. uerbũ e ẏbo. Et nõ circũuolues ſup labrũ ſupius.

שְׂפֵן Chœrogylius. echinus. ericius. Leuitici. xi. Chœrogylius qui ruminat. quod mendoſi codices habent cyrogrillus. et pſalmo. ciiij. Petrę refugium erinaciis,

שִׂפְעָה Abundantia. multitudo. copia. Deuteronomij. xxxiij. Quia inundationem maris quaſi lac ſugent.

שָׂפַק Suffecit. ſatiſſuit. tertio Regum uicesimo. Si ſuffecerit puluis Samarię. et ſępe inuenitur ſcriptum per ſamech.

שָׂפַר Pulcher. ſpecioſus. prędarus. p̃s. xvi. Etenĩ hędreditas p̃clara eſt mihi. aliud ſignificatum tuba. cornu. p̃s. xlvij. Dñs in uoce tubę. et p̃s. xcviij. In tubis ductilibus et uoce tubę corneę. Inuenitur ſignificare fruſtum carnis per prępoſitionem aleph.

שָׂפַת Poſuit. repoſuit. auxit. Iſaię. xxvi. Dñe dabis pacẽ nobis. uel ſecundũ. lxx. da pacẽ nobis. ꝓ auge pacẽ. & p̃s. xxij. Et in puluerẽ mortis deduxiſti me. ꝓ repoſuiſti me ac ſedere feciſti. Hier. vero traduxit. detraxiſti me. ſed nõ cõuenit linguę ꝓprietati, ut ꝓbatur Ezechielis xxiij. Pone ollã pone inquã. et a ponẽdo ſic dicũt limites. p̃s. lxvij. Si dormiatis int medios cleros. hier. termĩos. hebręi limites ſiue marcas.

שִׂצָּה Momentum. ſubitaneum. breue. Iſaię. liij. In momento indignationis abſcondi faciem meam a te. idem cum prędedenti. et uocat in rhetorica ταυτολογια.

שַׂק Saccus. cilicium. iij. Regum. xix. Et opertus eſt ſacco. & Iſaię. ij. Pro faſcia pectorali cilicium. & Geneſis. xlij. Apertoq; unus ſacco.

שָׂקַק Fremuit. rugiuit. Prouerbiorum. xxvij. Leo rugiens et urſus eſuriens. alij exponunt uagari. incedere. et uagabundũ eſſe. Ioelis. ij. Vrbem ingredient. alij eſurire et inanem eſſe. alij ferocẽ et cupidũ.

שָׁקַד Curauit.uigilauit.p̄s.cxxvij. Niſi dominus cuſtodierit ciuita

tem fruſtra uigilat qui cuſtodit eam.uerbum e uerbo ſic.In uanum ui/
gilauit cuſtos. aliud ſignificatum amigdalus. Eccleſiaſtis.xij. Florebit
amigdalus.etpluralit̄ Numeri.xvij. Qui foliis dilatatis in amigdalos
deformati ſunt.

שָׁקַד Notauit.punctauit.iniunxit.aſcripſit.tranſlatio noſtra inter/

pretatur ſecundum pręcedens uerbum uigilauit.threnorum primo.
Vigilauit iugum iniquitatum mearum.

שָׁקָה Irrigauit.potauit.Ioelis.iij.Et irrigabit torrentem ſpinarum.

& eiuſdem.ij.Et redundabunt torcularia uino et oleo. & Geñ.xxiiij.
Nam et camelis tuis hauriam. & in eodem. Et dedit ei potum.Inde
pincerna.Geneſis.xli.Magiſter pincernarum.

שָׁקַט Quieuit. ſiluit. ocio uacauit. Iſaię.xiiij. Conquieuit et ſiluit

omnis terra.& Ioſue undecimo. Quieuitq; terra a pręliis. Ezechielis
xvi.Et quieſcam et non iraſcar.et paulo inferius. Et ocium eius.

שָׁקַל Librauit.ponderauit.Iſaię.xl.Et librauit in pondere montes.

Inde ſiclus menſura ponderis.Leuitici.xxvij.Siclus xx obolos habet.
Inde pondus.prępoſitione mem literę.Leuitici.xix. In iudicio. in re/
gula . in pondere& menſura.
שָׁקַם Surrexit.Iudicū.v.Donec ſurgeret debora.ſurgeret mater in

Iſrael . aliud ſignificatū ſycomorus.Amos.vij.vellicans ſycomoros.
שָׁקַע Abſorpſit. ꝑfundauit.demerſit.Amos.viij.Et defluet q̄ſi ri/

uus ęgypti.ꝑ demergeť.Nūeri.xi.et abſorptus ẽ ignis.ꝑ demerſus ẽ.
שָׁקַף Tendit.protendit.reſpicit.Numeri.xxi. Quod reſpicit cōtra

deſertū.et p̄s.lxxxv.Iuſticia de cęlo proſpexit.aliud ſignificatū ſuperli
minare .eoq; protendať.Exodi.xij. Superliminare et utrūq; poſtem.
שָׁקַץ Abominatus et deteſtatus eſt.ſpreuit.abhorruit.deſpexit.p̄s.

xxij. Quoniam non ſpreuit neq; deſpexit deprecationem pauperis.
Deuteronomij ſeptimo.Quaſi ſpurciciem deteſtaberis. Inde nomen

abominabile.execrabile.Leuitici undecimo.Abominabile erit uobis.

שֶׁקֶר Mentitus est.negauit.Isaię sexagesimotertio.Filij non negan tur.Inde nomen mendacium.falsum.Prouerbiorum decimooctauo. profert autem mendacium dolosus testis.& Exodi vicesimo.Non lo/ quaris contra proximum tuum falsum testimonium.& psalmo septi mo.Et peperit iniquitatem.& psalmo centesimoviceſimo.Domine li bera animã meam a labiis iniquis.idest falsis et mendacibus.significat etiã gratis.frustra.inuanũ.i.Regũ.xxv.Vere frustra seruaui omnia.

שִׁקּוּר Literis appẽsilibus additis,significat.gesticulationes.nutus. figmenta.seu effictiones.Isaię tertio.Et nutibus oculorum ibant.

שֹׁרֶר Vmbilicus.Canticorum septimo.Vmbilicus tuus sicut cra/ ter tornatilis.& Ezechielis decimosexto.Non est prẽcisus umbilicus tuus.et res litera daggessatur propter defectum alterius res literę.& in alia forma Iob quadragesimo.Et uirtus eius in umbilico uẽtris eius: aliud significatum prauus et machinator mali.et iniuriator.Deutero/ nomij.xxix.Et ambulabo in prauitate cordis mei.& Ieremię tertio. Post prauitatem cordis sui pessimi.

שָׂרַר Dominatus est.prẽfuit.principauit.Numeri.xvi.Nisi et do minatus fueris nostri.Inde princeps.magister.prẽfectus.iiij.Regum primo.Misitq; quinquagenarium prĩcipem.et Genesis.xli.Magister pincernarum.item magistrum pistorum.item principis militum.per apocopen ultimę literę res.Inde Sara.quia domina.

שָׁרָב Aridum.siccum.desertum.æstus.Isaię.xlix.Non percutiet eos æstus et sol.& eiusdem.xxxv.Et quę erat arida in stagnum.

שַׁרְבִיט Sceptrum.baculus.uirga.Ester quarto.Rex auream uir/ gam ad eum tetenderit.

שָׂרַג Perplexus est.irretitus est.Iob.xl.Nerui testiculorum eius perplexi sunt.& quia uites perplectunt propaginibus,iccirco denomi nant ab eo ,ppagines.Geñ.xl.Vitem in qua erant tres propagines.

שָׁרַד Superſtes fuit.reliquus erat.Ioſue.xij.qui Iſrael effugere po
tuerunt ingreſſi ſunt ciuitates munitas.verbum e uerbo ſic. Et reliqui
ſuperfuerant ex eis et uenerunt in ciuitates munitas. & eiuſdē.viij. Ita
ut nullus de tanta multitudine ſaluaretur.uerbum e uerbo ſic. Vt non
relinqueretur ſuperſtes & euaſor.

שָׂרָה Saturauit.ſatiauit.Ieremię.xv.Si non reliquię tuę in bonum.
rabi Ioſeph kimhi exponit. Si non ſatiaui te bonis.tāetſi poſſit a ſupe-
riore uerbo deriuari q̄d ſignificat reliquias, ut in ſchin ante aleph ſcri
pſimus.aliud ſignificatū campus.planicies.rus.Canticorū.ij. Ego flos
campi.aliud ſignificatū lorica.i. Regū.xvij. Lorica hamata induebaṫ.

שָׂרָה Conſeruit manum.conflixit.Geñ.xxxij.S i contra deum for-
tis fuiſti.ideſt conflixiſti cum deo. ſic Oſeę.xij. Et in fortitudine ſua di
rectus eſt cum angelo pro conflixit.

שָׂרַט Lacerauit.concidit.ſcidit.inſcidit. Zacharię.xij. Conciſione
lacerabunt.& Leuitici.xix.Super mortuo nō incidetis carnes ueſtras.
pro inciſionem dabitis. ſcribitur enim ſex pūctis eo loci.& eiuſdē.xxi.
Neq̄ in carnibus ſuis facient inſciſſuras.

שְׂרָד Corigia. Geñ.xiiij. Vſq̄ ad corigiam caligę.& Iſaię.v. Nec
rumpetur corigia calceamenti eius.

שֶׂרַע Membrum monſtroſum plus iuſto. Leuitici.xxi. Si uel par
uo uel grandi.

שָׂרַף Succendit.combuſſit.exuſſit.ardere fecit.iiij.Regū.xxiij.Suc
cendit etiam lucum.et infra.Et combuſſit ea ſuper altare.& ab ardore
dicitur ſerpens ęneus quem fecerat. Moyſes in deſerto. Numeri.xxi.
Fac ſerpentem ęneum.& paulo ſuperius. Miſit dominus in populum
ignitos ſerpentes. Item ſignificantur ſic angeli ardentes quos nos ſera
phim appellamus.

שִׂרְעָה Cogitatioet mentis inſtitutio.p̄s.cxxxix.Et cognoſce ſemi

tas meas.Hieronymus rectius.Et ſcuto cogitationes meas.

שָׁרַץ Motare.et mobilitare animantia.Geñ.i.Animam uiuentem atq; motabilem quã produxerant aquę. pro quam mouerũt aquę.ſiſr ibidem.Producant aquę reptile.pro.moueri faciant aquę reptile.

שָׁרַק Sibilauit.Iſaię.v.Et ſibilabit ad eum de finibus trę.et threnorz ij.Sibilauerunt et mouerũt capita ſua.et Iſaię.vij.Sibilabit dñs muſcę.

שֹׂרֵק Pampinus.tranſlatio noſtra uertit uineam. Ieremię.ij. Ego autem plantaui te uineam electam.et Geñ.xlix.Ligãs ad uineam pullum ſuum et ad uitem fili mi aſinam ſuam.pro ligans ad uitem pullum ſuum et ad pampinum aſinam ſuam . aliud ſignificatum ſpadix color. Zacharię primo.Equi rufi uarij et albi.

שֹׁרֶשׁ Radix. Iſaię.liij. Et ſicut radix de terra ſitienti. Inde uerbum radicare.Ieremię.xij.Plantaſti eos et radicem miſerunt. pro radicauerunt.et pſalmo.lxxx.Plantaſti radices eius.uerius ſic. radicaſti radices eius.ſignificat et per contrarium eradicare.extirpare.delere.Iudicum quinto.Ex Ephraim deleuit eos.

שַׁרְשְׁרוֹת Catenę.Exodi.xxviij.Catenas ſibiinuicem coherẽtes.

שָׁרַת Miniſtrauit.Numeri octauo.Eruntq; miniſtri fratrum ſuorum. & primo Regum.ij. Samuel autem miniſtrabat ante faciem domini.et cum ſin ſiniſtro ſignificat ſartaginem.

שֵׁת Dorſum.tranſlatio noſtra habet nates.ſecundo Regũ decimo. Veſtes eorum medias uſq; ad nates.

שָׁתָה Bibit.Exodi.xxxiiij. Panem non comedit et aquam nõ bibit. et perdit ſępe literam he.ut Geneſis nono.Bibenſq; uinum inebriatus eſt.pro.& bibit uinum. Inde ſympoſium.conbibitio.conpotatio.conuiuium. Eſter primo.Fecerat grande conuiuiũ principibus ſuis. aliud ſignificatum ſtamen.Leuitici.xiij.In ſtamine atq; ſubtegmine.

שָׁתַל Plantauit.Ezechielis.xvij.Et plantabo ſuper montem excel-

sum. In monte sublimi Israel plantabo illud. & passiue psalmo primo. Sicut lignū q̄d plantatum est. Inde plantatio et planta et surculus &c̄.

שִׁתֵּם Apertus. Numeri. xxiiij. Dixit homo cui obturatus est oculus. quod rabi Dauid kimhi et rabi Salomon exponunt aperto oculo.

שִׁתֵּן Minxit. primo Regum. xxv. Si reliquero de omnibus q̄ę ad ipsum pertinent usq; mane mingentem ad parietem.

שָׁתַק Quieuit. resedit. sedatum. pacatum. compescitum est. Ionę. i. Quid faciemus tibi et cessabit mare a nobis.

תָּא על בל אש אשר עליו הצו אל צגשו

Halamus ædificiorum.exedra.Ezechielis.xl. Et thalamum uno t calamo in longum et uno calamo in latum.et inter thalamos quinq; cubitos.

תָּאַב Appetiuit. desyderauit. concupiuit.p̄s.cxix. Ecce concupiui mandata tua.& in eodem.Concupiuit anima mea desyderare iustificationes tuas. Aliud significatū per contrarium.detestari. abominari. Amos sexto.Detestor ego superbiam Iacob.

תָּאַה Circumscripsit.circumduxit. circūlimitauit. Numeri.xxxiiij. A mari magno termini incipiunt peruenientes ad montem altissimū. verbum e uerbo sic.A mari magno limitabitis uobis hor montem. & infra.Inde metabuntur fines.pro faeietis circūscribi seu limitari fines. aliud significatū mutando he in vau.oryx. Deuteronomij.xiiij. Orygem camelopardalim.

תֹּאם Gemellus.didymus,Geñ.xxxviij.Apparuerūt gemini in utero.& Canticorū.iiij.Sicut duo hinnuli capreę gemelli. & inde uerbū ut in eodem loco.Omnes gemellis fœtibus. pro om̄es congeminatę. Male igitur apostolum Thomam aliqui non satis literati asseuerant vocari didymum ob id quod dici uolunt incredulum. Nam Thoma hebraice et didymos gręce idem est quod geminus latine. oritur autē error inter germanos quod eodē uocabulo teutonico dicimus incredulum et geminum zuifling.

תְּאֵן Ficus.Ieremię octauo. Et non sunt ficus in ficulnea.& Ioelis.i. Et ficum meam decorticauit.

תֹּאַר Species.forma.figura.qualitas.Isaię.liij.Nō est species ei neq; decor.et Geñ.xxxix.Erat autē Ioseph pulcra facie. pro pulcher specie.

תֵּבָה Arca.Genesis octauo.Egredere de arca.et Genesis sexto.Fac tibi arcam de lignis leuigatis.

תֵּבֵל Orbis.Iob.xxxiiij.Aut quem posuit super orbem quem fabri

tatus est.et psalmo nonogesimooctauo.Iudicabit orbem in iustitia.

תֶּבֶן Palea.stramen. Genesis vicesimoquarto.Palearum quoq; et foeni plurimum est apud nos.

תֹּהוּ Pro he finali posito vau.inane chaos.rudis indigestaq; moles. Genesis primo. Terra autem erat inanis et uacua.

תְּהוֹם Abyssus.Genesis primo.Et tenebrę erant super faciem abyssi. Ezechielis.xxxi.Abyssus exaltauit illum.et psalmo.xlij.Abyssus abyssum inuocat.et declinatur in foeminino.

תָּוָה Signauit.Ezechielis nono.Signa tau super frontes uirorum.

תּוֹךְ Inter.medio. Exodi. xiiij. Filij autem Israel perrexerunt per medium sicci maris.Exodi tertio. Vocauit eum de medio rubi.et psalmo.xxij.In medio uētris mei.inde dimidiare.partiri.findere. pertrāsire.Exodi.xxvi.Qui mittentur per medias tabulas.pro qui pertransit. vel intimus est.aliud significatum vsura.fraus.iniquitas. psalmo.lxxij. Ex usura et iniquitate redimet animas eorum.Inde pauo. tertio Regū decimo.Simias et pauones.

תָּוַר Indagauit.cogitauit.inuestigauit.contemplatus est.Ecclesiastis ij.Cogitaui in corde meo abstrahere a uino.aliud significatū Turtur. Leuitici.v.Offerat duos turtures. aliud significatū tēpus determinatū. Ester.ij.Cum aūt uenisset tēpus singularę per ordinē puellarę. aliud significatū cata paragogē he.lex.institutū.p̄s.xix. Lex dñi immaculata. aliud significatū ordo et lineamentum.Canticorę.i.Pulchrę sunt genę tuę sicut turturis.rectius sic.Genę tuę in ordine lineamentorum.

תָּוַו Abscidit.Isaię.xviij.Et quę derelicta sunt abscindentur.

תֹּתָח Telorę et iaculorę generale nomē. q̄d alij nouaculā uertūt. translatio nostra interpretatur malleum. Iob quadragesimoprimo. Quasi stipulam ęstimabit malleum. rabi Dauid kimhi dicit generaliter significari omnis generis tela.

תַּחְרָא Contextum collarium.Exodi viceſimooctauo.Sicut fieri ſolet in extremis ueſtium partibus ne facile rumpantur.ubi hęc dictio circumſcribitur.

תַּחְרָה Emulatuſ zelatus eſt.inuidit. pſalmo triceſimoſexto.Noli emulari in eo qui proſperatur in uia ſua. quidam putant a uerbo יחר deriuatum de quo ſupra in heth ante res.

תַּחַשׁ Animalis nomẽ quod taxus dicitur. Aquila et Symmachus ianthinum. Theodocio et Hieronymus hyacinthinum traduxere. Ezechielis decimoſexto.Et calciaui te hyacinthino.etpluraliter Exodi viceſimoquinto.Pelleſq; hyacinthinas.pro pellibus taxorum.

תַּחַת Pro.infra.ſub.ſubtus.ſubter.Exodi viceſimoprimo. Oculũ pro oculo.dentem pro dente. & quamuis ſit conſignificatiuũ,tamen recipit poſt ſe omnia ſubiunctiua affixa ſicut ſolent nomina et uerba. & in prima perſona interponit nun hiatus prohibendi cauſa.ut pſalmo decimooctauo. Dilataſti greſſus meos ſubtus me. et ſic de aliis. Inde nomen inferior.infimus.pſalmo octogeſimoſexto. Et eruiſti animam meã ex inferno inferiore.& pſalmo ſexageſimotertio.Introibũt inferiora terrę. Item aliter Ezechielis quadrageſimoprimo. De inferioribus aſcendebatur ad ſuperiora et in medium.

תַּיִשׁ Aries ſylueſtris.Prouerbiorum triceſimo.Gallus ſuccinctus lumbos ſuos.& aries.

תֹּבֵר Fœnus.uſura.Prouerbiorum viceſimonono.Pauper et creditor obuiauerunt ſibi.rectius ſic. Pauper et uir uſurarum.de hoc uocabulo ſcripſimus ſupra in thau ante vau.

תָּבַח Adhęſit.adortus eſt.appropinquauit. Deuteronomij.xxxiij. Et qui appropinquant pedibus eius.

תְּכֵלֶת Color hyacinthinus. Exodi viceſimooctauo.Ligabiſque eam uitta hyacinthina.

תָּכַן Effecit. fecit. opificauit.parauit.tranſlatio noſtra uertit confir

mauit.psalmo.lxxv.Ego cõfirmaui columnas eius. & tanꝯ hęsitans semper uariat.Isaię quadragesimo. Et cęlos palmo ponderauit. prius cõfirmauit.ecce iam ponderauit.Item in eodem. Quis adiuuit spiritũ domini. ecce adiuuit. Item Prouerbiorum decimosexto. Spirituum ponderator est dominus. pro & effecit uentos dominus.sed rectius psalmo.lxv.Parasti cibum illorum quoniam ita est prępparatio eius.

תָּלַל Tumulauit. cumulauit.aceruauit. Ieremię. xlix. Et erit in tumulum dissipata. Deuteronomij. xiij. Et tumulus sempiternus. & Ezechielis tertio. Ad aceruum nouarum frugum.et thau daggessatur propter apocopen lamed. et geminatur. ut Canticorum quarto. Colmę eius sicut elatę palmarum.

תָּלָה Suspendit. Genesis quadragesimo. Ac suspendet te in cruce. Deuteronomij.xxi.Maledictus a deo est qui pẽdet in ligno. uerbum e uerbo sic.Contumelia dei,suspensus.subaudi est.recipit quandoque per epenthesin aleph.

תֶּלֶם Sulcus. Iob.xxxi. Et cum ea sulci eius deflent. & psalmo.lxv. Riuos eius inebria.rectius sulcos eius.

תֹּלַע Vermis.Iob.xxv.Et filius hominis uermis.& Isaię.xiij. Et operimentum tuũ erunt uermes.etpluraliter Exodi.xvi. Et scatere cœpit vermibus.aliud significatum coccus. Exodi.xxvi. Purpura coccoque bis tincto.Inde uerbum purpuratus est uel coccinatus est.idest uestitus uestibus coccineis.Nahum secundo. Viri exercitus in coccineis.

תָּמַם Cecidit.consumptũ est.subuersum est.defecit.Genesis.xlvij. Cũꝯ defecissent emptoribus preciũ.et in eodẽ.deficiẽte pecunia pecora simul defecerũt.sed est intricata trãslatio.et Deute.ij. Donec consumeret oĩs cõgregatio hominũ bellatorꝝ. similit Nũeri.xxxij. Donec consumeret uniuersa generatio q̃ fecerat malũ.aliud significatũ perfectus.integer.,pbatus.innocẽs.trãslatio nra habet imaculatus. p̃s.cxix. Beati immaculati in uia.& p̃s.xviij.Et cũ innocẽte innocẽs eris.& Canticorꝝ.v.Colũba mea immaculata mea. Inde integritas. sanitas &c̃. & sicut apud nos ualere,ita apud hebręos in bonũ sumit et qñꝯ in malũ.

תָּמִיד Perpetuus. continuus. Leuitici ſexto. Ignis perpetuus qui nunquam deficiet in altari.

תָּמַהּ Stupuit. admiratus eſt. pſalmo quadrageſimooctauo. Ipſi uidentes ſic admirati ſunt. Inde admiratio. ſtupor. et cętera.

תָּמֻן Idolum. imago. Ezechielis octauo. Mulieres ſedentes plangẽtes Adonidem idolum proci veneris.

תָּמַךְ Suſcepit. ſuſtentauit. Exodi decimoſeptimo. Suſtentabãt manus eius ex utraq; parte. & Iſaię. xli. Suſcepit te dextera iuſti mei.

תְּמוֹל Nuper. heri. nudiustertius et ultra. Exodi quarto. Non ſum eloquens ab heri et nudiustertius. & ſecundo Regum decimoquinto. Heri ueniſti et hodie compelleris nobiſcum egredi. et primo Regum uiceſimoprimo. Continuimus nos ab heri et nudiustertius. et per proteſin accipit quandoq; aleph in principio. ut Micheę ſecundo. Et ecõtrario populus meus in aduerſarium conſurrexit. ideſt ab antea. putãt tamen aliqui docti hebręorũ eam dictionẽ compoſitam eſſe ex אֶת & ex מוּל ideſt aduerſum. quod tranſlatio noſtra uidetur ſentire quę ex aduerſum ſeu econtrario interpretata eſt.

תָּמָר Palma. arbor dactylorum. Canticorum ſeptimo. Statura tua aſſimilata eſt palmę. et Ioelis. i. Malogranatum et palma et malum. & pluraliter Numeri triceſimotertio. Duodecim fontes et ſeptuaginta palmę. ſignificat etiam ſuffumigationem faſciculorum aromaticorũ. Canticorum tertio. Sicut uirgula fumi.

תַּנִּין Draco. coluber. ſerpẽs. Exodi ſeptimo. Et uertatur in colubrũ. & infra. Quę uerſa eſt in colubrum. & proiecerunt ſinguli uirgas ſuas quę uerſę ſunt in dracones. & quandoq; mutatur nun litera in mem. vt Ezechielis viceſimonono. Draco magne qui cubas in medio flumi num tuorum. Inuenitur etiam in alio ſignificato pro lectitare.

תָּנָה Mercedem dedit. conduxit. appreciauit. Oſeę.viij. Munera dederunt amatoribus. rectius ſic. Conduxerunt amatores. & nomen per protheſin recipit aleph in principio. Oſeę.ij. Mercedes hę meæ ſunt. pro merces hęc mihi eſt. & ſic etiam cata paragogen nun. uel potius cõmutatione he in nun. dicitur quoq; merces. Deutero. xxiij. Non offeres mercedem proſtibuli. ſignificat tranſumptiue aliquãdo retributionem. cętera deriuata legendo inuenies.

תַּנְר Cartilago. auricula. Exo. xxix. Super extremũ auricl'ę dexterę.

תַּנּוּר Furnus. clibanus. fornax. Leuitici undecimo. Siue clibani ſiue chitropodes deſtruentur.

תָּעָתַע Illuſit. Geñ. xxvij. Timeo ne putet ſibi me uoluiſſe illudere.

תָּעַב Abominatus eſt. Amos. v. Et loquentem perfecte abominati ſunt. p̃s. cvij. Omnem eſcam abominata eſt anima eorum. Inde abominatio et alia deriuata. Iſaię. i. Incenſum abominatio eſt mihi.

תָּעָה Errauit. pſalmo centeſimodecimonono. Erraui ſicut ouis quę periit. & Iſaię decimonono. Et errare fecerunt ægyptum in opere ſuo ſicut errat ebrius. Inde errans et error et cętera.

תַּעַר Nouacula. Numeri ſexto. Omni tempore ſeparationis ſuæ nouacula non trãſibit per caput eius. & Iſaię ſeptimo. Radet dominus in nouacula conducta. Aliud ſignificatum per paragogen he. vagina. Ieremię quadrageſimoſeptimo. Ingredere in uaginam tuam.

תֹּף Tympanum. Iſaię quinto. Cithara et lyra et tympanum et tibia et uinum in conuiuiis ueſtris. & Iob viceſimoprimo. Tenent tympanum et citharam. et ſic perdit alteram geminatam. ſed tenet eam in pſalmo ſexageſimooctauo. In medio iuuẽcularum tympaniſtriarum.

תַּפּוּחַ Pomum. malum. arbor et fructus. Canticoꝝ ſecundo. Sicut malus inter ligna ſyluarum. et infra. Stipate me malis.

תָּפֵל Insulsum. Iob.vi. An poterit comedi insulsum quod non est sale conditum.

תָּפַר Consuit.Iob.xvi.Saccum consui super cutem meam.& Gen. tertio.Consuerunt folia ficus.

תָּפַשׂ Apprehendit.attrectauit.tractauit. Deuteronomij.xxi.Ap prehendent eum et ducent ad seniores.Genesis quarto. Pater canen tium in cithara et organo.pro tractantium citharam.

תֹּפֶת Ignis infernalis.translatio nostra uertit exemplum. Iob.xvij. Et exemplum sum coram eis.

תָּקַן Direxit.correxit.Ecclesiastis.i.Peruersi difficile corriguntur. & non sequitur ut cõmuniter allegatur stultorum infinitus est nume rus.sed ueritas hebraica sic legit.Curuitas nõ potest dirigi et defectus non potest dinumerari.Inde rectitudo.directio et correctio &c̃.

תָּקַע Clanxit.Ieremię sexto.Et in thecua clangite buccina.& est hic thecua nomen loci.sed in Isaia nomen tubę clangibilis. aliud significa tum fixit.Genesis tricesimoprimo. Iamq; Iacob extenderat in monte tabernaculum.pro fixit.aliud significatum stipulari.comprimere ma nus.Nahum tertio.Compresserunt manum super te.

תָּקַף Pręualuit. Ecclesiastis quarto. Et si quis pręualuerit contra unum duo resistent ei.

תִּרְזָה Ilex. Isaię quadragesimoquarto. Tulit ilicem et quercum. nostri dicunt pinum.

תֹּרֶן Antenna seu potius malus nauis ad quem pendent antennę. Isaię.xxx.Quasi malus nauis in uertice montis.

תָּרָפִים Idolum.Genesis.xxxi.Abscondit idola subter stramenta.

תַּרְשִׁישׁ Lapis precioſus. noſtra tranſlatio uertit chryſolithum. Ezechielis .xxviij. Chryſolitus & onyx. & a calore dicitur ſic mare. Iſaię. xxiij. Vlulate naues maris. ſic inſula tharſis & cartago. & aliaquę tu ipſe uideto.

תְּשַׁע Nouem. Deutero. iij. Nouem cubitos. uidebis in grãmatica.

Habetur optimo iure gratia regi noſtro Meſſię maximo. cuius nomini excellentiſſimo quod eſt Ieſu hunc tãtum et tam negocioſum laborem in conquirendis hebraicorum uocabulorũ primitiuis noctu & interdiu uigili ſtudio adhibitum dedicamus. orantes piis ſuppliciis ac iugi uoto. ut poſt completos hactenus duos libros manum meam ad tertium opus inſtituat. q̃d cum ſuo fœlici afflatu perfectum fuerit. contemplãtiſſimis hominibus ad arcanarum rerum inueſtigationem & mentis humanę cum diuinis connexionem iter prębeat.

IOANNIS REVCHLIN PHORCENSIS .LL. DOC. AD DIONYSIVM FRATREM SVVM GERMANVM RVDIMENTORVM HEBRAICORVM LIBER TERTIVS.

Acta quę ſunt hucuſq; de literis.ſyllabis.et dictionibus hebraicis maxime primitiuis uidiſti amantiſſ. frater, tibi ut ſpero dulcia,ſed aliis forſitan melle et lacte nutritis,propt incultum dicendi genus,amara.qui ſecum ſi cogitent oēm auditoribus orationem eſſe commodandam, non mihi uitio dabunt quod uernis uernacule loquor.Nam qui fieri poteſt,ut per inſuetum loquendi morem et domi paratam,adq; lucernas elaboratam dictionem rudes facile doceantur,quibus tum eſſet opus ad pręceptoris elo quentiam plus aīm aduertere quaſi ad ſphingis ęnigmata, quā ad eius illaipſa pręcepta. Lōge rectius me iudice ſenſit Ariſtoteles, in diſcipli nis doctorem oportere per uſitatiſſimam ſermonis conſuetudinem et nobis notiora quęq; procedere. Dedita igitur opera ſolœco ſępe & barbaro ſum uſus ad quorundā uocabulorū proprietatē explicandā. Huc accedit tamen,quod et ſenecta,et barbarorum quotidiana cōuer ſatio nō ſolum linguam hebetat ſed et ſtilum obtundit.pro illius Tyndarei aduerſus Menelaum, quin potius Euripidis tragici ſentētia qui ait βεβαρβαρῳσαι χρόνιος ὢν εν βαρβαροις Solus ergo quōm in hoc Diogenis dolio totos dies delitescam. nec mecum uiuat ullus hominum cui verborum elegantia et eloquentię ſtudiū ſit in precio.ſed agricolę tantum et ſacrificuli,aut ſi qui accedāt (ut fit quotidie) qui me nō de muri legulis nec auro coronario. ſed de cloacis. paludibus. tigno. itinere. aliiſue popularibus iurgiis tam pretoriis quam ciuilibus conſulunt. quibus de iure pro mea profeſſione reſpondere debeam, nō latinorū ſed ſueuorum obſeruato dicendi uſu. nihil ultra mireris mi frater,me poſt uirentia prata iam ſcabros calles ambulare.Et hęc erat una ex cauſis non parui momenti ut putarē mea ſingula uiris politioribus literis pręditis exploſa fore,quod cernerent in eis nullum florem.nullam comitatem.ſed omnia triuialia et inurbana quęque. Quando aūt uetera memoria repeto, multum inuenio maiores noſtros etiam barbarico dicēdi modo delectatos. Ariſtophanes nāq; grœcus in comœdia quæ inſcribīt acharnes perſice loquīt ſic,Iactarman exarxan apiſſonoſatra. quę barbaries ſępe multis gaudio fuit et riſum mouit.Apud romanos

vero quis unquam. M. Catonem priſcum cõtempſit. quod in ſuis ſcriptis de re ruſtica barbarice loquitur hoc modo. Haut haut haut iſta piſta ſiſta, ardannabon damiabo damauſtra. Quis pœnulum Plauti propter linguam punicam abiecit. Cõſolabor et ego me quoq; illorũ exemplo. ut ſperem inuenire quos admiratio ducat ad inauditi prius negocij lectionem. Hoc unum tamen eſſe futurum arbitror. ne deſit Agamemnoni ſuus Terſites. Homero Zoilus. Nephelę Socrati. q̃d etiam contra me quoq; prodeant aliquando phanatici quidam ſuſurrones. quos cum iam apprehenderit ſtudẽdi uetus ac longa ſegnicies. glorioſius ſibi ducant multa reprehendere quam pauca diſcere. ſperãtes hominum ſtudioſorum contemptu atq; cõtumeliis fore illuſtres. Dicent enim non me potuiſſe in ſenilibus annis abſq; pręceptore. etiã qualicumq; conatu ad tãtum hebraicę lectionis faſtigium aſcendere. ut ſtudia mea cęteris proſint. quibus ſtatim Origenem obiiciam. ſanctumq; Hieronymũ. et illum de lyra Nicolaum. qui oẽs appropinquante ſenio primum hebraicis ſtuduiſſe probant. quin potius nemo ferme omniũ poſt apoſtolos. orthodoxam eccleſiam hebraicis literis illuſtrauit, qui non eas in ętate puecta diſcere cœperit. pręter inſignẽ magiſtrum illum paulum epiſcopũ burgenſem Iudeorũ olim doctiſſimum. cuius ad nos ſera cõuerſio plurimis fuit hominibus ſaluti. & cui me poſthabitis reliquis herbã dare nihil pudet. Expergiſcimini igitur aduleſcentes. et tu germane frater excute ab animo hebetudinẽ. tanto rum uirorum imitatione. Nam ſi tam excellentes homines annoſa in ętate intelligentes ſummę ac iocundiſſimę contẽplationis nobiliſſimã ſibi occaſionem defuiſſe, tantum et tam uehemens ſtudiũ ſero tandem hebraicis impenderunt. quatenus labor eorũ in nos uſq; redundaret. Cur non tuipſe ac per te cęteri magnis ingeniis prędi ti aduleſcentes ſperatis ad talem perfectionẽ ex indefeſſa legendi fatigatione et quotidiano exercitio ſine ullo doctore nihilominus poſſe puenire. De pręceptoribus autem meis (ne mihi oblatrantes inſultent) hanc rationem affero. nõ me piguiſſe ullo tẽpore abſquolibet iudęo ſemper aliquantula corradere quę ad doctrinam aliquam librorum hebraicorũ conducerent. Sicut enim non apud Ionas neq; ulla in gręcia. ſed Baſileæ primũ ab Andronico contoblaca. deinde Pariſij a Georgio hermonymo ſpartiate. poſt Romę ab Argyropylo Byzantio publice in vaticano Thucydidem legente xyſto. iiij. pont. ad extremum Florẽtię Me-

diolanijq; a Demetrio chalcondyle. grecorũ linguam frustillatim & quasi micas de mensa domini cadentes accepi. cõnumerarem illis Hermolaum barbarum Innocencio. viij. insignem & mei amantissimum. nisi plus ex eo Romę latinitatis quã grecitatis hausissem. ita hebraicã ego quoq; ac sanctam linguam non Hierosolymis neq; in publicis Iudęorum synagogis. sed a literatissimis hebręis penes Cecios quidem Iacobo iehiel loans. in latio autem Abdia cesinate atq; alias a singulis singula expiscatussum. At grauius insurgent (credo) inuidi contra dictionarium nostrum. in quo multorum frequenter interpretationes taxantur. Proh scelus exclamabunt. nihil indignius patrum memoria. nihil admissum crudelius. cum ille homo audacissimus tot & tam sanctos viros diuino spiritu afflatos labefactare contendat. Hieronymi beatissimi scriptura Gelasio papa teste recepta est in ecclesia. uenerabilis pater Nicolaus de lyra ordinarius expositor biblię. om̃ibus christi fidelibus uir integerrimus probat̃. Iamiã exortus est aliquis fumulus qui plurimis in locis illos imperite transtulisse notet. Quorum imminentibus clamoribus hęc pauca respondeo. mihi licere quod eisdem illustrissimis luminibus licuit. Hiero. uir sanctus. lxx. carpit interp̃tes. non semel bis ter ue. sed sępissime numero. Nunc illos errasse dicit errore perspicuo. nunc deceptos ignorantia. tum discordare a ueritate hebraica. tum falsatos similitudine literarum. tum consulto aliqua cœlasse aut omisisse. ne sacra pãderent mysteria. quos tamen Ptolemęus Alexandrię rex diuina credidit uirtute trãstulisse. & ut Iustinus philosophus atq; martir. in suo de illis parenetico scribit ωσ θεοφιλεισ ανδρας διεγνω Nicolaus item de lyra diuum Hieronymũ in translatione sua ostendit reprehensibilẽ. cũ alias multis in locis. tum in psalmo secũdũ ecclesię nostrę supputatõnem. xlvij. qui incipit Magnus dominus. ubi eius in fine sic ait. Hieronymus tamẽ minus bene uidetur dicere. quia in omnibus bibliis hebraicis quas uidi almuth hic est una dictio & nõ duę. vide quomodo accusat beatissimum uirum erroris atq; negligencię. Ipsemet uero Nicolaus ut ęqualem mensuram pateretur. simile a reuerendo Burgensi episcopo frequentibus cum notis. inuito etiam nescio quo fratre Doringo ferte coactus est. Sed quid pluribus erit opus? Ille idem diuus Hieronymus in translatione sua seipsum errasse fatetur in commentariis super Isaiam capite vndeuigesimo. ubi sic ait. Melius reor proprium errorem reprehendere. quam dum erubesco

imperitiam confiteri. in errore perſiſtere. in eo quod tranſtuli. Et erit terra Iuda ægypto in feſtiuitatem. Poſſem alioquin plures proferre verſiculos. et quod cuiuſdam uocabuli ſignificatū uſq; hodie ſe ignorare non uerecundię duxerit in Ieremia capite ſexto. et quod apoſtolū notauerit imperitū artis grāmaticę in epiſtola ad Hedibiam quęſtiōe ante penultima. & quod ſcripſerit eūdem apoſtolū pſalmorū uerſibus aliter eſſe uſum quam in hebręo habeant. ut in cōmentariis ſuis ſuper pſalmo, xiij. Cur igit in iis quę ad interpretādi modū artemq; grāmaticam et ad ueritatem idiomatis ſpectant. me quoq; non deceret in lucem producere, quid cū doctiſſimis hebręorum ſentirem. quippe ad quos etiam eodē Hiero. teſte confugiendū eſt quoties in uetere teſtamento controuerſia mouetur. Quanquā enim Hieronymū ſanctum veneror ut angelum. & Lyram colo ut magiſtrū. tamen adoro ueritatem ut deū. Ac nos plane nō uſquequaq; illum noſtrū dictionariū ab omni exceptione defendimus alienū. Primo. quia non ſingula cōplectitur (neq; enim numero cōprendere refert, nec eſt ullum in oīi hominū uita quantumuis immenſę magnitudinis uocabulariū factū aut fictum, q̄d omnes cuiuſq; linguę dictiōes complecteret. Deinde quia in exponēdis uocabulis crebro uariat, tametſi hoc cōtingat pro unius cuiuſq; interpretis ſententia. Nihil enim uel parum arbitrio noſtro reliquimus. ſed cuiuſlibet tranſlatoris iudiciū monſtrauimus. Reſtat modo ut memineris. precedentibus duobus in libris hebraica me primitiua ſolum collegiſſe. nō aūt Thalmudica neq; chaldaica. Pſalmos deniq; ſecundū hebręorum numerum et non iuxta eccleſię noſtrę ad notationem citaſſe. propter eos qui de biblia hebraica conabunt doctrinam noſtram prudenter uenari. Nūc in hoc tertio libro ad artem grāmaticam properamus. ut qui ex anterioribus legendi modū et uocabulorum hebraicorū ſignificata recte iam tenent. a conſequentibus diſcant orationē ex partibus ſuis conſtructam artificialiter explanare. In tenui labor. at tenuis non gloria. Quare uehementer curabis ſi me amas. ut tua intelligentia ſit adiutrix noſtrę induſtrię. Breuia et leuia tibi precepta dabo & ſimul clara. quod alius ante me fecit nemo. Tu modo caue ne te laboris perteſum inueniam.

DE ORATIONE ET EIVS PARTIBVS

Oratio est dictionum hebraicarũ distincta complexio. mentis sententiam proferens. complexio ea quandoq; in longũ protenditur. quandoq; breuibus coartatur. quapropter distinctionibus opus est. Solent aũt distinctiones secundum perfectionem & imperfectionem sentẽcię certis punctis denotari. Fit illud quatuor modis. Subdistinctione. distinctiõe. membro. et termino. quod prius monstrabo latine sic. In primo æneidos canit̃. Postquam prima quies epulis. ecce minuta sentẽtię suspẽsio quę nominat̃ subdistinctio. sequit̃ Mensęq; remotę. absolutius id quidem quare distinctio est. Adhuc pendet. Ergo accedit etiam hoc. Crateras magnos statuunt. Iam debita pars sentẽtię residet. ac membrum appellatur. postea. Et uina coronant. totius orationis terminus est. & inde nomẽ accipit. Simile apud hebręos in usu frequenti comperimus. qui subdistinctionem notant per punctum unicum supra dictionem primę suspẽsionis figuratum. ita tamen ut nemo suspicetur holem esse. Nominatur autem רְבִיעַ Distinctio pariter duobus punctis subalternis supra secundę suspensisionis dictionẽ positis uocatur זָקֵף קָטוֹן Membrum. semicirculo in morem iridis infra dictionem tertię suspensionis locato agnoscit̃. diciturq; אַתְנַחְתָּא Terminus uero per uirgulam rectam sub dictione post membrum positam indicat sententiam totius orationis pefectam. & uocatur פָּסֵק quod omne tibi hoc exemplo erit manifestius primo Regum. xviij.

וַיֹּאמֶר דָּוִד אֶל שָׁאוּל מִי אָנֹכִי וּמִי חַיַּי
מִשְׁפַּחַת אָבִי בְיִשְׂרָאֵל כִּי אֶהְיֶה חָתָן לַמֶּלֶךְ

Latine sic. Et ait Dauid ad Saul. ecce Rebia quis ego sum et quę est uita mea. ecce Zakef coton cognatio patris mei in Israel. ecce Athnahta ut fiam gener regis. ecce pasek. Hęc igitur in oratione lex prima esto. vt qui ante hac tãtum legere noris. nunc etiam distincte legere queas. Altera erit in legendo cura ne syllabas duriores leniter. neue leniores

duriter proferas.idq; obseruabis facilius si naturam literarum sex de quibus in primo libro fit mentio בגדכפת et earum conditionē diligenter intuearis. Quando nanq; aliqua dictio antecedit et in unā harum uocalium אחרי terminata regit post se alteram dictionem ab una superiorum sex consonantiū incipientem,tunc regulariter iam dicta consonans raphat,et leniter ea syllaba atq; blande siue blese pronunciat.exemplum de p̄s.primo עַל בֵּן adsic. hoc ē ideo.ubi caph profertur duriuscule.sed mox in eodem psalmo לֹא כֵן idest nō sic pronūciatur caph leniter.quia p̄cedit aleph una de uocalibus supra notatis.& p̄s.ij.Reges eos in uirga ferrea et tāquam uas figuli confringes eos.ubi omnia daggessantur.sed contra raphātur psalmo quinto. Omnes qui sperant in te.Item tu benedices iusto. item perdes qui loquuntur mendacium.Et ita regulariter quando post uocales אחרי sequuntur consonantes בגדכפת pronūciatur raphe.excipiunt inde.post relationem literę relatiuę he finalis. item post membrū aut terminum sententię.item si sequens dictio contineat in se unam de sex consonantibus geminatam.tunc prima daggessatur et secunda raphatur.Hęc omnia cum sint rudibus ualde difficilia,requirent olim singulare uolumen.cum post istos rudimentorum libros. & de punctis & de prosodia et de breuibus atq; longis deo uolente ad consummatos eruditione discipulos scribemus.sit satis modo rudibus, ut sciant legere quę scripta sunt punctis notata et intelligere quoq;. Nam scribere suopte ingenio quę ueniunt legenda et sine uocibus hoc est punctis annexis hebraica legere, non puerorum sed uirorum est et quidem eruditissimorum.Habes de oratione quam pluralitas dictionum constituit.nunc ad eius partes stilū uertamus.PARTES ORATIONIS sunt tres שֵׁם פֹּעַל מִלָּה idest nomen. verbum.et consignificatiuum. Nomen comprehendit pronomina et participia. Consignificatiuum quatuor hęc continet.aduerbium.coniunctionem. prępositionem.et interiectionem.de quibus apprime commodum putamus quam breuissime disserere.ne incipientes nimiis onerentur prę-

ceptis. Singulorū enim accidentiū quę in qualibet oratiōis parte tam grecorum quam latinorū tractauit exquisita doctrina, tu ne ullam in hoc libro quęsieris rationē, sed eorum tantum quę ad hebraicę linguę cognitionem sunt admodum necessaria. Omnis nāq; ut ait Sulpitius puerorꝝ difficultas in declinatiōe. genere. pręteritis. supinis. et cōstructiōe cōsistit. q̄ si hoc uoluūine clara tibi fecero, nō nihil feciſſe uidebor.

DE NOMINE ET EIVS GENERIBVS

Omnia nomina hebraica siue sint ꝓpria seu appellatiua. substantiua. adiectiua. uerbalia. denominatiua. abstracta. concreta. simplicia uel cōpositā. aut cuicuimodi cętera. masculini generis inueniūt uel fœminini. uel utriusq;. Nam duplicem eis sexū hebręi attribuunt secundū naturam. uocantq; זָכָר וּנְקֵבָה Gen. v. Masculum & fœminā creauit eos. Cognoscunt autem genera nominū singularis numeri nō semp sed frequenter aut ex litera terminali. aut ex appositiōe nominū adiectiuorū. aut ex appositione uerborꝝ quibus secundū hebręos etiā genera accidunt. aut inflexione numerali. Fœminina sępe in aleph uel he uel thau desinūt. adiectiua tn fœminina nō i aleph sed in he uel thau finiūt. quę si addant nominibus aliarū terminationū. ostēdūt eorꝝ genus. ut gen. iij. חָאִשָּׁה הִיא נָתְנָה לִי Mulier ipsa dedit mihi. nam si loquendū esset in genere masculino sic diceretur חָאִישׁ הוּא נָתַן לִי Vir ipse dedit mihi. vide quid operet he litera terminalis in suppositō et appositō. maxime uero declinatio de numero singulari in numerꝝ pluralē indicabit tibi genus. Oē enim nomē cuius plurale terminat in im arbitramur esse generis masculini. et oē nomē cuius plurale terminat in oth iudicamus esse generis fœminini. exemplū primi דָּבָר res uel uerbū. cognoscit esse generis masculini, quia in numero plurali habet דְּבָרִים Deuteronomij. i. Hęc sunt uerba. Errauit igitur Alexander de uilla Iudęi plurimosque secum errare fecit in prima parte, cum pręciperet sic. Dicito neutra, Plurali numero cherubim seraphimq; beata. etiā si ꝑ mem finali nun proferas ut solent aliqui. sicut enim Priscianus grāmaticus de punica lingua scribit q̄d nō habeat neutrū genus, ita ego affirmare ausim q̄d nullum nomen hebraicū sit neutri generis. Sequit exemplū secundi.

צָבָא idest exercitus. estq; generis fœminini. q̊d inde cognoscitur. quia habet oth ĩ numero plurali. ut צְבָאוֹת q̊d nos sabaoth legere cõsueuimus. Isaię. vi. Sanctus sanctus sanctus dominus deus zebaoth. Istę sunt duę inflexiones ex quibus genera cognoscimus. sed fallit quã doq; nos regula. non enim semper et usq; quaq; uerum est, cuius pluralis in im desinit ip̃m esse generis masculini. nam יוֹנִים terminat̃ pluraliter in im. Canticoꝝ. i. Oculi tui columbaꝝ. et tamen eius singulare est generis fœminini. ut Geñ. viij. Emisit columbam quę non est reuersa. ubi uerbũ appositũ est generis fœminini. similiter terminatio uocabuli יוֹנָה indicat fœmininum genus. & sic multa alia reperies pluraliter in im terminata. quorum singulares nominatiui excipiunt̃ a regula. ut sunt hęc quę sequuntur.

later hordea hordeum tritica triticũ anni annus

שָׁנָה שָׁנִים חִטָּה חִטִּים שְׂעֹרָה שְׂעֹרִים לְבֵנָה

dictiones dictio angulares angularis mensurę mensura lateres

לְבֵנִים סְאָה סְאִים פִּנָּה פִּנִּים מִלָּה מִלִּים

terrores terror manipuli manipulus spicę spica

שִׁבֹּלֶת שִׁבֹּלִים אֲלֻמָּה אֲלֻמִּים אֵימָה אֵימִים

apes apis formicę formica arbores arbor

אֵלָה אֵלִים נְמָלָה נְמָלִים דְּבוֹרָה דְּבוֹרִים

speltę spelta caricę carica struthiões struthio

יַעֲנָה יְעֵנִים דְּבֵלָה דְּבֵלִים כֻּסֶּמֶת כֻּסְּמִים

caprę capra fœminę fœmina

אִשָּׁה נָשִׁים עֵז עִזִּים

Forsitan alia tuipse legẽdo bibliã inuenies ab hoc canõe excipiẽda. sed fallit etiã qñq; secũda regl'a. nõ enĩ necessario singl'a noĩa q̃ pluralẽ numerum in oth finiunt fœminini sunt generis. reperiuntur namq; masculina quę pluralia terminant in oth. et ideo excipiuntur a regula. ut

מָטָר ideſt pluuia.generis ē maſculini. Exodi.ix. Nec ultra ſtillauit pluuia. ubi uerbum appoſitū generis eſt maſculini,ſicut poſt hac do cebimus.& tamen pluraliter legit מִטְרוֹת Iob.xxxvij.Et hyemis pluuiis.vis aliud exemplum נָקֹד ideſt punctus. et eſt generis maſculini,ſic enim utūtur hebrei ut rabi Ioſeph Caton in libri qui dicitur hortus nucum uolumine tertio de punctis.ubi ponit punctus tertius, nam adiectiuum illic eſt generis maſculini. et tamen Canticorum.i.legimus נִקְדוֹת murenulas aureas faciemus tibi uermiculatas argēto.uerius ſic.Cum punctis argenti,Hoc modo excipiuntur.

אָב אָבוֹת מִזְבֵּחַ מִזְבְּחוֹת מִשְׁפָּן מִשְׁפָּנוֹת

שָׂרֵה שָׂרוֹת בְּכוֹר בְּכוֹרוֹת מָקוֹם מְקוֹמוֹת

& cętera his ſimilia.diximus ſupra quod genera cognoſcantur etiam ex appoſitione adiectiuorū aut uerborū,ut cū maſculina maſculinis et fœminina fœmininis iungunt. ſed etiā hoc te in quibuſdā fruſtrabit. Inueniunt enim tā uerba quā adiectiua relatiua ſeu demōſtratiua fœminini generis nominibus maſculinis addita.nam גַּן .i.hortus.eſt generis maſculini.Canti.iiij.Hortus cōcluſus.nihilominus tamē addit ei adiectiuū ſeu relatiuū fœminini generis.Geñ.ij. Tulit ergo deus hominē et poſuit eū ī paradyſū uoluptatis ut operaret et cuſtodiret illā. ubi ponit ה aſpiratio in fine relatiua cū pūcto mappik. quę ſignificat genus fœmininū.legit q̄ de uiris q erāt filij Rimmō ī fœmininо genere.ij.Regū.iiij.ſic.et illę ueniebāt intra domū.ponit enī וְהִנֵּה q̄d ſignificat et illę in genere fœmīno et nūero plurali.quāuis indocti q̄dā impreſſores poſuerīt in q̄buſdā libris impreſſis וְהִנֵּה .i.et ecce.per ignorātiā uolētes ſolœcū uitare.cū neſciāt priſcos talibus figuris data opera eſſe uſos.legāt Dionyſiū halicarnaſſea de Thucydidis idiō a te ubi reperiēt ea q̄ eis iā uiderent incōgrua,plane ſuo tēpore fuiſſe ornatiſſima.ſic et ueteribus latinis fuit in more.inde Terētius eunuchū ſuā dixit nō ſuū.et Saluſtius p̄ter rem capitaliū cōdēnatis.nō cōdēnatos. et ſic de aliis. Quod aūt fœminina docuimus a finalibus lr̄is cognoſci regulariter uerū eſt tam in nominibus quā in uerbis. exēplum de he.

ut בְּתוּלָה virgo.Gen̄.xxiiij.& פָּעֲלָה fecit ſcilicet fœmina in
pręterito & non uir. ut infra de uerbis patebit. exemplum de thau.ut
עֲקָרָה mulier ſterilis. p̄s.ciij. Sterilem in domo. ſic פּוֹעֶלֶת
ideſt facit,ſcilicet fœmina in preſenti.exemplum de aleph.ut צָמְאָ
Sitis. Iudicum.xv. En ſiti moriar. Omnes autem hę formę patiuntur
fallentiam.De he.ut מֹשֶׁה ideſt Moyſes.De thau.ut קֹהֶלֶת .i.
Eccleſiaſtes.De aleph.ut עֶזְרָא ideſt Eſdras.& ſic de ſimilibus.quę
omnia ſunt generis maſculini & aduerſantur regulę. Cognoſcuntur
etiam genera quādo mouentur nomina de genere in genus.ut גֶּבֶר
vir uel dominus. גְּבִירָת uel etiam גְּבֶרֶת matrona uel dña.
Et licet ſignificata quorundā nominū moueant̄ de maſculino in fœmi
ninū.tamē nomīa ipſa nō mouent̄ plerūq̄.ut quāuis dicamus אָדוֹן
ideſt dn̄s nō ideo dicimus אֲדוֹנָה quod tamen latine dominam
poſſemus interp̄tari Simili modo cū nos latini habeamus famulū et fa
mulā,hebręi ,p famulo ac ſeruo dicunt עֶבֶד & ,p famula ſeu ancilla
dicūt שִׁפְחָה quare nō ſemper analogia ſequēda eſt.et hoc in pri
mis memorabili mēte reponas. recorderiſq̄ me tibi diligent̄ p̄cepiſſe
ne abſq̄ ſacrarū lr̄arum authoritate expreſſa. in quibuſcūq̄ oratioui
bus hebraice dictandis analogiam pro tua inuentione imiteris. niſi in
actiuis et paſſiuis uerbi aut aliquali perfunctoria conſtructione.aliter
enim facile contra linguę proprietatē peccabis & errata tua patebunt
vniuerſis. Poſtremo utriuſq̄ generis inueniunt̄ nomīa uidelicet tam
maſculini quā fœmini.ſunt autem ea maxime quę genera ſpecierū ſiue
animaliū ſpecies ſignificāt.ſicut auis.uolucris.camelus.et oīne coruini
generis,et cętera bipeda aut quadrupeda.quorū multa legunt̄ Leuiti
ci.xi.Miluū ac uulturē iuxta genus ſuū. & oīne coruini generis in ſimi
litudinē ſuā.ſimiliter Deute.xiiij. Camelū leporē chœrogryliū quia ru
mināt et nō diuidūt ungulā ī mūda erūt uobis. & ī eodē. oēm uolucrē
mundā comedite.ubi uolucris habet formā generis maſ. & adiectiuū

munda eſt generis fœminini. Cęterum reperitur ea dictio in Talmud etiã in forma et terminatõe generis fœminini p thau finale צִפֹּרֶת ſic de aliis ſpeciebus animaliũ. ut Geñ.xxxij. Camelos fœtas cũ pullis ſuis triginta. Item יָד ideſt manus reperit maſculine. Exodi.xvij. Manus enim Moyſi erant graues. Fœminine uero Ezechiel.ij, Et ecce manus miſſa ad me. ſic כּוֹס .i. calix, In maſculino p̃s.lxxv. Calix in manu dñi. et in fœminino p̃s.xxiij. Calix meus inebrians. et alia plura quę de noſtro dictionario cognoſcere poteris ſi diligenter aduertas animũ. et lecta memorię commendes.

DE DECLINATIONE

Omnis Iudaicorum nominũ inflectio per ſolos numeros fit ſingularem et pluralẽ. non autẽ per caſus. Nullũ igit̃ obliquũ uideris niſi quẽ uel articulus demonſtrat, uel ex uirtute ſermonis oratio lecta requirit. Et quãuis de articulis plene tractabimus infra de ꝓnomine. tamen quantũ ad oſtendendã declinationẽ neceſſe fuerit, eos hic ſolũ obiter enumeramus. Sunt aũt iſti uidelicet הַ לְ אֶת מִ; Nominatiuo articulus nõ eſt opus. Sequũt genitiuus datiuus accuſatiuus & ablatiuus. Nam uocatiuus imitat nomĩatiuũ. hęc tam in ſingulari quã in plurali numero locũ habent. Declinant̃ ergo ſingula nomĩa p ĩflexionẽ terminatõis a numero ſingulari ad numerũ pluralẽ cuiuſcũq; ſint generis. Ex q̃ intelligis duas tantũ hebręis eſſe declinatiões. Prima eſt ſecundũ formã maſculinorũ. quę a nominatiuo ſingulari flectit̃ in nominatiuũ pluralẽ ſimpliciter addendo im. ut דָּבָר דְּבָרִים Secũda declinatio eſt ſecundũ formam fœmininorũ. quę a nominatiuo ſingulari in he uel thau cũ patha uel camez deſinente, uel alias undecũq; fœminini generis. flectitur in nominatiuum pluralem. ſolum mutãdo he uel thau in oth. ut חַיָּה חַיּוֹת De prima declinatione prius eſt docendum. quod compendioſius fieri nequit quam per exempla.

IN NVMERO SINGVLARI.

terra in erat vir

Nominatiuo אִישׁ חַיָּה בָּאָרֶץ vir. Iob.i.

viri nomen et dixit

Genitiuo וַתֹּאמֶר שֵׁם הָאִישׁ viri.Ruth.iij. הָאִישׁ

viro fiet sic

Datiuo כִּבְּהּ יֵעָשֶׂה לְאִישׁ viro.Ester.vi. לְאִישׁ

dei virum

Accusatō אֶת אִישׁ הָאֱלֹהִים virū.iiij.Regū.vij. אֶת אִישׁ

iniquo a uiro

Ablatiuo מֵאִישׁ חָמָס a uiro.p̄s.xviij. מֵאִישׁ

IN NVMERO PLVRALI

uiros viris uirorum uiri uiri

אִישִׁים vel אֲנָשִׁים הָאִישִׁים לְאִישִׁים אֶת אִישִׁים

viris a

ALIVD מֵאִישִׁים

verbo a uerbum uerbo uerbi uerbum

דָּבָר חַדְּבָר לְדָבָר אֶת חַדָּבָר מִחַדְּבָר

a uerbis uerba uerbis uerborum uerba

דְּבָרִים חַדְּבָרִים לַדְּבָרִים אֶת דְּבָרִים מִדְּבָרִים

Vbi in quibusdam duplicem articulum reperies.

Huius itaq; declinationis primę cōmunis est regula. ut cuiuscūq; terminationis nomen masculinū numeri singularis tibi propositū fuerit. simplititer ei cata paragogē addas iod & mem q̄d p hirek sonabit im q̄d si regat post se casum, aut ei cohęreat ꝑnomē subiūctiuū. q̄d dicīus affixū. deponit mem finale. exemplū Deute.i. אֱלֹהֵי חַדְּבָרִים

Idest hęc sunt uerba. iam hoc uocabulū nihil regit. sed psalmo.xxxiij. בִּדְבַר יְהוָה idest uerbo dñi. hęc uox uerbū. regit post se gtm̄ scilicet dñi ut infra de regimine ac cōstructiōe dicemus. nūc q̄d ad hāc

declinationem pertinet nosse oportet. quod aliqua nomina polysylla ba in l uel n per camez desinentia, fortificant liquidas suas per punctũ dagges. ut גָּמָל גְּמַלִּים .i. camelus cameli. sic. קָטָן קְטַנִּים idest paruus parui. et ita mutant camez in patha. At uero quorum ter minatio in e rectum sonat. nihil ea mutãt tam in plurali quã in regimi ne seu etiam in affixis. ut זְאֵב lupus. Geñ. xlix. et pluraliter Ezechiel xxij. זְאֵבִים lupi. pari modo in regimine genitiui et affixorum. simi liter quorũ terminatio in o uel u sonat, nihil mutãt tã in plurali quã in regimine seu etiã in affixis. ut. אָדוֹם אֲדֻמִּים נִקּוֹד נְקֻדִּים

Vt autem quid dicam de regimine et affixis intelligas, consyderare de bes utriusq; numeri duplicem statum. vnus est absolutus, alter status regiminis. Capiamus numerum singularẽ nominis דָּבָר prę oculis. Cum igitur eiuscemodi nomina sunt in statu absoluto, tũc in numero singulari scribuntur et proferuntur per utrumq; uel saltem finale ca mez. sicut זָקָן עָנָן חָכָם idest senex. nubes. sapiens. et cętera quę in dictionario nostro reperies. Sin autem in eodem numero singulari status nominis inuenitur in regimine, hoc est quod regat post se aliud nomen. tunc mutat camez primum in seua. et camez secundum in pa tha. ut Ieremię. ij. דְּבַר יְהוָה verbũ domini. sed ante subiunctiua manet camez. Quorũ uero terminatio in i finit ut קָצִיר .i. messis. ea primum camez in seua mutant et remanet hirek. ut Genesis .xxx. קְצִיר חִטִּים idest messis tritici. Accede modo ad numerum plu ralem. et in eodem pariter inuenies duplicem statum. Nam si nomen remanet in statu absoluto, tunc simpliciter ad nominatiuũ singularem additur im in plurali. ita tamen ut prima per seua pronuncietur. exci piuntur heteroclita de quibus postea fit mentio. sic dicimus.

דָּבָר דְּבָרִים זָכָר זְכָרִים שְׂאֵר שְׂאֵרִים אֲבִיר אֲבִירִים אֱזוֹב אֱזוֹבִים אֵבוּס אֵבוּסִים עִבְרִי עִבְרִיִּים Sin autem nomen plurale reperitur in statu regiminis

genitiuorum.tunc deponit mem finale et primam syllabam profert ꝑ hirek,et mutat ultimum hirek in zere.idest i in e terminationē.ut iam supra ostendimus.excipitur חַכְמֵי q̊d seruat patha cum similibus.

Sed si cōstruat̄ cū ꝓnomibus subiūctiuis et affixis de qbus te posthac docebimus,tunc mutat hirek ultimū in zere(solum(in secūdis et tertiis personis pluralis numeri)remanente hirek primę syllabę in suo sono). Iambica uero mutant camez in zere.de his latius infra deo adnuente dicemns.Solum hęc breuia meminimus tanquam ad primam declinationem ualde necessaria.ut scias declinare secundum omnes formas. Repeto igitur exempli causa sępedictum nomen.

verba uerbū suū uerbū tuū ꝟbū meū domini uerbum verbū

דָּבָר דְּבַר יְהוָה דְּבָרִי דְּבָרְךָ דְּבָרוֹ דְּבָרִים

uerba eius uerba tua uerba mea dierum verba

דִּבְרֵי הַיָּמִים דְּבָרַי דְּבָרֶיךָ דְּבָרָיו דִּבְרֵיהֶם

דִּבְרֵיכֶם דִּבְרֵיהֶן דִּבְרֵיכֶן

Habes iam exemplar mutationū primę declinationis in forma masculina.cuius tibi heteroclita quędā subnectere placuit.ut quid regulare sit,quidue a regula excipiatur cognoscas.

Heteroclita sunt.quę non simpliciter ad nominatiuum singularem hanc terminationē im subiungunt.sed cum quodam addito uel adempto.ut יָד idest manus.Si enim inflectat̄ regulariter,tunc simpliciter addendo im fiet יָדִים dissyllabū.q̊d sic non dicit̄,sed potius יָדַיִם trissyllabum.Cum ergo superaddat̄ patha quę alteram facit syllabam, merito dicimus eam dictionem esse heteroclitam.sic de pluribus aliis quorum aliqua hic adnotauimus.

uola.planta pes uultus naris oculus

עַיִן עֵינַיִם אַת אַפַּיִם רֶגֶל רַגְלַיִם כַּת כַּפַּיִם

auris ianua lumbus uia

דֶּרֶךְ דְּרָכַיִם חַלָּץ חַלָּצַיִם דֶּלֶת דְּלָתַיִם אֹזֶן

ala talentū crus

אֲוַזִּים כֶּבֶשׂ כְּרָעַיִם כִּכָּר כִּכָּרִים בַּדַּת כְּנָפַיִם

crus umbra māma latus

צַד צְדָרִים שַׁד שָׁדַיִם צַל צְלָלִים שׁוֹק שׁוֹקַיִם

Quę autem uariant adimunt uel addunt in plurali talia ſunt.

callidus hedus dama os oris

פֶּה פִּי צְבִי צְבָאִים גְּדִי גְּדָיִים עֵרוֹם עֲרוֹמִים

iſtę iſta iſti iſtę populus

לְאֹם לְאֻמִּים אָרוֹם אֲרַמִּים חוֹא חֻמִּים חֵיא חֻמִּין

domus

בַּיִת בָּתִּים

De ſecunda declinatione quę fit in forma fœmininorū hanc tibi nor/ mam prędcribimus. Quod omnia nomina fœminina ſuo nominatiuo ſingulari ſimpliciter addunt oth. ut וִכְרוֹן וִכְרוֹנוֹת hiſtoria hiſtoriarum. צְבָא צְבָאוֹת exercitus exercituū. Si tamē aliqua illorum in he uel thau deſinerent, mutabūt eaſdem literas terminales in oth אִמְרָה אִמָּרוֹת ſermo ſermones. p̄s. xij. Eloquia domi ni eloquia caſta. Item de thau לַחֶבֶת .i. flamma. etplr לַהֲבוֹת flāmę. p̄s. cv. Ignem cōburentem in terra ipſorum. ideſt ignē flāmarę. Sicut autem apud grędcos atq; latinos nomina declinant ισοσυλλαβος uel περιττοσυλλαβος hoc eſt ſine excreſcentia uel cum excreſcentia. ita declinatio iſta fœminina in quibuſdam non excreſcit. et in quibus/ dam excreſcit. Quę uero excreſcūt duplici modo ſunt. nam aut ſimpli citer excreſcunt ideſt una ſyllaba ſingulare uincunt. aut dupliciter ex/ creſcunt ideſt duabus ſyllabis exuperant. exemplum nō excreſcentiū.

IN NVMERO SINGVLARI

ſtabat a longe iuſticia

Noīatiuo צְדָקָה Iuſticia. Iſaię. lix. צְדָקָה מֵרָחוֹק תַּעֲמֹד

iuſticię fructū

Genitiuo פְּרִי צְדָקָה iuſticię.Amos.vi.

iuſticię doctorem

Datiuo חַמּוֹרֶת לְצַדָּקָה iuſticię.Ioelis ſecundo.

Accuſatiuo עֹשֵׂי צְדָקָה אֶת iuſticiam.pſalmo.cvi.

a iuſticia qui lōge eſtis

Ablatiuo חַרְחִקִים מִצְּדָקָה a iuſticia.Iſaię.xlvi.

IN NVMERO PLVRALI

iuſticiis iuſticiarum iuſticię

צְדָקוֹת חֲצַדָּקוֹת לִצְדָקוֹת

a iuſticiis iuſticias

אֶת צְדָקוֹת מִצְּדָקוֹת

Cæterum id perbellum eſt ut recorderis caſus non ſemper ab articulis cognoſci,ſed ſępius a ſententia orationis.quia non in omnium nominum caſibus facile articulos inuenies.ut hic uidiſti in genitiuo et accuſatiuo.Sequitur exemplum excreſcentium una ſyllaba ſingulariter.

a ſorore ſororem ſorori ſororis ſoror

אֲחוֹת חַאֲחוֹת לַאֲחוֹת אֶת אֲחוֹת מֵאֲחוֹת

ſorores ſororibus ſororum ſorores

Etplr אֲחָיוֹת חַאֲחָיוֹת לַאֲחָיוֹת אֶת אֲחָיוֹת

a ſororibus

מֵאֲחָיוֹת

Solent autem ſępe illa fœminina in plurali pronunciationem uocum mutare ſecundum cp ponūtur in ſtatu abſoluto uel in ſtatu regiminis. Si enim non regant poſt ſe caſus tunc frequenter in penultima per camez proferuntur et in prima per ſeua.ut

renes ancillę ueſtes agnę turbines

סְעָרוֹת בְּבָשׁוֹת שְׂמָלוֹת שְׂפָחוֹת בְּלָיוֹת

iuuenculę In statu uero regiminis quãdo post se genitiuum re-
נְעָרוֹת gunt, abbreuiant camez transmutãdo uel in seua uel
in hateph patha. & primam syllabam per hirek pronunciant. ut Geñ.
gregis agnas cum
xxi. כִּבְשׂוֹת הַצֹּאן similiter etiam Deuteronomij. xxxij עִם
tritici renunculorꝫ adipe ester puellę
חֵלֶב כִּלְיוֹת חִטָּה & Ester. iiij. נַעֲרוֹת אֶסְתֵּר qd
ipsum in prima seruat punctum patha. Reperit̃ quandoq; nomẽ dua-
bus syllabis excrescere. ut אוֹת quando literã significat non autem
quando signum denotat. nam pro signo una syllaba excrescit. ut singu
lariter Geñ. iiij. Posuit dominus signũ in Cain. et pluralit̃ p̃s. cxxxv. Et
misit signa et ꝓdigia. sed pro lr̃a duabus syllabis excrescit אוֹתִיּוֹת
vnde dicit̃ colendissimũ illud nomẽ tetragrammaton שֵׁם אַרְבַּע
אוֹתִיּוֹת idest nomen quatuor literarum. Ab hac forma excipiunt̃
heteroclita. quę quãuis in he uel thau desinãt in nomĩatiuo singulari,
tamẽ lr̃am finalẽ nõ mutãt in oth sed in im. de quibus supra scripsimus
cũ de generibus nominũ tractaremus. Reputant̃ etiã heteroclita quę
plus una syllaba excrescũt ut supra citatũ uocabulũ et ei similia. adhuc
quadrat ꝙ heteroclita sunt q̃ cõtra figurã pręscriptã sibi pluralem nu
merũ usurpant. Cũ enim ad nominatiuũ singularẽ deberent coniun-
gere oth. talia quę dicimus heteroclita uel omnino nihil cum noĩatiuo
in lr̃is habent cõmune. ut אִשָּׁה נָשִׁים mulier mulieres. similit̃
בַּת בָּנוֹת filia filię. vel si cõmunicant in literis cum nominatiuo
singulari, tamen non simpliciter addunt oth sed aliqua transmutant.
exemplum. פָּרֹכֶת פַּרְפֶּרֶת פַּרְכִּיּוֹת פַּרְפְּרָיוֹת
Et hoc modo sunt omnia nomina abstracta quę in וּת desinunt. quia
vau mutant in iod pręcedente uoce kibuz trium punctorum subalter
nantium. et literam terminalem mutant in oth. ut

vitalitas regimen uiduitas partus elatio

גַּבְחוּת יַלְדוּת אַלְמָנוּת מַלְכוּת חַיוּת

ſtulticia fortitudo nigredo humilitas ſtulticia

סִכְלוּת שִׁפְלוּת שַׁחְרוּת אֵילוּת בְּסִילוּת

ſtercus coloratio fortitudo confuſio

כְּלִימוּת קוֹמְמִיוּת חֲכָלִילוּת אַשְׁפּוּת

Vbi ultimū ſcribit̄ ꝑ holem,et duo antepenultima noīa duplicantur. eiuſcemodi noīa ſingularis nūeri cupiētia pluralē habere numer̄,mutant vau in iod pr̄cedente uoce kibuz et interponūt alterum vau. ut מַלְכוּת מַלְכֻיוּת .i. regimen regimina. uel dñatio dñationes ſic אֵילוּת אֵילֻיוּת &c̄.Et quia in terminatiōes nominū incidimus,placet hoc addere.q̄d noīa in eth terminata quę a noībus in he finientibus deriuant̄ et alia quę etiā nō deriuant̄,ſolēt ſecundū formā primitiuorum uerorum uel apparentiū pluralē numerū conſtituere

ſterilis corona

Exēplū עֲטָרָה עֲקָרָה q̄rū primitiua ſunt עֲטָרֹת עֲקָרֹת declinant̄ in plurali nūero עֲטָרוֹת עֲקָרוֹת et in ſtatu regimīs genitiui עַטְרוֹת עַקְרוֹת et cum pronominibus ſubiūctiuis ut עֲטָרוֹתַיִךְ עַקְרוֹתַיִו ideſt coronę tuę et ſteriles tuę.

extremitas ſulfur

Sunt et alia fœminina quę terminant̄ in ith.ut גַּפְרִית אַחֲרִית

Iudęa quinta infimum principium reliquię

שְׁאָרִית רְאשִׁית תַּחְתִּית חֲמִישִׁית יְהוּדִית

Quę declinant̄ hoc modo.ecce inter iod et thau finales,inſerunt vau cū holem.ut pluraliter גַּפְרִיוֹת אַחֲרִיוֹת שְׁאָרִיוֹת רְאשִׁיוֹת תַּחְתִּיוֹת חֲמִישִׁיוֹת uel חֲמִישִׁיתִים

Et ea ſunt nomina rectilinia atq; regularia ſicut etiam quędam quę

inopia ſummitas defectus abūdātia hiſtoria

in on terminantur.ut וְכַרְמוֹן יִתְרוֹן חֲסַרוֹן עֲלִיוֹן אֲבִיוֹן

palatium ſiccitas feneſtra malo granatū prioritas

רְאִשׁוֹן רִמּוֹן תַּלּוֹן חַרְבּוֹן אַרְמוֹן

Quę ſimpliciter addentia plurali numero fœmininor terminationē oth declinant.ut Eſter.vi. וְכָרוֹנוֹת hiſtorias et annales. unū hoc nomen אַרְמוֹן mutat holem in ſeua et facit אַרְמְנוֹת Amos.i. Et deuorabit domos Ben Adad.Quędam ſunt quę terminant in an et addunt oth in plurali. ut donariū menſa ſtimulus

דַּרְבָּן שֻׁלְחָן קַרְבָּן דַּרְבָּנוֹת שֻׁלְחָנוֹת קָרְבָּנוֹת

Caue aūt quia ſunt multa in an terminātia maſculina quę pluralē non in oth ſed in im finiunt.ut בֵּנִין בְּנַיִם Huius aūt declinationis ſola in he deſinētia cum ſunt in ſtatu regiminis ſeu affixorū,mutant he in thau.ut שׁוֹשַׁנָּה in ſtatu abſoluto.Canticorumſecundo. Sicut lilium inter ſpinas.In ſtatu regiminis.ut paulo ſuperius in eodē loco שׁוֹשַׁנַּת הָעֲמָקִים ideſt lilium conuallium.hęc tamen promiſcue uſurpat conſuetudo.

Diximus de genere et declinatione nominū & quę aliquādo a cōmuni regularū tramite ſecedunt.in quorū collegio reperiunt etiā numeralia nomina.iccirco de illis nunc pauca tractabimus. Numeri cardinales maſculini generis hi ſunt.

ſex	quinq;	quatuor	tres	duo	unus
שִׁשָּׁה	חֲמִשָּׁה	אַרְבָּעָה	שְׁלֹשָׁה	שְׁנַיִם	אֶחָד

vndecim	decem	nouem	octo	ſeptem
אַחַד עָשָׂר	עֲשָׂרָה	תִּשְׁעָה	שְׁמֹנָה	שִׁבְעָה

xiiij	xiij	duodecim
אַרְבָּעָה עָשָׂר	שְׁלֹשָׁה עָשָׂר	שְׁנֵים עָשָׂר

xvij xvi xv
חֲמִשָּׁה עָשָׂר שִׁשָּׁה עָשָׂר שִׁבְעָה עָשָׂר
xix xviij
תִּשְׁעָה עָשָׂר שְׁמֹנָה עָשָׂר

Vides numerum decem et ſimiles maſculini generis in ſtatu abſoluto habere he aſpirationē finalē. ut Geñ. xviij. Apparuerūt ei tres uiri. ſed quando aliis numeris coniunguñ tūc carēt he litera. ſicut in exemplis demōſtraŧ. Si aūt idem numerus ponīŧ in ſtatu regiminis, ita q̄d poſt ſe regat caſum, tūc he lr̄a finalis mutaŧ in thau. exemplū Exodi. xxxiiij. עֲשֶׂרֶת הַדְּבָרִים decem uerba. quaſi diceret. decem ſcilicet verborum. ſicut in aliis deſinentibus in he. ut Ioſue. xvij. Et tertia pars vrbis Napheth. Sequuntur numeri cardinales fœminini generis.

vij vi v iiij ij duę vna
אַחַת שְׁתַּיִם שָׁלֹשׁ אַרְבַּע חָמֵשׁ שֵׁשׁ שֶׁבַע
xij xi x ix viij
שְׁמֹנֶה תֵּשַׁע עֶשֶׂר אַחַת עֶשְׂרֵה שְׁתֵּים עֶשְׂרֵה
xv xiiij xiij
שְׁלֹשׁ עֶשְׂרֵה אַרְבַּע עֶשְׂרֵה חֲמֵשׁ עֶשְׂרֵה
xviij xvij xvi
שְׁמֹנֶה עֶשְׂרֵה שְׁבַע עֶשְׂרֵה שֵׁשׁ עֶשְׂרֵה
xix
תֵּשַׁע עֶשְׂרֵה

Nota q̄d dictio עֶשְׂתֵּי numeris iūcta ſignat unus uel una. Itē hęc noīa in maſculino deſinūt in he et in fœmīno carēt he. p̄ter fœmininū octo. Itē oēs cardinales a uiginti ad centū et ultra ſūt generis utriuſq;.

triginta uiginti et una uiginti et unus uiginti
עֶשְׂרִים אֶחָד וְעֶשְׂרִים אַחַת וְעֶשְׂרִים שְׁלֹשִׁים
quadraginta triginta et unus triginta et unus
אַרְבָּעִים שְׁלֹשִׁים וְאֶחָד uel עֶשְׂתֵּי וּשְׁלֹשִׁים

nonaginta octoginta. ſeptuaginta ſexaginta quinquaginta

חֲמִישִׁים שִׁשִּׁים שִׁבְעִים שִׁמְנִים תִּשְׁעִים

מֵאָה מֵאוֹת Ambo uocabula ſignificāt centū,et ambo iungunt tam maſculino quā fœminino generi.de primo Leuiti.xxvi. Et centū de uobis decē millia.&.iij.Regū.vij. ædificauitq; domū ſaltus libani centū cubitorꝝ.ſed in ſtatu regiminis ſicut alia noīa in he t̄minata mutat he in thau,ut Geñ.xxi. Abraham cū eſſet centū annorꝝ.uel pro eo ponit מֵאוֹת ut Iudicū.iij.Percuſſit de philiſtim ſeſcētos uiros uomere.et Ezechielis.xlv.Quingētos per quingētos. Multā aūt noticiā numerādi hebraice idē tibi pr̄ſtabit ꝓpheta Ezechiel a ca.xl. uſq; ad finem libri. מָאתַיִם ideſt ducenti

trecenti

שְׁלֹשׁ מֵאוֹת

quingenti quadringenti

חֲמֵשׁ מֵאוֹת אַרְבַּע מֵאוֹת &c.

duomillia

אַלְפֵי Mille.duomilia.& in ſtatu regiminis אַלֹּת אַלְפַּיִם centū milia decē milia

רִבְבַת רִבְבוֹת Vide de hoc Nehemię.vij.in fine.et quādoq; deponit unū beth et loco eius alterum patit dagges.et dicitur רִבּוֹ uel רִבּוֹא & plurificat numerus רִבּוֹתַיִם ſignificatq; ducenta millia.vide Danielis.vij.de eiuſcemodi numeris. Milia milium miniſtrabant ei et decies centena milia aſſiſtebant ei.

Conſueuerunt autem Iudęi סְפִירוֹת ideſt numerationes quas nos ſiphras ad imitationem illorum uel cifras uocamus, per notas alphabeti ſignare. quos græci ſunt ſequuti. maxime uero uetuſtiſſimi gręcorum ut in numero librorum Homeri patet. Iuniores vt cum hebręis conuenirent loco ſenarij addiderunt epiſimon. et aliud loco nonaginta per quæ ſigna ſupputatoribus latinis anſam præbuerunt ad imitādas numerorꝝ notulas quas appellāt cifras. Sunt aūt Iudęorꝝ

8 7 6 5 4 3 2 1
cõputationes per literas alphabeti hoc modo א ב ג ד ה ו ז ח
400 300 200 100 90 80 70 60 50 40 30 20 10 9
ט י כ ל מ נ ס ע פ צ ק ר ש ת Cum aũt literę alphabeti
nõ niſi ad quadringenta protendant̃,oportebit poſt quadringẽta nu-
meros ex duabus literis cõponere uel quandoqꝫ tribus ſic
104 103 102 101 3000 2000 1000 900 800 700 600 500
קת רת תר קת תת קת תת א בא גא קא קב קג קד
115 115 114 113 112 111 110 105
קה קי קיא קיב קיג קיד קטו uel קיח
Et ſciendũ q̃d ualde cauẽt ne diuinũ nomẽ יה quotidianis nũeratio-
nibus inſerat̃ q̃d ſignare poſſet quindecim.ſed eius nũeri loco ponũt
טו ideſt nouem et ſex,quod etiam ualet quindecim. Cęteras combi-
nationes numerales tuipſe conſydera.Numeri ordinales generis ma
tertius ſecũdus primus
ſculini primę declinationis hi ſunt רִאשׁוֹן שֵׁנִי שְׁלִישִׁי
ſeptimus ſextus quintus quartus
רְבִיעִי חֲמִישִׁי שִׁשִּׁי שְׁבִיעִי שְׁמִינִי תְּשִׁיעִי
עֲשִׂירִי
Numeri ordinales generis fœminini ſecundę declinationis ſunt hi.
quinta quarta tertia ſecunda prima
רִאשׁוֹנָה שֵׁנִית שְׁלִישִׁית רְבִיעִית חֲמִישִׁית
decima nona octaua ſeptima ſexta
שִׁשִּׁית שְׁבִיעִית שְׁמִינִית תְּשִׁעִית עֲשִׂירִית
Declinantur autẽ ſicut gẽtilia noĩa ſcilicet maſculina in i terminata.ut
עִבְרִי hebręus.et fœminina in ith.ut יְהוּדִית Iudęa. de quibus
ſupra. Nam maſculina declinant̃ per duo iod in plurali.ut שְׁנַיִם
שְׁלִישִׁים רְבָעִים & ſicut gẽtilia feĩa in ith,qñqꝫ deſinũt ĩ ia.
ut Ruthſecũdo. רוּת חַמּוֹאֲבִית .i. Ruth moabithis.ita dicitur
עֲשִׂירִיּוֹת uel עֲשִׂירִיָּה et ꝑ cõſequẽs pluraliter עֲשִׂירִיּוֹת

Poſt regularem nominum declinationē et heteroclita quędam oſtēdimus indeclinabilia.ut ſunt numeri ordinales a tribus uſq; ad decem.numeri enim denarij non ſunt pluralia illorum. ſequuntur nunc alia defectiua quę ſingularem numerum non habent.

מַיִם שָׁמַיִם צָהֳרַיִם חַיִּים Et in ſtatu regiminis מֵי רְחֵי שְׁמֵי Et duplicatum מֵימֵי quę in dictionario noſtro quęrere potes. non enim omnium rurſus in iſto libro repetitio habenda eſt.tantum hoc plus cęteris memorię mandabis quod nomina plurale ſuum in aim terminantia mutant in ſtatu regiminis aim in e.ut hic uides. Nominum autem exorbitantium quędam patiuntur abundantiam et quędam defectum. Abundant uero quędam in punctis et quędam in literis. Nam quę declinando abūdant in patha,enumerauimus aliqua ſuperius cū de heteroclitis tractaremus. Nunc tibi pauca collegimus quę declinando abundant in dagges. Si enim uellē hoc nomen קַל regulariter declinare,ſatis eſſet adiungere ſimpliciter terminationem pluralem im.ſed ita non eſt loquendi conſuetudo. quid ergo? Addatur literę lamed punctus dagges qui fortificet primā ſyllabam,etdicatur קַלִּים ſic fit plerumq; etiam in ſecunda declinatione fœminini generis.ut גַּג גַּגּוֹת Iſaię.xxij. Quia aſcendiſti & tu omnis in tecta,daggeſſantur itaq; iſta.

בַּת בַּר בַּל דַּד דַּק וַג וַל וַד חַג חַי טַת
בַּת מַט מַס עַם שַׁע פַּג קַב רַב רַק רַד תַּל

Alia quoq; monoſyllaba per patha deſignata incipientia a ס ג צ exceptis צַם צַר צַץ סַג סַר גַּשׁ Cuncta alia recipiūt dagges et termīationes ſuas. Quędā etiā monoſyllaba quorū vox eſt zere,declinant in numero plurali per dagges mutato zere in hirek.ut

חֵן לֵב חֵר חֵץ עֵז גֵּט גֵּו אֵשׁ אֵם חֵץ תֵּל עֵת
חֵן שֵׁן בֵּס Omnia hęc in ſtatu regiminis et ſubiunctiuorū et in plurali numero proferūt primā per hirek,et literā ſecundā fortificant

per dagges.similiter recipiunt dagges hęc אִי עִי צִי Quamuis autem ea nomina monosyllaba quorum uox est holem soleant in plurali holem mutare in camez ut יוֹם יָמִים רֹאשׁ רָאשִׁים תֹּם תֻּמִּים רוֹב שׁוֹר שְׁוָרִים לוֹג חוֹל רוֹק חֹק עֹז קֹר חֹם עֹל כֹּל tamen ista recipiunt dagges Maxime in statu regiminis.et pręsertim quando affixis construuntur tunc etiam holem mutant in kibuz. psalmo.lxxxij. כֻּלְּכֶם Omnes vos.& Genesis.xxvij. עֻלּוֹ iugum eius.sic Deuterono.v. חֻקִּים Cerimonias &c̄. Sunt & alia nomina quę patiuntur abundantiam siue defectum non in punctis solum ut superiora,sed in literis. Idq; fit aut in primis aut in mediis aut in ultimis. secūdum sex illas grecorum figuras.prothesin.aphęresin.epenthesin.syncopen.paragogen et apocopen.Dico autem deficere quando non possident omnes eas literas quas primitiua tenent.Exemplum tibi prębeo ut oculis cernas מַתַּן מַצַּב מַבָּה תּוֹלָדָה Matthan idest donū siue datū.deuatur a primitiuo uerbo nathan idest dedit seu donauit.ut in dictionario inuenies. vides ergo quod matthan in suo principio non habet nun literam.nam si haberet nun,diceretur manthan.iam uero quia caret nun in principio iccirco pronunciatur matthan. & thau signatur per dagges ut ostendat prioris litere defectum.Prouerbiorum.xviij. Donum hominis dilatat uiam eius.similiter mazab idest statio.uenit a uerbo primitiuo nazab idest stetit.ut in dictionario. & quia non legitur manzab sed mazab.ideo recte dicitur q̄ istud nomen sit unum ex ijs quę patiuntur defectum in principio.et ponitur in zade p̄ctus dagges ad denotandum talem defectum. secundo Regum vicesimo tertio. Porro statio Philistinorum tunc erat in Bethlehem. Macca quoque pari laborat aphæresi.significat enim percussionem uel plagam.eius primitiuum est naca.quod quęre in dictionario ubi uidebis quantum deficiant inde deriuata. Sume alterius literæ nomen defectiuum Tholda idest generatio. cuius primitiuum est ĩaled.idest genuit. ut in dictionario. Iod itaque in hoc loco deficit.et sic de multis

הִפְקִיד verbum graue tertię perſonę numeri ſingularis generis maſculini.tẽporis pręteriti.indicatiui modi.ſignificationis actiuę. tranſitiuum tertium.coniugationis tertię.quod coniugabitur ſic.

הִפְקִיד הִפְקַדְתָּ הִפְקַדְתִּי הִפְקִידוּ הִפְקַדְתֶּם
הִפְקַדְנוּ הִפְקִידָה הִפְקַדְתְּ הִפְקַדְתֶּן

Ideo dicitur graue.quia addit aliquid extraneum ſupra inflexionem. ſcilicet he in prima et iod in ultima.ſic et adhuc in ſequentibus quoq; mem.& diligenter hoc diſcas uelim.quando poſt he ſequit̃ litera uocalis tantum.ut ſunt אַחְתָּע tunc in hac coniugatione he notat̃ per ſęgol.ut הָאֲרִין Pręſentis temporis מַפְקִיד מַפְקִידִים

מַפְקִידָה מַפְקִידוֹת Et ſequene ptoſtmem אַחְתָּעַר illa notatur per per hatephpatha מַאֲרִיד

Adiectiuum uerbum מוּפְקָד מוּפְקָדִים מוּפְקָדָה
מוּפְקָדוֹת Et cum literis יהשר prima camez. ſecunda hateph camez מַאֲחָז

Futurum indicatiui אַפְקִיד יַפְקִיד תַּפְקִיד נַפְקִיד

יַפְקִידוּ תַּפְקִידוּ תַּפְקִיד תַּפְקִידִי תַּפְקֵדְנָה

Et cum literis אֹתֹתֹעֹר sic אַאֲרִיךְ & si ultima substantialis fuerit gutturalis, pronunciabitur ultima per patha אַשְׁמִיעַ Alias sępe reperitur prolatio zere in ultima. secundum rabi Moysen filium Ioseph kimhi in introductorio

הַפְקִיד

Imperatiuus הַפְקִיד הַפְקִידוּ הַפְקִידִי הַפְקֵדְנָה

Enunciatur etiam masculinum singulare et per zere et per patha. et in distinctione loco patha camez.

Infinitiuus הַפְקֵד et cata ꝓthesin בַּכְלַם iod cũ hirik ĩ ultima.

In hac coniugatione notabis et obliuioni non trades huius uerbi tres esse conditiones. potest enim quãdoqꝫ inueniri neutrale intransitiuũ ac absolutum. ut quando nullum babet uerbum leue primę coniugationis. ut הֶחֱרִישׁ tacuit. iiij. Regum. xviij. Tacuit itaqꝫ populus

Potest et inueniri transitiuum in secundum, ut quando habet uerbum primitiuum leue quod est neutrale uel absolutum. ut הֵקִים erexit scilicet aliquid. uenit enim a prima coniugatione uerbi absoluti קַם quod significat surgere. Potest ultimo esse transitiuum in tertium. ut quando deriuatur a uerbo leui quod ipsum met sit transitiuũ in secundum. ut הִזְכִּיר meminisse fecit, Exodi. xx. In omni loco in quo memoria fuerit nominis mei ueniam ad te et benedicã tibi. quod non est secundum linguę hebraicę proprietatem translatum. esset enim cõtra id quod Christus noster in euãgelio locutus est Matthęi. vij. cum ait. Non omnis qui dicit mihi domine domine &c̃. sed sic debet interpretari. In omni loco quo faciam meminisse nominis mei ueniam ad te. & hic est tractus patris de quo dicit. Nisi pater meus traxerit eum. ponitur enim in textu אַזְכִּיר .i. faciã meminisse. uel faciã recordari.

הָפְקַד Verbum passiuę uocis deponentale cuius agens non exprimitur coniugatur sic.

הָפְקַד הָפְקַדְתָּ הָפְקַדְתִּי הָפְקְדוּ הָפְקַדְתֶּם

הָפְקַדְנוּ הָפְקְדָה הָפְקַדְתְּ הָפְקַדְתֶּן

Pręsentis tēporis הָפְקַד הָפְקָדִים הָפְקָדָה הָפְקָדוֹת

Futurum indicatiui אוּפְקַד יוּפְקַד תּוּפְקַד נוּפְקַד

יוּפְקְדוּ תּוּפְקְדוּ תּוּפְקַד תּוּפְקְדִי תּוּפְקַדְנָה

Si prima litera substātialis fuerit gutturalis notatur aleph per camez uel holem. et substantialis litera per hatefcamez. Imperatiuus deest in omnibus huius formę uerbis. Infinitiuus הָפְקַד uel per zere. ut

הָחְתֵּל Et secundum rabi Moysen kimhi in introductorio

הוּפְקוֹד

QVARTA CONIVGATIO

הִתְפַּקֵּד Verbum graue. tertię personę. numeri singularis. generis masculini. temporis pręteriti. indicatiui modi. significationis cōmunis. reflexiuum actionis et coniugationis quartę. quod coniugabit̄ sic.

הִתְפַּקֵּד הִתְפַּקַּדְתָּ הִתְפַּקַּדְתִּי הִתְפַּקְּדוּ

הִתְפַּקַּדְתֶּם הִתְפַּקַּדְנוּ הִתְפַּקְּדָה הִתְפַּקַּדְתְּ

הִתְפַּקַּדְתֶּן

Actio siue passio huius uerbi non est ab alio sed a semetipso. quare differt a superioribus coniugationibus. Cum enim cætera uerba aut sunt absoluta aut transitiua. hoc inuenitur esse retransitiuum tāquam inter actiuum et passiuum quodammodo medium. Quando enim dicit dominus ad Iacob Geñ. xxviij. Terram in qua dormis tibi dabo et semini tuo. et benedicentur in te et in in semine tuo cunctę tribus terrę. Dat intelligere q̊d a deo benedicēte benedicent̄. qa illic passiuū

eſt et prę ſupponit actiuum ſuum. et nihil ad hunc locum. Quando autem loquitur ad Ishac Geneſis. xxvi. Et benedicentur in ſemine tuo omnes gentes terrę. Hoc innuit quod reflectēt ſuper ſe benedictionē. Tunc enim hoc uerbum benedicētur eſt iſtius coniugationis et ſignificat quod dominus benedicit actiue et ſemen Ishac benedicetur paſſiue. Sed omnes gentes conuertent eam benedictionem quę actiue & paſſiue facta eſt ſuper ſe. Vt autem intelligas quomō ſignificatō huius uerbi a ſe incipiat et retranſeat in ſe. Vide Deuterono. xxix. Benedicat ſibi in corde ſuo dicens pax erit mihi. ubi paulo ſuperius iam citatū uerbū ponitur. et cognoſces quod pro cōmoditate orationis nunc actiue nunc paſſiue exponitur. Accipit autem hoc uerbum omnia accidentia prędecentiū uerborum et daggeſſatur ſicut ſecunda coniugatio et augmentum patitur non ſolum in he, ſicuti tertia verū etiam in thau q̄d ſibi eſt proprium ultima ſyllaba quamdoq; enūctiatur per zere ſecundum Rabi Moyſen Zeiag in libro intellectus boni Quādoq; etiā per ſęgol ſecundum rabi Moyſen kimhi in ſuo introductorio. Media ſyllaba ſeu media litera ſubſtantialis ſi fuerit אַתְּעָר tunc prima litera ſubſtātialis recipit camez ut תִּתְבָּרֵךְ fallit hoc aliqn in he et heth dum patiuntur patha ante ſe. Item manet he ante thau. in prędterito indicatiui et inimperatiuo. ſed in prędſenti et futuro deficit he et remanet thau. eo quod prędſens ſuperaddit ſibi mem et futurum ſuperaddit ſibi אִיתָּן Et ſcripſit literatiſſimus rabi Dauid kimhi in arte grammatica titulo de ordine octauo. id quod tu maxime omniū (ſi me amas) perpetuę commendabis memorię. quod in hac coniugatione thau ſemper prędcedat literam primam ſubſtantialem. exceptis וַס שַׁיִן quę tranſuertunt et ſe promouent ante thau. ut cum regulariter dicendum eſſet תִּתְשַׁמֵּר יִתְשַׁמֵּר quia tamen ſchin ſubſtantialis litera eſt una de iam dictis, iccirco prędponēdum eſt ſchin et poſtponendum thau cata hyſteron proteron figuram ſiue per metatheſin. ideſt tranſpoſitionem literarum. Micheę ſexto. Et cuſtodi prędcepta Amri. quod in tertia perſona ſic ponitur וְיִשְׁתַּמֵּר ſic Eccleſiaſtis. xij. Et impinguabitur locuſta. ideſt onus ſuſcipiet. quod

ſcribitur ſic וַיִּסְתְּבֵל cuius primitiuum eſt סָבַל baiulauit. ſic de zade Geneſis..xliiij. Quid iuſte poterimus obtendere. ubi ponitur נִצְטַדָּק cuius primitiuum eſt צדק Ponitur aũt hic teth pro thau propter faciliorem modum loquendi. ſicut etiam in lingua chaldaica quę plurimum hebraicę conſonat daleth loco thau poſt zain in ea forma ſolet poni. Ab huiuſmodi tranſpoſitione literarum excipitur unũ in Ieremia uerbum וְהִתְשׁוֹטַטְנָה ne multa teth coinciderent ad euitandum cacophaton. nunc ad preſens tempus tranſeamus.

Preſentis temporis מִתְפַּקֵּד מִתְפַּקְּדִים מִתְפַּקֶּדֶת

uel

אוֹ מִתְפַּקֶּדֶת מִתְפַּקְּדוֹת

Futurũ indicatiui אֶתְּפַקֵּד

אֶתְפַּקֵּד יִתְפַּקֵּד תִּתְפַּקֵּד נִתְפַּקֵּד יִתְפַּקְּדוּ
תִּתְפַּקְּדוּ תִּתְפַּקֵּד תִּתְפַּקְּדִי תִּתְפַּקֵּדְנָה

Impatiuus הִתְפַּקֵּד הִתְפַּקְּדוּ הִתְפַּקְּדִי הִתְפַּקֵּדְנָה

Ecce in hoc nõ uides differentiã a p̃terito niſi in ſignificatõne modi. et inueniť ultima per patha cũ lr̃is gutturalibus. Infinitiuus הִתְפַּקֵּד uel etiã ultima per zere. Sequiť forma prolationis paſſiuę.

הוּתְפַּקַּד הוּתְפַּקְּדָה הוּתְפַּקְּדוּ
הוּתְפַּקְּדוּ הוּתְפַּקַּדְנוּ הוּתְפַּקְּדָה

מוּתְפַּקָּד Preſens הוּתְפַּקֶּדֶת הוּתְפַּקְּדוֹת

מוּתְפַּקְּדִים מוּתְפַּקֶּדֶת מוּתְפַּקְּדוֹת

Futurum indicatiui אוּתְפַּקַּד יוּתְפַּקֵּד תּוּתְפַּקֵּד

נוּתְפַּקַּד יוּתְפַּקְּדוּ תּוּתְפַּקְּדוּ תּוּתְפַּקֵּד
תּוּתְפַּקְּדִי תּוּתְפַּקֵּדְנָה

Imperatiuo caret. Infinitiuus הוּתְפַּקֵּד

Quadrata

De uerbo cui aſcribitur vau in principio ſcias quod illud fit propter coniugacionem perfectorum quę geminant literas, uel eorum quæ mediam ſubſtantialem abſorbent. Et propter quatuor literas dicitur coniugatio quadrata. Cuius inter uerba perfecta hoc tibi dabimus exemplum. ſiue ultima per zere ſeu patha.

Pręteritum indicatiui. שׁוֹפַט שׁוֹפְטָה שׁוֹפַטְתִּי

שׁוֹפַטְתָּ שׁוֹפַטְתִּם שׁוֹפַטְתֶּן שׁוֹפְטוּ שׁוֹפַטְנוּ שׁוֹפְטָה שׁוֹפְטוּ

Pręſens מְשׁוֹפֵט מְשׁוֹפֶטֶת מְשׁוֹפְטִים מְשׁוֹפְטוֹת

Adiectiuum uerbum מְשׁוֹפָט מְשׁוֹפֶטֶת מְשׁוֹפְטִים מְשׁוֹפְטוֹת

Futurum אֶשְׁוֹפַט תְּשׁוֹפֵט תְּשׁוֹפְטִי יִשְׁוֹפַט תִּשְׁוֹפַט תִּשְׁוֹפֶטְנָה נִשְׁוֹפַט תִּשְׁוֹפְטוּ תִּשְׁוֹפַטְנָה יִשְׁוֹפְטוּ

Imperatiuus שׁוֹפַט שׁוֹפְטִי שׁוֹפְטוּ שׁוֹפֹטְנָה

Infinitiuus שׁוֹפֵט

Finis uerborum grauium. Sequuntur defectiua.

Quemadmodum perfectorum cõiugationes Dionyſi frater intel ligeres quantum ad rudes et uix dum initiatos pertinet a me ſatis explicatum arbitror tractatu ſuperiore. Sequitur ut defectiuorũ quoqꝫ genera perſequar quę a perfectis ducunt originem. Scripſi autem in verborum capite quod quędam deficerent literis, quędam uocibus. Adhuc tibi addo et illud, quod quędam deficiunt in primis. quędam in mediis. et quędam in ultimis. Quę igitur in primis deficiunt literis ſunt uerba quorum primitiua uel a nun uel a lamed incipiunt. Nun ut נָגַשׁ Lamed ut לָקַח Experiamur quomodo nun uel lamed deficit in primis. Verbũ leue pręteritum נָגַשׁ נָגְשָׁה Pręſens נוֹגֵשׁ Futurũ abſorbet nun literã אֶגַּשׁ יִגַּשׁ Et qñqꝫ ultima

per holem et uertitur communiter ſeua in camez in termino ſcilicet paſek. Deberet autem regulariter dici אֶנְגַּשׁ ſed quia deficit nun, ideo additur literę ſequenti ſcilicet gimel punctus dagges ad denotandum illum defectum. Imperatiuus נְגַשׁ ſed defectiue גַּשׁ גְּשׁוּ Et quandoq; per zere. et additur aliquando in fine he tunc enũciatur per camez. Paſſiuum pręteritum נִגַּשׁ נִגַּשְׁתָּ vide quomodo vnum nun repellit alterum. ſicut enim dico נִפְקַד in paſſiuo, ita deberem dicere נִנְגַּשׁ ergo cum unum nun deficit, ponit̃ dagges ad denotandum defectum. & ſic in omnibus ſequentibus. ne ſit multis verbis opus. Pręſens נִגַּשׁ Futurum אֶנָּגֵשׁ יִנָּגֵשׁ Ecce alterum nun repellit alterum. Imperatiuus הִנָּגֵשׁ הִנָּגְשׁוּ Infinitiuus הִנָּגֵשׁ Forma הִפְקִיד quod regulariter proferretur הִנְגִּישׁ dicitur defectiue הִגִּישׁ הִגַּשְׁתָּ Pręſens מַגִּישׁ Adiectiuũ uerbum מֻגָּשׁ Futurum אַגִּישׁ יַגִּישׁ Imperatiuus הַגֵּשׁ uel הַגִּישׁ הַגִּישׁוּ Infinitiuus הַגִּישׁ Deponentale pręteritum הֻגַּשׁ הֻגַּשְׁתָּ Futurum אֻגַּשׁ Infinitiuus הֻגֵּשׁ Et ſicut de nun ita de lamed.

Quando iod uel aleph deficit in primis.

יָדַע Primę coniugationis coniugatur יָדַעְתָּ יָדַעְתִּי Pręſens יוֹדֵעַ יוֹדְעִים יוֹדַעַת יוֹדְעוֹת vel pro fœminino ſingl̃ari יוֹדְעָה et ſi non ſint אֹהֹהֹעַ tunc tam ultima quam penultima proferuntur per ſęgol. Adiectiuũ uerbum יָדוּעַ Futurũ defectiue אֵדַע יֵדַע et quandoq; per hirik. Imperatiuus יְדַע et defectiue דַּעְדְּעוּ Infinitiuus דַּעַת Memento dagges notare defectum.

& poſt hac recorderis uelim. Nunc paſſiue נוֹרַע נוֹרַעְתָּ et ſic vau eſt ſubſtantialis litera et ponitur loco iod primitiui. nam facilis eſt literarum אָחוֹר cõmutatio. Preſens נוֹרָע נוֹרָעִים Futurum ecce. אִוָּרַע יִוָּרַע תִּוָּרַע Et aliud futurum אִנָּרַע יִנָּרַע tetraſyllabum. Imperatiuus הִנָּרַע Infinitiuus הִנָּרַע Tertię coniugationis pręteritum הוֹרִיעַ הוֹרַעְתָּ Preſens מוֹרִיעַ Adiectiuum מוֹרָע Futurum אוֹרִיעַ תּוֹרִיעַ Imperatiuus הוֹרַע הוֹרִיעַ Infinitiuus הוֹרִיעַ Deponentale tertię coniugationis הוֹרַע הוֹרַעְתָּ Sic eſt illud Geneſis triceſimonono. Igitur Ioſeph ductus eſt in ægyptum. ideſt. & Ioſeph factus eſt deſcendere in ægyptum. Et ſępe mutatur hic ſurek in holem. Futurum אוֹרַע יוֹרַע תּוֹרַע & pariter holem quandoqȝ. Infinitiuus הוֹרַע Quartę coniugationis quędam mutant iod in vau quędam uero non mutant. Mutat autem hoc pręteritum indicatiui הִתּוֹרַע הִתּוֹרַעְתָּ Preſens מִתּוֹרַע Futurum אֶתּוֹרַע יִתּוֹרַע Imperatiuus הִתּוֹרַע הִתּוֹרַעְ

Quando vau uel iod deficit in mediis.

בֵּן Audiuiſti ſupra in conuigatione quadrata, quod epentheſis vau habeat locum quando geminantur literę uel quando abſorbentur, ita hic cũ dico בֵּנַן intercidit litera vau בוֹנַן Cumqȝ abiȝcitur ultimum nun, manet בוֹן Deficiente autem vau ut hic, reſtat בֵּן daggeſſatum cum camez loco holem. Ergo quia vau deficit in mediis, locus eſt huic titulo. Coniugatur autem ſiç.

בין
בָּן

בָּן בַּנְתָּ בַּנְתִּי בָּנוּ בַּנְתֶּם בַּנְנוּ בָּנָה בַּנְתְּ בַּנְתֶּן

Pręſens בָּן Adiectiuum בון Futurum אָבוּן יָבוּן

Et nota. quandoq; nun geminatur. quod ſi haud geminetur, ſolet in in ſimplo poni dagges tam in prima plurali pręteriti tẽporis, quã in ſe cũda et tertia pluralis fœmĩni generis futuri tẽporis. et in impatiuo.

Imperatiuus בּוּן בּוּנוּ בּוּנִי בּוֹנְנָה Infinitiuus בּוּן

Paſſiuum primę coniugationis in pręterito נָבוֹן נָבוֹנוֹתָ

Pręſens נָבוֹן In reliquis mutatur camez in ſeua. ponit̃ ſępe ſurek loco holem. Futurũ אֶבּוֹן יִבּוֹן Et in אֹחֹהֹעֹר pro ſęgol zere ſine dagges. Imperatiuus הִבּוֹן Similiter Infinitiuus הִבּוֹן

Tertię coniugationis pręteritum הֵבִין הֵבִינוֹתָ Vltima quandoq; per zere uel patha. Pręſens מֵבִין Adiectiuum מוּבָן

Et ſi deſit vau ponitur eius loco in prima camez.

Futurum אָבִין & in ſecunda atq; tertia fœminini pluralis תָּבֵנְנָה uel תָּבֵנָּה Imperatiuus הָבִין Infinitiuus ſimi liter. Paſſiuę uocis הוּבַן Pręſens הוּבַן Futurum יוּבַן אוּבַן Infinitiuus הוּבַן Nunc quadrata coniugatio habet locum. & in ea eſt vau media litera ſubſtãtialium. et ultima diplicatur accidentaliter. Pręteritum בּוֹנֵן בּוֹנַנְתָּ

Pręſens מְבוֹנֵן & poſtea zere in ſeua.

Adiectiuum מְבוֹנַן מְבוֹנַנִים

Futurum indicatiui אֲבוֹנֵן יְבוֹנֵן

Imperatiuus בּוֹנֵן בּוֹנְנוּ

Infinitiuus בּוֹנֵן

Quartę coniugationis pręteritum הִתְבּוֹנֵן הִתְבּוֹנַנְתָּ

Pręsens מִתְבּוֹנֵן מִתְבּוֹנְנִים Futurum אֶתְבּוֹנֵן

cętera per hirik. Imperatiuus הִתְבּוֹנֵן הִתְבּוֹנְנוּ

Infinitiuus הִתְבּוֹנֵן

Vbicumq; autem geminatur nun sequente he finali, sibi potest unũ nun tolli et alterum per dagges signari. inuenitur et hęc cõiugatio & prior quadrata in patha desinere. ut הוֹלַל הוֹלַלְתָּ

Quando aleph deficit in fine.

כָּלָא מָלָא מָצָא נָשָׂא פָּלָא קָרָא

Dico autem deficere uocalem non solum quando non scribitur, sed etiam si scripta non pronunciatur. quod hebręi quiescere uocant, nos obmutescere. Pręteritum קָרָא קָרָאתָ קָרָאתִי קָרְאוּ

קְרָאתֶם קָרָאנוּ קָרְאָה קָרָאת קְרָאתֶן

Pręsens קוֹרֵא קוֹרְאִים קוֹרְאָה קוֹרְאוֹת

Et quandoq; in masculino plurali abijcitur aleph et dicitur קוֹרִים

Adiectiuum קָרוּא קְרוּאִים קְרוּאָה קְרוּאוֹת

Futurum אֶקְרָא יִקְרָא תִּקְרֶאנָּה

Imperatiuus קְרָא קִרְאוּ קִרְאִי קְרֶאנָה

Et quãdoq; in fœminino plurali deficit he finale. et tamẽ nun tametsi terminalis, nihilominus punctat̃ eo in loco per camez. Ruth. i. vocate me Mara. et sic scribit̃ res lr̃a per zere. Rabi Moyses kimhi ĩ suo introductorio scribit allegatũ locũ per defectũ aleph. sed frater suus rabi Dauid in libro de arte grãmatica scribit per aleph. et dicit ipsum obmutescere. Infinitiuus קָרוֹא ¦ Passiui p̃teritũ נִקְרָא נִקְרֵאתָ

cuius prĩa et secũda ꝑsona pluralis masculini et scd'a pluralis fœmĩni seruãt camez. Pręsens נִקְרָא נִקְרָאִים ¦ Futurum אֶקָּרֵא

תִּקְרֵא יִקְרֵא ׃ Imperatiuus הִקְרֵא הִקְרְאוּ penultima fœminini pluralis ꝑ ſęgol. ſed in futuro ꝑ zere. Infinitiuus הִקְרֵא

Quando he deficit in fine.

Pręteritũ actiuũ גָּלָה גָּלִיתָ גָּלִיתִי גָּלוּ ׃ Pręſens גּוֹלֶה גּוֹלִים ׃ Adiectiuũ uerbum גָּלוּי גְּלוּיִם גְּלוּיָה גְּלוּיוֹת Futurum indicatiui &c̃ אֶגְלֶה יִגְלֶה תִּגְלֶה Et per defectũ he finalis dicitur per hirik אִגֶל יִגֶל תִּגֶל uł per zere ſic אֵגֶל יֵגֶל ut Deutero. ix. Cumqꝫ de monte ardente deſcenderem. quod hebraice ſic legit̃. Et reſpexi et deſcendi de mõte et mõs ardebat igne. & ſi ſcribat̃ per ſęgol dicit rabi Moyſes kĩhi q̊d ſit de tertia cõiugatõe. Imperatiuus גְּלֵה גְּלוּ גְּלִי גְּלֵינָה ׃ Infinitiuus גְּלוֹה uel גְּלֹת ſic legitur עֲשׂוֹת חֲיוֹת קְנֹה

Pręteritum paſſiuum נִגְלָה נִגְלֵיתָ נִגְלֵיתִי & prima ſecũdaqꝫ perſona utriuſqꝫ generis numeri pluralis cum ſecunda ſingulari fœminini generis recipiũt hirik pro zere. pręſens נִגְלֶה נִגְלִים Futurum אֶגָּלֶה יִגָּלֶה Et defectiue אֶגָּל יִגָּל תִּגָּל Et in אחהער prĩa ꝑ zere אֵרָאֶה ׃ Imperatiuus הִגָּלֶה הִגָּלוּ Infinitiuus הִגָּלוֹת uel הִגָּלֶה ׃ Secundę coniugationis pręteritum גִּלָּה גִּלִּיתָ גִּלִּיתִי גִּלְּתָה ׃ Pręſens מְגַלֶּה מְגַלִּים ׃ Adiectiuum מְגֻלֶּה מְגֻלִּים ׃ Futurum אֲגַלֶּה יְגַלֶּה תְּגַלֶּה נְגַלֶּה ׃ Et etiam deficit he ut ſupra.

Imperatiuus גַּלֵּה גַּלּוּ גַּלִּי גַּלֵּינָה ׃ Infinitiuus גַּלּוֹת

Pręteritum passiuę uocis גֻּלָּה גֻּלִּיתָ גֻּלִּיתִי גֻּלּוּ גֻּלִּיתֶם

גֻּלִּינוּ גֻּלְּתָה גֻּלִּית גֻּלִּיתֶן Futurum אֲגֻלֶּה תְּגֻלֶּה

Dagges in ה denotat defectum in fine.

ה Infinitiuus גֻּלּוֹת uel גּוּלּוֹת ׃

Tertię coniugationis preteritū הִגְלָה הִגְלֵיתָ Sicut supra mutatis mutandis. et recipit prima uel hirek uel sęgol. aut plane patha.

Pręsens מַגְלֶה ׃ Adiectiuū מוּגְלֶה ׃ Futurū אַגְלֶה יַגְלֶה

Imperatiuus הַגְלֶה ׃ Infinitiuus הַגְלֶה uel הַגְלוֹת ׃ Passiue

uocis pręteritū הָגְלָה הָגְלֵיתָ הָגְלִיתֶם Et in ע ח ר mutatur

seua in camez. Futurū אֻגְלֶה יֻגְלֶה Infinitiuus הוּגְלָה vel

הָגְלֶה Quartę cōiugationis pręteritū הִתְגַּלָּה הִתְגַּלֵּיתָ

הִתְגַּלִּיתֶם vel ultima ꝑ zere. Pręsens מִתְגַּלֶּה Futurum

אֶתְגַּלֶּה יִתְגַּלֶּה Imperatiuus הִתְגַּלֵּה et ꝑ defectum he

הִתְגַּל Infinitiuus הִתְגַּלֵּה uel הִתְגַּלּוֹת

Quando principium deficit et finis obmutescit.

Primę coniugationis pręteritum נָטָה נָטִיתָ נָטִיתִי secūda

persona utriusq; nūeri mutat camez in seua. sic etiā coniugat̄ נָשָׂא

נָשָׂאתָ Pręsens נוֹטֶה Adiectiuū נָטוּי Futurum אֶטֶּה

יִטֶּה תִּטֶּה Imperatiuus נְטֵה Infinitiuus נְטוֹת uel נָטֹה

Pręteritum passiuum נִטָּה נִטֵּיתָ נִטֵּיתִי

Iterum prima et secunda pluralis masculini et secunda fœminini utriusq; numeri per hirik in penultima seu ultima ut supra et sic deinceps.

Pręsens נִטֶּה ¦ Futurũ אֶנַּטֶּה יִנַּטֶּה et defectiue אֵנַּט יִנַּט ¦ Imperatiuus הִנַּטֶּה ¦ Infinitiuus הִנַּטֶּה uel הִנַּטּוֹת Tertię cõiugatiõis pręteritũ הִטָּה הִטִּיתָ הִטִּיתִי הִטִּינוּ Pręsens מַטֶּה מַטִּים ¦ Adiectiuum מֻטֶּה מֻטִּים uel מוּטֶּה מוּטִּים ¦ Futurum אַטֶּה יַטֶּה תַּטֶּה ¦ & in deficiẽdo he finale אַט יַט תַּט נַט ¦ Imperatiuus הַטֵּה הַטּוּ Infinitiuus הַטּוֹת uel הַטֵּה ¦ Passiuę uocis pręteritum הֻטֵּה הֻטִּיתָ הֻטִּיתֶם ¦ Futurum אֻטֶּה יֻטֶּה תֻּטֶּה ¦ Infinitiuus הֻטּוֹת ¦ Et nota ab aleph inchoantia. ut אָבָה ¦ Futurum eius אוֹבֶה יוֹבֶה תוֹבֶה et in defectu אוֹב יוֹב תּוֹב נוֹב

Quando extrema obmutescunt. uidelicet cum incipit iod et terminat aleph.

Secundę coniugationis pręteritum יָרֵא יָרֵאתָ יְרֵאתֶם Adiectiuum loco pręsentis temporis יָרֵא יְרֵאִים ¦ Futurum אִירָא יִירָא תִּירָא נִירָא יִירְאוּ Imperatiuus יְרָא יִרְאוּ uel יְרֵאוּ ¦ Infinitiuus יָרוֹא Et transfert camez in hirek per בַּכְלָם scilicet בִּירוֹא כִּירוֹא ¦ Passiuũ pręteritũ נוֹרָא נוֹרֵאתָ ¦ Pręsens נוֹרָא נוֹרָאִים ¦ Futurum אִוָּרֵא יִוָּרֵא תִוָּרֵא נִוָּרֵא יִוָּרְאוּ תִּוָּרְאוּ תִּוָּרְאִי

Et nunquam ab hoc futuro facimus defectum aleph.

Imperatiuus הִוָּרֵא הִוָּרְאוּ ¦ Infinitiuus הִוָּרֵא

Cum incipit iod et terminat he.

Pręteritum יָרָה יָרִיתָ secũda pluralis utriusq; nũeri mutat camez seua. Pręsens יוֹרֶה יוֹרִים ¦ Adiectiuum יָרוּי יָרוּיִם

Futurum אִירֶה יִירֶה תִּירֶה & per defectum he אִיר יִיר תִּיר Imperatiuus יְרֵה יְרוּ Infinitiuus יְרוֹת Passiuum preteritum נוֹרָה נוֹרֵיתָ נוֹרֵיתִי נוֹרוּ Presens נוֹרֶה נוֹרִים Futurum אִוָּרֶה יִוָּרֶה & per defectum he אִוַּר יִוַּר תִּוַּר Imperatiuus הִוָּרֶה הִוָּרוּ Infinitiuus הִוָּרֶה uel הִוָּרוֹת

Tertię coniugationis preteritum הוֹרָה הוֹרֵיתָ הוֹרִיתֶם Presens מוֹרֶה מוֹרִים Adiectiuum מוֹרֶה מוֹרִים Futurum אוֹרֶה יוֹרֶה תּוֹרֶה & per defectum he finalis sic אוֹר יוֹר תּוֹר נוֹר Imperatiuus הוֹרֶה הוֹרוּ & per per defectum he finalis הוֹר Infinitiuus הוֹרוֹת Passiuę uocis preteritum הוּרָה הוּרֵיתָ הוּרִינוּ Futurum אוּרֶה יוּרֶה Infinitiuus הוּרֶה

Quando extrema deficiunt.

Primę coniugationis preteritum נָתַן נָתַתָּ נָתַתִּי נָתְנוּ Sic per defectum legitur תַּתָּה .ij. Regum .xxij. Inimicos meos dedisti mihi dorsum. Presens נוֹתֵן נוֹתְנִים נוֹתֶנֶת Adiectiuum נָתוּן Futurum אֶתֵּן יִתֵּן תִּתֵּן Imperatiuus תֵּן quod reperitur quandoq; per sęgol. Geñ. xiiij. Da mihi animas. תֶּנָּה uel תְּנוּ תְּנִי תֶּנְנָה Passiui preteritum נִתַּן נִתַּתָּ נִתַּתִּי Presens נִתָּן

Futurum אֶתֵּתֵן יִתֵּן תִּתֵּתֵן Imperatiuus תְּתֵּתֵן חָתֵּתֵן Infinitiuus תְּתֵּתֵן uel חָתֵּתֵן

Quando duplicata deficiunt.

Duplicata dicuntur quorum una ſubſtantialis bis ponitur, ſemel in vltima et ſemel in penultima.ut בְּוֹז גְּוֹז שְׁלֹלְלֹל חָנַן

Quę quandoque leguntur perfecta. ut Eccleſiaſtis primo.In circuitu pergit ſpiritus.quandoqꝫ defectiua.ut ſecundo Regū decimoquarto. Et reuertatur in domum ſuam.Hanc autem tibi do regulam. quod ea verba quorum medię ſubſtantiales obmuteſcunt prętérita ſua notant per camez. et ea quorum deficiunt duplicatę notantur per patha.ut

Primę coniugationis prętéritum תַּם תַּמּוֹתָ תַּמּוֹתִי תַּמּוּ תם

Prętens תָּם תַּמִּים Singulare maſculinum habet camez ad diffe rentiam prętériti.Adiectiuo caret ſecundum rabi Moyſen zeiag in li bro intellectus boni.quia deriuat a uerbis abſolutis ſiue neutralibus. ſed ſecundum rabi Moyſen kimhi in introductorio formatur תֹּם תּוֹמִים Futurum אֶתּוֹם יָתוֹם תָּתוֹמִי תִּתְמַנָּה Imperatiuus תּוֹם תִּמִּי תִּמַּנָּה Infinitiuus תּוֹם Paſſiuum prętéritum נֶתַּם נִתַּמְתָּ נִתַּמְתִּי נִתַּמּוּנוּ נִתַּמְתֶּם נִתַּמְתֶּן נִתַּמּוּת Reperit et prima per camez et ſecunda per zere. ſic etiã prima per hirik et ſecunda per patha.et prima per camez et ſecunda per holem. Prętens נֶתַּם נִתַּמִּים uel ultima per zere.Futu rum אֶתַּם יִתַּם תִּתַּם יִתַּמּוּ Imperatiuus הִתַּם הִתַּמִּי הִתַּמְנָה Infinitiuus הִתַּם Tertiæ coniugationis prętéritum הִתַּם הִתַּמְתָּ הִתַּמְתִּי הִתַּמּוּ הִתַּמְתֶּם הִתַּמְתֶּן הִתַּמּוּת הִתַּמְתֶּן Reperitur et tertia perſona ſingularis in prima ſylla ba per zere.Prętens מִתַּם מִתַּמִּים Quãdoqꝫ prima per hirik.

Adiectiuum מֻתַם מֻתַמִּים׃ Futurum אֵתֵם יֵתֵם תֵּתֵם תְּתֵמֵנָה Imperatiuus הֵתֵם הֵתֵמּוּ Et uide quod secunda pluralis fœminini imperatiui regulatur secundum tertiam atq; secundam pluralem fœminini generis futuri temporis indicatiui seu econuerso. Infinitiuus הֵתֵם הֵתֵם הֵתוֹם׃ Passiuę uocis pręteritum הֻתַם הֻתַמּוֹתָ הֻתַמּוֹנוּ׃ Futurum אֻתַּם יֻתַּם תֻּתַּם׃ vel secundum rabi Mose kimhi אוּתַּם יוּתַּם תּוּתַמֵּינָה

Verbum graue plurium literarum.

Sunt uerba quę non solum tribus constant literis ut perfecta. nec geminatis ut proxime superiora, sed quatuor. ut

בִּרְבַּל בִּרְסַם רֻטְפַּשׁ פַּרְשֵׁז אֻמְלַל

תַּחְרָה שִׁפְרָה טַחְוָה בִּלְבַּל בִּרְבַּר סִבְסַד

קִרְקַר שִׁגְשֵׁג תִּעְתַּע טֵאטַא שִׁעֲשַׁע׃

Sunt etiam alia quę quinq; literis constant. ut

לְחַרְחַר הֲפַכְפַּךְ הֲמַרְמַר סְחַרְחַר

Alia quę sex. ut הִתְמַהְמַה׃ Capiamus ex his unum exemplũ.

Secundę coniugatiõis pręteritum שִׁעְשַׁע שִׁעְשַׁעְתָּ

שִׁעְשַׁעְתִּי שִׁעְשְׁעוּ שִׁעְשַׁעְתֶּם שִׁעְשַׁעְנוּ

שִׁעְשְׁעָה שִׁעְשַׁעְתְּ שִׁעְשַׁעְתֶּן

Pręsens מְשַׁעְשֵׁעַ מְשַׁעְשְׁעִים &c̃.

Adiectiuum uerbum מְשׁוּעְשַׁע מְשׁוּעְשָׁעִים &c̃.

Futurum אֲשַׁעְשַׁע יְשַׁעְשַׁע יְשַׁעְשְׁעוּ תְּשַׁעְשְׁעִי תְּשַׁעְשַׁעְנָה

Imperatiuus שַׁעְשַׁע שַׁעְשְׁעוּ שַׁעְשְׁעִי שַׁעְשְׁעָה

Infinitiuus שַׁעְשֵׁעַ

De conſtructione uerborꝝ.

Conſtructiones nominum quantū hoc tēpore nouitijs ſat eſt cum de pronomine ſermo eſſet aperuimus. nunc quemadmodū appendices uerborū cognoſcas et breuiter et clare demonſtrabimus. vtq; uariationes earum facile ſentias. exercitatōnem uniuerſam ad omnium uerborum generalem formam quę eſt פָּעַל referemus.

פָּעַל habet undecim uariationes.

fecit uos fecit eos fecit me fecit te fecit eum fecit eū

פְּעָלוֹ פְּעָלָם פְּעָלַנִי פְּעָלְךָ פְּעָלוֹ פְּעָלָם

fecit uos fecit eas fecit te fœmīa fecit eam fecit nos

פְּעָלָכֶן פְּעָלֵךְ פְּעָלָהּ פְּעָלָנוּ

פָּעַלְתָּ habet ſeptem uariationes.

nos eos me eum eū feciſti

פְּעַלְתָּנוּ פְּעַלְתָּם פְּעַלְתַּנִי פְּעַלְתּוֹ

eas ipſam

פְּעַלְתָּן פְּעַלְתָּהּ

פָּעַלְתִּי habet octo uariationes.

me te eum eum feci

פְּעַלְתִּנִי פְּעַלְתִּיךָ פְּעַלְתִּיו

uos eas eam uos

פְּעַלְתִּיכֶם פְּעַלְתִּיהָ פְּעַלְתִּין פְּעַלְתִּיכֶן

me te eū fecerūt

פָּעֲלוּנִי פָּעֲלוּךָ פָּעֲלוּהוּ

פָּעֲלוּ habet.x.uariationes.

te eam nos uos eos

פָּעֲלוּךְ פָּעֲלוּהָ פָּעֲלוּנוּ פָּעֲלוּכֶם פָּעֲלוּם

uos eas

פְּעַלְתֶּם habet sex uariationes. פְּעַלוּן פְּעַלוּכֶן

nos eos me eum fecistis

פְּעַלְתּוּהוּ פְּעַלְתּוּנִי פְּעַלְתּוּם פְּעַלְתּוּנוּ

eas eam

פַּעַלְנוּ habet.viij.uariationes. פְּעַלְתּוּהָ פְּעַלְתּוּן

eam uos eos te eũ fecimus

פְּעַלְנוּהוּ פְּעַלְנוּךָ פְּעַלְנוּם פְּעַלְנוּכֶם פְּעַלְנוּהָ

uos eas te

פַּעַלְנוּךְ פְּעַלְנוּהֶן פְּעַלְנוּכֶן ׃ פַּעַלָה habet.xij.ua-

me te eum fœmina fecit eũ

riationes. פְּעַלַתּוּ פְּעַלַתְּהוּ פְּעַלַתְּךָ פְּעַלַתְּנִי

eam eam nos uos eos

פְּעַלַתָּם פְּעַלַתְּכֶם פְּעַלַתְּנוּ פְּעַלַתָּה פְּעַלַתָּה

uos eas te

פַּעַלְתְּ פְּעַלַתֵּךְ פְּעַלַתֵּן פְּעַלַתְּכֶן hẽt.vij.uariatiões.

nos eos me fœmĩę fecistis eũ

פְּעַלְתִּיהוּ פְּעַלְתִּינִי פְּעַלְתִּים פְּעַלְתִּינוּ

uos eas eam

פְּעַלְתִּיהָ פְּעַלְתִּין פְּעַלְתִּיכֶן

פְּעַלְתֶּן sicut פְּעַלְתֶּם׃

Hactenus characteres maiusculos imitatus a minimis semper ad maiora te duxi, sed quoniam non solum quadratas et illas magnas literarum figuras usurpare te decet, verumetiam minutulam illam et currentem ut aiunt notulam cognoscere, operęprecium erit ut quando eandem rem sępius repetere audis & sermo ipse Iudaicus iam tibi in auribus resonare consuescit eiuscemodi cętera deinceps quotidia-

nis literulis tibi pingam ut et illo ſcribendi modo nõ careas. Oportet igitur omnium primum alphabeti uerſum proponere ſic.

th ſ r q z z p p a ſ n n m m l ch c i t h z v h d g b a

ת ש ר ק צ ץ פ ף ע ס ן נ ם מ ל כ י ט ח ז ו ה ד ג ב א

Nunc conſtructionis uerborum exorſa pertexere ſtudebimus.

פּוֹעֵל vndecim habet uariationes.

פּוֹעֲלוֹ פּוֹעֲלְחוּ פּוֹעֲלְךָ פּוֹעֲלִי פּוֹעֲלָם פּוֹעֲלְכֶם

פּוֹעֲלִינוּ פּוֹעֲלָהּ פּוֹעֲלֵךְ פּוֹעֲלָן פּוֹעֲלְכֶן

פּוֹעֲלִים habet decem uariationes.

פּוֹעֲלָיו פּוֹעֲלֶיךָ פּוֹעֲלַי פּוֹעֲלֵיהֶם פּוֹעֲלֵיכֶם

פּוֹעֲלַינוּ פּוֹעֲלֶיהָ פּוֹעֲלַיִךְ פּוֹעֲלֵיהֶן פּוֹעֲלֵיכֶן

פּוֹעֶלֶת habet undecim uariationes.

פּוֹעֲלָתוֹ פּוֹעֲלָתְחוּ פּוֹעֲלָתְךָ פּוֹעֲלָתִי פּוֹעֲלָתָם

פּוֹעֲלָתְכֶם פּוֹעֲלָתֵנוּ פּוֹעֲלָתָהּ פּוֹעֲלָתֵךְ

פּוֹעֲלָתָן פּוֹעֲלָתְכֶן

אֶפְעַל xij. habet uariationes. ſex ad maſculos et ſex ad fœminas.

eos te eum eum eum faciã

אֶפְעָלְחוּ אֶפְעָלֵנוּ אֶפְעָלוֹ אֶפְעָלְךָ אֶפְעָלָם

te eam eam eam faciam uos

אֶפְעָלְכֶם אֶפְעָלֶנָּה אֶפְעָלָהּ אֶפְעָלֵךְ

uos eas

אֶפְעָלָן אֶפְעָלְכֶן

Cętera tempora modos perſonaſq; cõmendo quotidianę ſtudiorum tuorum exercitatõni, ut habeas quo ſolitarius tecum uires ingenij tui ponderare queas. idq; perq; erit facile analogiam ſequendo.

Visa itaq; constructione affixorum tam in nominibus quam in uerbis. oportebit te sepe et multum legere in biblia hebraica. ut inde alias quoq; constructiones que uariæ sunt addiscas. Nunc enim generaliter audiuisti quomodo cum nomẽ masculinum pluralis numeri regit post se casum abijcit mem. ut Eccles. xij. דִּבְרֵי חֲכָמִים Verba sapientum. similiter ibidem דִּבְרֵי אֱמֶת Verba ueritatis. & sic etiam cum duo uel tria nomina sese consequentia inter se regunt. ut Isaię. xix. Sapientes consiliarij Pharaonis. ubi ponitur חַכְמֵי יוֹעֲצֵי פַּרְעֹה Ad hoc autem animus aduertendus est quod etiam in statu absoluto deponitur quãdoq; mem et manet hirek uox ipsa. ut psalmo. cxliij. ubi nos legimus. qui subdit populum meum sub me. quod legi deberet. Qui subdit populos sub me. & hoc Hierony. in suo psalterio sequitur. Ponitur enim עַמִּי pro עַמִּים sic Isaiæ xxxvij. Quasi tabernaculum pastorum. licet quidam dicant loco iod he positum. ut sit. quasi tabernaculum pastoris. Solet etiam quandoq; mem finale deponi et remanet iod que subiũcto patha pũcto in morẽ diphthongi cum litera prȩcedente profertur. & tunc ai tantum ualet quantum im. Ieremię uicesimosecundo. Qui aperit sibi feneſtras. ubi ponitur חַלֹּנָי pro חַלֹּנִים Aliquando iod ante mem finale deficit scribendo, et nihilominus pronunciat hirik. Geñ. i. תֵּבֵל Cete. sic scribimus גּוֹיִם לוֹם Gentes. leuitę. Reperitur quãdoq; litera nun supplere uicẽ mem finalis et loco eius poni. Ezechielis. iiij. Sume tibi frumentum et hordeũ חִטִּין triticum pro חִטִּים &c̃.

Deinde neq; hoc in superioribus neglexi quod nomen fœmininũ in he desinens regendo post se, mutat he in thau et camez in patha. ut Ezechielis. xxxij. צְדָקָה חֲצַדִּיק Iusticia iusti. Nosti prȩterea in quibus adiectiuum et substantiuũ conuenire debeant, quanq̃ figurate sępius aliter eueniat. ut Homerus grȩce τεκνον φιλε ideſt natũ dilecte vult dicere fili dilecte. sic. iij. Regum. xix. Et spiritus grandis et fortis. subuertens montes. hebraice sic וְרוּחַ גְּדוֹלָה וְחָזָק

מפרץ ideſt & uentus magnus et fortis diuidens. ubi uentus eſt ge
neris fœminini ſimiliter adiectiuū primum magnus. ſed adiectiuum
ſecūdum et participiū ſunt generis maſculini. haud aliter in paritcipio
Homerus ηλθε δε τι ψυχη θηβαιου τειρεσιαο σκηπτρον εχων .i. Acceſſit autē
anima Thebani Tireſię ſceptrum habens. ubi anima eſt generis fœmi
nini et participiū habens eſt generis maſculini. et ita Virgilius in. viij.
Pręneſte ſub ipſa. & Ieremię. viij. Quare auerſus eſt populus iſte. ubi
populus eſt generis maſculini, et auerſus eſt generis fœminini. Hoc
modo conceptionem maſculini et fœminini intelligas. Geñ. i. Maſcu
lum et fœminam creauit eos. Deinde non ignoras ſuppoſitū et appoſi
tum in quibus conuenire debeant. ſed figurate contra euenit. ut Deu
tero. xxxij. Heccine reddis dño populę ſtulte. uera lectio hebraica ſic
ſonat. Aut dño redditis hęc populę ſtulte. ſic p̄s. lxij. Sperate in eo oīs
cōgregatio populi &c̄. et Virgilius in. i. æneidos. Pars in fruſta ſecāt.
ſed hęc cōmunia ſunt multis. hoc aūt huic linguę propriū eſt ut in rela
tiuis ſeparatis ש et אשר primo ponat antecedens, ſecundo rela
tiuum ſeparatum, tertio uerbum cum ſuppoſito uel ei ęquiualens, &
quarto relatiuum cum articulo is ea id. ſecundum oportunitatem ca
ſuum. Exempli cauſa. pſalmo. cxlvi. pſalmiſta uolens dicere. In filio ho
minis in quo non eſt ſalus. ita dicit hebraice בבן אדם שאין
לו תשועה quod ſic ſonat. In filio hominis quod non ei ſalus.
ſic Iſaię. xxxvij. In uia qua uenit בדרך אשר באתה בה
quod ſic ſonat. In uia quod uenit in ea. Alię conſtructiones per articu
los et ſigna patent. ut cum uerbum poſt ſe regit caſum additur articu
lus. preſertim cum dubitari poſſet quid agens et quid patiens. Nam ſi
dico ferrum amat ſulphur, ignoras quid quod amet. unde amphibolo
gia hęc naſcitur. Aio te ęacida Romanos uincere poſſe. ſin autem dico
quod ſulphur amatur a ferro, iam articulus conſtructionem declara
uit. niſi aperte natura demonſtret agens et patiens. ut Deuteronomij
quarto. ברא אלהים אדם vnde abundant articuli Gene
ſis primo. In principio creauit deus cęlū et terram. Scitur enim abſq;
articulis quod deus eſt creator et cęlum creatura. Sane materia cōſtru

ctionum uniuersa literatissimi Prisciani authoritate fulcitur, qui in libro.xvij. sic ait. Omnis constructio quam grẽci συνταξιν uocant ad intellectum sermonis est reddenda. nec aliter eam discernes nisi ex cõsequentia ordinationis, idest casus casibus et genera generibus et numeros numeris et personas personis et tempora temporibus cõgrue disponendo. hẽc ille, cui rei cum plurimum adminiculetur tertia pars orationis. deinceps ad eandem studia nostra destinamus.

DE CONSIGNIFICATIVO

Consignificatiuum est pars orationis indeclinabilis certitudinem suę significationis a constructione nominis et uerbi accipiens. & duas habet species. Nam quoddam est substantiale quoddã accidentale. Sunt enim aliqua quę per se omnino nihil significant nisi uel nomini uel uerbo adhęreant. de quibus si memorię cũcta nostra impresseris, a nobis in primo libro eruditus es scilicet quasdam esse literas accidentales. & eas rabi Marinus inter Iudęos grãmaticus valde doctus his uerbis comprehendit שלומי אך תבנה Et peritissimus rabi Abrahã ezraides sic שית לך אב חומן Ex eisdem igitur accidentalibus quędam sunt consignificatiua uerborum & quędam consignificatiua nominum. Verborum consignificatiua uerbis adminiculantur quatuor modis, uidelicet bis in fine et bis in principio. Quę enim in extremis pręteritorũ adhęrent hoc memoriali continentur מנת חיך Quę uero extrema uerborum prę-sentis et imperatiui sequuntur, isto uocabulo recordant יתחמן Quę autem principium obtinent in futuro appellamus איתן Sunt alia quę deseruiunt gerundiis in principio quę a quibusdam uocantur במלך nos consuetudinem imitantes communem בבלם nominamus. Multi addunt vau quod ipsum etiam gerũdiis ab initio ancilletur. quare suum memoriale proferunt בובלם Earum literarum significationes uidisti tam in temporibus modisq; uerborũ quã in gerundiuis. quę significant in. et. secũdum. ad. ab. Solent etiam vau

et iod tam pręteritis quam futuris ſuccurrere. Taceo he thau et nun in principio et iod in medio uerborũ quę coniugationes demonſtrãt. non autem ut partes ſed ut ſigna. ſicut in duabus coniugationibus ultimis et in paſſiuis cernere datum eſt. Conuertamur iam ad nomina. & ſicut uerba deriuantur a nomine uocanturq; uerba denominatiua. ut Priſcianus cęſarienſis ſcribit in libro de duodecim carminibus uerſu primo. ita nomina deriuantur a uerbis uocanturq; nomina uerbalia.

Eorum autem principia ſunt הֶאֱמַנְתִּי ut ſupra de nomine oſtendimus et ſimul addidimus eas quoq; literas quibus nomĩa daggeſſantur וְהַשֶּׂכֶל בָּם quas ego ita ſoleo memorię cauſa comprehendere. ſed rabi Dauid kimhi collegit ſic מֹשֶׁה וֹכֹלֵב

In hac diſciplina optimum factu fuerit ne illud de he finali accidente pręteream. nam cum dictionem aliquam localem ſequitur, tunc ſignificat diſpoſitionẽ aut motum ad locũ. ſicut apud gręcos terminatões ζε et δε. ut αθηναζε ideſt ad athenas. et οικαδε ad domum. ſic חֹרֵבָה ad Horeb. Exodi tertio. Venit ad montem dei ad horeb. eſt enim in eo nomine he accidentale. ut Deuteronomij primo. Profecti autem de horeb. ubi non aſpiratur in fine, ſed prima eius ſyllaba ſemper eſt aſpiranda quia heth eſt ſubſtantialis litera. & omnia quę ab heth incipiunt apud latinos ſunt aſpiranda et ſcribenda per h. ut docet ſanctus Hieronymus in libro hebraicarum quęſtionum, cuius uerba ſunt hęc. Frequenter ſeptuaginta interpretes non ualentes heth literam quæ duplicem aſpirationem ſonat in gręcum ſermonem uertere, chi gręcam literam addiderunt. ut nos docerent iſtiuſmodi uocabula aſpirare debere. hęc ille. Redeo ad regulam de he locali. ut מִצְרַיְמָה Geneſis triceſimonono. Ioſeph ductus eſt in ægyptum. ſic אַרְצָה Geneſis duodecimo. In terram Chanaan. Quandoque tamen localibus neque he ſubiungitur neque prępoſitio additur. ſicut latine dicimus vado domum ideſt ad domum. ita Deuteronomij primo. Veni-

te ad montem Amorrẽorum. ubi deficit ad in hebraico. Postremo tuum officium erit ut et alteram speciem consignificatiuorum diligenter percipias quę substantialium extat, et in duas partes diuiditur. Nã alia sunt quę tametsi non declinentur tamen articulos patiuntur. alia uero per se stant et non patiuntur. de primis priore loco disseremus.

ob per propter in post cum apud ad

אֶל אֵצֶל אֵת אַחַר בְּ בַּעֲבוּר לְבַעֲבוּר

a.ab.abs.de.e.ex. secus prẽter corã ante secũdũ extra

חוּץ לְפִי לִפְנֵי לְבַד מִלְבַד מִ מִן

trans circum contra aduersum desuper supra

מַעַל מִלְמַעְלָה נֶגֶד נֹכַח סָבִיב עֶבֶר

sub intra prope pro usq; cum super

עַל עִם עַד בְּעַד קֶרֶב תּוֹךְ תַּחַת

Quæ autem articulos non recipiunt tam simplicia quam composita hoc modo sunt.

TEMPORIS

heri triduo nudius cras nunc tunc

אֶתְמוֹל שִׁלְשֹׁם אֶתְמֹל מָחָר עַתָּה אָז אָמֵשׁ

aliquando proxime mane uesperi iam

עֶרֶב בֹּקֶר מִקֶּרוֹב שׁוֹם וְעַיִן כְּבָר

hic hinc ibi illic intra extra

LOCI חוּץ תּוֹךְ שָׁמַיְמָה שָׁם מִשָּׁם בָּאן

superne desuper inferne undiq;

בְּכָל מָקוֹם מִתַּחַת מִמַּעַל מִלְמַעְלָה

quo uel qua unde

Interrogatiua loci מֵאַיִן לְאַיִן לְאָי

	nisi	non	ne	non	non	nõ	nõ	minĩe
Negandi	לַאו	אֵין	לֹא	אַל	בִּלְתִּי	בְּלִי	אֶפֶס	זוּלָתִי
	ita	est	sic					
Affirmandi	כֵּן	הוּא	כֶּן					
	ecce	en						
Demonstrandi	הֵן	הִנֵּה						
	quis dabit	utinam						
Optandi	אַחְלַי	מִי יִתֵּן						
	quare	adquid	quo	quãdo	q̊modo	quid		
Interrogandi	מָה	אַיֶּה	מָתַי	אָנָה	וְלַמָּה	לָמָּה		
	ut	sicut	sic	uti				
Similitudinis	כֵּן	כַּכָּה	כְּ	כַּ				

Qualitatis generaliter omnia nomina adiectiua sine casu. ut

	ęque	uere	male	recte	bene
	טוֹב	יָשָׁר	רַע	אֱמֶת	נָכוֹן
	parum	multum	minimũ	quantũ	
Quantitatis	כַּמָּה	זְעֵיר	רַב	מְעַט	
	ne	forte	forsitan	fortassis	
Dubitandi	הִלְמָא	כִּי	שֵׁמָא	פֵּן	

Vocandi הוֹי heus uel o.

	quid				
Respondendi	מָה				
Congregandi	יַחַד	יַחְדָּו	כְּאֶחָד		
Iurandi	חֵי	נַפְשִׁי	חֵי	בֶּאלֹהִים	בַּאדֹנַי	בֶּאֱמֶת
	quinpotius q̃				
Eligendi	מִ	כִּיאִם			

caue ne ne
Prohibendi אַל פֵּן הִשַּׁמֵּר
Euentus מִקְרֶה פֶּגַע עֵת

pedetentim ſenſim paulatim
Remittendi מְעַט מִזְעַר מְעַט מְעַט

ualde et ualde nimis
Intendendi יוֹתֵר וְיוֹתֵר מְאֹד

magis
Comparandi יוֹתֵר

uę uę uę
Dolendi הוֹי אוֹי אֲבוֹי

euge
Gaudendi הֵאַת הֶאַת

vah
Execrandi כֹּה

hui
Illudendi הֵאַת

beate
Laudandi אַשְׁרֵי

et et ꝙ
Copulandi כִּי וַ וְ

quia quoniã quia ſeu
Continuandi אִם לְפִי דְהַא כִּי

cum ſi ut quatenus ſecundũ q̊d q̊d
Coniungendi כְּ כַּ בְּ בַּ כְּשֶׁ שֶׁ

certe et quidem
Approbandi וְכֵן כֵּן

uel uel in principio dictionis.

Disiungendi הֲ אוֹ

tamen uerũtamen

Aduersandi אַךְ רַק אֲבָל

quamuis tamen

עִם כָּל זֶה אַפְעַלְפִּי

etsi etiamsi nisi

Abnegandi אִם וְאִם וְאִם

Rationalis לַכֵּן אִם כֵּן

anne

Interrogandi אִם לַאו

num nũquid utrum

הֲאִם הַל הֲ

saltem

Diminuendi לַפְחוֹת

Plura si uoles de nostro dictionario uenaberis. nã breuis esse laboro. Quanquam ne hoc quidem omiserim quod mihi de vau prępositiua particula humanissimus pręceptor meus ille Iacobus iehiel Ioans doctor excellens (misericordia dei ueniat super eum) apud Cecios discenti monstrauit, Cum enim vau per seua notatum pręponitur uerbo præteriti temporis quod transfert accentum suum in ultimam, tunc idem uerbum mutatur in tempus futurum. ut דִּבַּרְתִּי locutus sum. verbum est pręteriti temporis, et habet accentum in penultima. iuxta regulam tertiam supra de prima coniugatione. si ergo pręposuero ei vau cum seua puncto. et proferam accentum in ultima, profecto non iam pręteriti temporis erit sed futuri. ut וְדִבַּרְתִּי idest et loquar. Sin autem manserit accentus in penultima, tunc uerbum etiam

remanebit in ſuo ſtatu temporis pr̃teriti. Similiter quando pr̃ponit vau cum patha uerbo futuri temporis, tunc futurum conuertit in pr̃teritum. ut וַיְדַבֵּר loquetur. uerbum eſt futuri temporis. ſicut ſupra in ſecunda coniugatione. cui ſi pr̃ponatur vau cum patha, interpretabitur. locutus eſt. Numeri primo. Locutuſq; eſt dominus. Sin autem vau punctabitur non per patha ſed per ſeua uel per uniuocū ſeqũtis uocalis ſonum, tunc manebit in ſuo ſtatu temporis futuri. ut וְיַדַבֵּר ideſt & loquetur.

f Inem docendi faciam. tu uero diſcendi nunquam. ſi modo ſapis. cum enim nulla ſit poſſeſſio doctrina honeſtior, tum ea uideri debet honeſtiſſima quę circa res ſummas et admirabiles uerſatur. ut ſunt hęc rudimenta quę tibi et per te omnibus arcanæ philoſophię cupidis puerili licet artificio pr̃bebunt iter ad perſcrutationem profundiſſimarum ſcientiarum. cui grauiſſimus aſtipulatur teſtis ille imperij Romani nobilis et generoſus comes Ioannes picus mirandulanus philoſophus in ſuis concluſionibus cum ait. Qui ordinem hebraicę linguę profunde et radicaliter tenuerit atque illum proporcionabiliter in ſcientiis ſeruare nouerit, cuiuſcūq; ſcibilis perfecte inueniendi normam et regulam habebit. Et ſanctus uir Hieronymus ad Paulam Vrbicam de alphabetho hebr̃orū, quid hoc inquit ſacratius ſacramento? quid hac ſacramenti uoluptate iucundius? qui cibi. quę mella ſunt dulciora? quam dei ſcire prudentiam et in abdita eius intrare. Vnde rabi Moyſes filius Neheman Gerundenſis in exordio commentariorum Geneſeos. longo ſermone probare conatur Salomonem regem omnes ſapientiæ ſuę influxus de pentateuchi literis hauſiſſe. Quo tandem motus ego Dionyſi amatiſſime poſtquam ad percipiendam gr̃corum linguam annis ſuperioribus te puerum adiuncto p̃dagogo Florentiam tunc optimarum literarū altricem non ſine meo magno impendio trās alpes e Sueuia miſi, quatenus bienniū penes egregia ſanctitate uirum illum Georgium Veſpuciū aſſiduus menſę ſuę ac hoſpitij ſocius, Angelū politianū. Marſiliū ficinū. et Demetriū chalcondylen. c̃teroſq; phiſſimos hoīes q̃tidie audires, nolui etiam huic decori tuo deeſſe quin hebraica nunc ſacerdos addiſceres.

pręsertim cum nostrates Iudęi uel inuidia uel impericia ducti christia num neminem in eorum lingua erudire uelint.idq; recusant cuiusdã rabi Ami authoritate qui in Thalmud במקכת תגיגה ita dixit.

אין מוקרים דברי תורה לגוי שׁ׳ מגיד דבריו
ליעקב חקיו ומשפטיו לישראל לא עשה כן לכל גוי

verbum e uerbo sic.Non explanantur uerba legis cuiquam gentili eo quod scriptum est.Qui adnunciat uerba sua Iacob.pręcepta sua et iudicia sua Israel.non fecit similiter omni genti.Nobis autem in statu gracię aliter mandatur Matthęi decimo. Quod in aurem auditis prędicate super tecta quod et ego facio. Teq; imitari iubebo.& pro hoc ergo memento mei deus et parce mihi secundum multitudinem miserationum tuarum.amen.

Exegi monumentum ęre
perennius Nonis
Martijs Anno.
M.D.VI.

Georgius Symler Thomę Anshelmo bene agere cum literis.

Scis amatiſſ. Thoma, quid nobis prouincię patronus, non tam noſter quam literatorum omnium Ioannes Reuchlin. cuius ego nomen honoris abſq; dignatõne recordari nequeo, diſcedens delegauerit, ſuper opere in lucem prodigẽdo. quod ipſe rudimentorꝝ linguę ſanctę inſcribens, innumera ex cohorte hagiographorum carptim et cęſim non etiam ſtricturas negligẽs euigilauit. Cõmolientibus itaq; nobis quãtum utriuſq; conatu artifici potuit opera fabrefieri, cum teſtatiſſ. author Phorcen reuiſens, in manus hilariter (uti ſolet) ingenti cum illecebra ſuas recepiſſet uigilias, uelut paruulo auctus filiolo ſalutariter eſt exoſculatus. quod non filo et forma originali deuiũ opus ſedentariis noctibus elucubraueramus. Cumq; alio nos munere ſollicitos eſſe uoluiſſet. in mentem mihi uenerat neniarum, quibus adiutum ornatumq; iri patronorꝝ monumenta per ſodales ac ſequeſtres ex eadẽ porticu aſſidue conſpicamur. Verum ille noſter uelut fomiti ad extrudendam mercem hiſce incantationibus et nugatorijs penitus incitabulis bellũ ſe indixiſſe iam diu aiebat, nihil prorſus operę ratus et precij, cum ſilentio tanq; inepta huius tam uarij laboris gloſiaria, negligẽda exibilãdaq; cenſuit oĩno. illud ex re cõpendio probabilius arbitratus. propter librariorũ quorundam temeritatẽ in iuratiſſ. q̃ſq; authores p̃ditiſſime libidinantẽ. q̃ ſpe lucri ab archetypis diuerſiſſ. tumultuant opera. ne ſycophãtę illi, chartarię ſimię operi nr̃o ſupparaſitãtes idẽtidem molirent. iuſſit in calcẽ libri ſuppingi ex munificẽtia imperatorię maieſtatis quibus donatus eſt arma ſubluſtria, qua in re certiores reddant amœnitatis hebraicę ſtudioſi, a codicibus uti abſtineant, qui non illis muniti fuerint inſigniis, perinde ac ſpuriis atq; ex mera daniſtarũ libidine opera furtiua et ſubſecundiaria perditiſſ. quoq; literarũ iactura abortatis. Vale.

PHORCE IN ANSHELMI APRILES. AEDIB. THO. SEXTO. KAL. ANNO. MD. VI.

Rep Nr 1723

Author iste est haeretinus

IO. REVCHLIN PHORCENS. DOCTOR IVRIS. COMES PALATINVS LATERANVS. SICAMBRORVM LEGISTACITVS ET SVEVIAE TRIVMVIR. FRIDERICO. III. IMP. RO. INSIGNIS.



Ex Biblioth. Mon^rii paris. SS. Angel. Cust. Cong^is B. M. Julien

BIBLIOTHÈQUE UNIVERSITAIRE DE MONTAUBAN

FINIS LIBRI

CANON

Non est liber legendus hic ceu cęteri
Faciem sinistra dextera dorsum tene
Et de sinistra paginas ad dexteram
Quascumq; uerte. quę latina uideris
Legito latine hebręa si sint insita
A dexter a legenda sunt sinistrorsum.

B_3



